# APELLES SYMBOLICUS

EXHIBENS

SERIEM AMPLISSIMAM

# SYMBOLORUM,

POETISQUE, ORATORIBUS AC VERBI DEI PRÆDICATORIBUS

CONCEPTUS

SUBMINISTRANS VARIOS.

PARS II.

CONTINENS

HERBAS,
FLORES,
LAPIDES,
METALLA,
ECCLESIASTICA,
DOMESTICA,
ÆDIFICIA,
MECHANICA,
LUSORIA,
ALPHABETICA,
NAUTICA,
MATHEMATICA,
MILITARIA,
MUSICA,
RUSTICA,
MIXTA.

AUCTORE

R. P. JOANNE MICHAELE VON DER KETTEN,

Ord. SS. SALV. vulgo S. BIRGITTÆ SACERDOTE.

AMSTELÆDAMI & GEDANI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS. 1699.

# LECTORI BENEVOLO.

POſtquam jam ſemel APELLI huic noſtro SYMBOLICO conſtitutum fuiſſet, per omnia Ordinem Abbatis PICINELLI in MUNDO SYMBOLICO utpote accommodatiſſimum ſequi; non licuit tamen id eidem facere in Operis diviſione. Cum enim Abbati PICINELLO, unum in folio (ut dicunt) Tomum edenti, ad æqualem Operis diviſionem minimè reſpiciendum eſſet, in Libro XIII. Parti Primæ finem fecit. Illud autem imitari APELLI huic integrum minimè fuit; cum enim Clariſſimi Fratres JANSONII à WAESBERGEN elegantiſſimis prælis ſuis, eum ſubjicientes, conſtituiſſent totum opus in Tomulos II. diſpartiri, Partium proportio vel maximè ſpectanda fuit, ne una alterâ

rà notabiliter craſſior, vel Opus ipſum deturparet, aut Lectoribus APELLEM minus tractabilem redderet. Poſtquam ergo, commodam proportionem Libro IX. abſoluto, futuram judicarunt Typothetæ, in eo Primæ Parti finem facimus, & in hac II. reliquos XVI. Libros expedimus. Accipe ergo & hanc Lector benevole, & prout in Primâ feciſti, favente quoque oculo, ipſam etiam intuere & perlege, & dum reliquas creaturas, hic Symbolicè expreſſas vides, mecum in iis lauda eum, qui fecit ipſas, & ut id mihi tecum in felice aliquando æternitate facere liceat facie ad faciem, Deum pro me ora. VALE.

# CATALOGUS AUCTORUM
## QUI IN RE SYMBOLICA SCRIPSERUNT,
## PRÆTERMISSORUM
## A R.P. CLAUDIO FRANCISCO MENESTRERIO
## SOC. JESU.
## IN TRACTATU SUO PRÆVIO
## AD
# PHILOSOPHIAM IMAGINUM.

Optimè de Re Symbolica meritus eſt R. P. Meneſtrerius, quod PHILOSOPHIÆ ſuæ IMAGINUM, præmiſerit Indicem, & judicium eorum Auctorum, qui artis Symbolicæ regulas tradidêre; uti & eorum, qui occaſione quapiam, Symbola emiſêre in publicum: Quo ad priores, quod addam nil habeo: quo ad poſteriores verò, cum obvenerint mihi alii quinquaginta numero, Meneſtrerio ut videtur nunquam viſi, eaque de causâ prætermiſſi, operæ pretium facturum me credidi; ſi eoſdem breviter hic recenſuero, quo perfectior hac in re Auctorum Catalogus, poſteritati conſignatus maneat.

I. Omnium ergo hac in Claſſe anteſignanus eſt JOANNES DE BORIA, Hiſpanus, qui *Emblemata Moralia* Hiſpanico primum ſermone conſcripta edidit *Pragæ Anno* 1581. Eadem Latinitati donata, Typis Berolinenſibus, I. M. Rudigeri in pu-

blicum prodiêre Anno 1697. cum figuris æneis. Hic Auctor, ut cognitus nobis sit, fecêre *Acta Eruditorum Anni* 1697. *in Mense Septembri.* Audi ipsa. *De Auctore verò eorum, cum id unum monuerit Bibliopola, amplum eum, ac honoratum locum in aulâ Philippi II. Hispaniarum Regis tenuisse, id memorandum insuper, ex Nicolaï Antonii Bibliothecâ Scriptorum Hispaniæ, qui post annum M. D. floruerunt, duximus; fuisse eum, celeberrimi illius Francisci De Boria, Gandiæ in Regno Valentiæ Ducis, ac postea Jesuitarum sodalis, tandemque post ignatium & Laïnium Præpositi Generalis, filium secundo genitum; Regium vero apud Rudolphum II. Cæsarem Legatum, Mariæ Austriacæ Imperatricis, & Margaritæ Hispaniarum Reginæ, Oeconomum, necnon Philippo III. Hispaniarum Regi, à Consilio Status.* Symbola maximâ ex parte sunt erudita.

II. *Anno* 1579. *Antverpiæ, Typis Gerardi de Jode* symbola quædam æri incisa dedit LAURENTIUS HAGHTANUS Belga, quæ inscripsit MICROCOSMUS SEU PARVUS MUNDUS, sed vix hoc in Opere unum invenies, quod Symboli nomen sustinere possit.

III. Anno 1593. JANUS JACOBUS BOISSARDUS Burgundio Vesuntinus *Francofurti ad Mœnum* Typis dedit *Emblematum Librum unum* in quarto (ut vocant) cum Commentario quodam; ad unumquodque Symbolum, sed vix unum alterumve ex iis omnibus, dignum visum fuit, hoc in APELLE locum sibi vendicare.

IV. Non dispari fere successu, tribus post hunc annis, scilicet Anno 1596. *Emblematum Librum*

*unum*

*unum*, etiam *Francofurti ad Mœnum*, publici juris fecit, DIONYSIUS LEBEII BATILLIUS, Regius Mediomatricum Præses.

V. Subſecutus eoſdem eſt JOANNES SAMBUCUS, *In Emblematibus ſuis & nummis antiqui operis editis Antverpiæ ex Officinâ Plantiniana*, ſæculi præteriti Anno poſtremo, quæ poſtmodum, Emblematibus Alciati, in calce quarundam Editionum, annexa fuêre.

VI. In rem Symbolicam, etiam pedes inferre auſa fuit fœmina, quippe circa ſæculi hujus initium, ut videtur, (primam enim editionem videre mihi non licuit) Centum Emblemata, ſub Titulo *Emblemata Christiana* edidit Virgo GEORGIA MONTANEA, Galla, quæ poſtea Anno 1619. *Francofurti ad Moenum* recudit, *Joannes Carolus Unckelius*, additâ cuivis Emblemati Explicatione Poeticâ, Gallicâ, Latinâ, Hiſpanicâ, Italicâ, Germanicâ, Anglicâ, & Flandricâ, inutili tot ſumptuum diſpendio; ita enim muliebriter omnia excogitata videas, ut facile auctorem eorundem, fœminam fuiſſe credere poſſis, ſi ſex vel octo ex iis exceperis, quæ aliquid de ratione ſymboli habere videntur.

VII. *Symbola Imperatoria Francofurti Typis Joannis Spieſſii Anno* 1602 edita circumferuntur Auctore NICOLAO REUSNERO. Sed magis ea Apophthegmata, quàm ſymbola dici merentur, ſunt enim plerumque Sententiæ, ſeu Teſſeræ verbales Imperatorum.

VIII. *Anno* 1618. *Emblemata ſua Politica Coloniæ Agrippinæ Typis Adriani Hogenberg*, in quarto edidit

JACOBUS ABRUCK, Germanus.

IX. Ingenio plenum libellum, ſub directione RR. PP. Societatis Jeſu Anno 1627. Typis Cnobbarianis ediderunt Rhetores Antverpienſes, ſub Titulo TYPUS MUNDI *In quo ejus Calamitates &c.* Porro libellus ille, etſi ex profeſſo ſymbola non ſcribat, ita tamen conſtructus eſt, ut quæ ibi apparent icones æri inciſæ, cum ſuâ Epigraphe, facillimè ſymbolicis legibus accommodari poſſint.

X. Quando Ferdinandus, Cardinalis, & Infans Hiſpaniæ Anno 1635. ſolennem ſuum ingreſſum fecit in urbem Antverpienſem, decreta ei fuit, à Magiſtratu Urbis ejuſdem, Pompa publica, variis ſymbolis adornata. Eandem, ex poſt iconibus expreſſam juris publici fecit, GASPERIUS GEVARTIUS ejuſdem Urbis Secretarius, aliquot ex iis ſymbolis ſunt ingenioſa.

XI. Prædictos duos Antverpienſium partus, longe exceſſit, R. P. GUILIELMUS HESIUS Antverpienſis, è Soc. Jeſu in aureis ſuis, quæ *Anno* 1636. *Antverpiæ Typis Plantinianis edidit Emblematibus Sacris de Fide, ſpe & Charitate*, inter quæ, nullum Emblema videas; quod ingenii & acuminis nihil habeat, & auctore ſuo non ſit dignum, unde neque piguit, plura ex iiſdem, in APELLEM hunc noſtrum transferre.

XII. Anno 1638. J. BAUDOIN, Gallus, Pariſienſibus Typis & idiomate Gallico edidit *Librum Emblematum diverſorum*, cuilibet Emblemati ſubjungendo Diſcurſum Moralem, Philoſophicum, & Politicum, ſed quod cuilibet corpori, lemma ſuum non addiderit, imperfectum merito opus

dici

dici debet; quamvis levi negotio, congruente lemmate animari possent.

XIII. Anno 1639. ANTONIUS A BURGUNDIA, Brugensis in Flandriâ Archidiaconus publici juris fecit *Mundi lapidem lydium Antverpiæ Typis Cnobbarianis*, quo quamlibet mundi vanitatem, symbolo quodam exhibet, sat sæpius concinno.

Idem BURGUNDIA, *Anno 1652. Antverpiæ iisdem Cnobbarianis Typis Vitia & remedia linguæ*, symbolicè altero libello complexus est, parvo quidem, sed succulento, cuilibet vitio & remedio, suum symbolum assignando.

XIV. Quando Anno 1640 Societas Jesu, Confirmatæ Societatis suæ Jubilæum, soleniter agebat, Typis Antverpiensibus in lucem prodiit tersissima & absolutissima illa *IMAGO PRIMI SÆCULI Societatis Jesu.* In quâ ejus Ortus, Progressus, Persecutiones, Sancti, &c. plurimis ingeniosissimis symbolis repræsentantur, quibus quod hederam appendere supervacaneum sit, ab eâ commendanda supersedeo; hoc cuidam mirum videri possit R. P. Menestrerium, ejusdem, in Catalogo eorum, qui symbola edidere, oblivisci potuisse, unde saltem mihi hic commemoranda erat.

XV. *A*nno sequenti, 1641 cum gloriosæ memoriæ Imperator Ferdinandus III. unanimi Sodalium calculo, in Præfectum Sodalitatis Partheniæ apud RR. PP. Societatis Lovanii, electus esset; ea electio celebrata fuit, opere in publicum emisso, cui Titulus erat: ALBUM MAGI-

STRATUS PARTHENICI. In folio Lovanii, plurimis symbolis ingeniosè in laudem Imperatoris ejusdem confectis, quæ pro corpore habebant aquilam.

XVI. Sequens Annus 1642, expressas vidit totius orbis præcipuas civitates sub Titulo *Sciographia Cosmica DANIELIS MEISNERI cum octo Centuriis Civitatum Norimbergæ Typis Pauli Fursteri.* Opus duobus Tomis comprehensum. Cuilibet Civitati, annexum videas symbolum quoddam, cum suo lemmate, sed maximâ ex parte tale, ut magis dogma quàm Emblema dici possit.

XVII. Secutus eosdem est JACOBUS BORNITIUS, Juris Consultus, cujus *Emblemata Ethico-politica* impressa prostant *Heidelbergæ Anno* 1644. *apud Ludovicum Bourgeat*, non multum à prioribus, si symbolorum Regulas spectes, discrepantia.

XVIII. Circa idem fere tempus (neque enim primam Editionem referre accuratè possum) quatuor symbolorum centurias in publicum emisit JOACHIMUS CAMERARIUS, aliis etiam libris editis notissimus, Germanus. Plurima ex ejusdem symbolis bona videas, quodlibet symbolum explicatione quadam succinctâ illustrat. Accessit demum etiam iisdem quinta Centuria, quam nondum videre mihi licuit. Ea omnia Germanico idiomate Moguntiæ edita sunt Anno 1677. sed translatione eâ effectum est, ut fere omnem suam venustatem deperdiderint. Mirum etiam videri cuidam possit, neque hunc Auctorem aliàs satis tritum, Menesterio cognitum fuisse.

XIX. Anno 1645. FLORENTIUS CHOVAYNE Gallus *Typis Michaëlis Georges viginti quatuor centurias symbolorum* Idiomate Gallico edidit, maximâ ex parte, suæ ut præfatur inventionis, quibus Anno 1646. octo alias centurias addidit, & iterum duodecim alias Anno insequenti. Ad Centuriam trigesimam exclusivè bona quædam symbola hinc inde habet, ab aliis ut videtur accepta Auctoribus, quorum aliqua ex post apud Auctorem Colloquiorum, P. le Moyne, & Menestrerium apparuerunt, Reliqua omnia nullius momenti sunt,& vel nudæ similitudines, vel apophthegmata sunt, ut videantur ab auctore confecta, unde virum simplicem fuisse, sufficienter agnoscas.

XX. FLORENTIUS SCHONHOVIUS Jurisconsultus *Anno* 1648. *Amstelodami Typis Jansonianis* publici juris fecit, *Emblemata sua Moralia & Civilia.*

XXI. Eundem Anno 1650. insecutus est R. P. JULIANUS HAYNOVIUS Soc. Jesu in Libello suo Ascetico quem inscripsit *Scalam Salutis ex solidis veritatibus constructam Coloniæ apud Jodocum Calcovium*, in quâ cuilibet veritati symbolum suum præfixit, minimè culpandum.

XXII. Anno 1660. ex officinâ Plantinianâ Antverpiæ, unà cum elegantissimis iconibus prodiêre *Amoris divini Emblemata, studio OTTONIS VÆNI*, in quibus, quamvis salutarius operam posuerit, quam ante fecerat in amoris profani symbolis, minus illud tamen præstitit ingeniosè, paucis admodum inveniendis, quæ lydium symbolicarum legum lapidem sustinere possint.

 XXIII.

XXIII. I*deam Politicam veri Christiani sive artem oblivionis Isagogicam Anno* 1664. *Bruxellis in folio Typis Foppemianis* edidit R. D. ALEXANDER LUZON DE MILLARES, *Canonicus Regularis*, variis symbolis eidem Operi inspersis, quorum pleraque, in MUNDUM SYMBOLICUM transtulit, ejus interpres R. D. AUGUSTINUS ERATH.

XXIV. Circa idem fere tempus (neque enim annum præcise definire possum) Vitam Gallicam Sanctæ Catharinæ Suecæ, filiæ S. M. Birgittæ, edidit R. P. JACOBUS CORET Soc. Jesu. Quam inscripsit *Vnionem quatuor statuum in S. Catharinâ expressam. Virginalis nempe, conjugalis, vidualis & Religiosi*, quorum unumquemque singulari libro prosequitur, ac cuique varia acuta symbola præfigit, ac denique Sanctæ miracula, aliis symbolis exornat, plura ex iis in Sanctæ gloriam assumptæ ab APELLE videbis.

XXV. Quod præfatus Auctor in S. Catharinâ, idem subsequentibus annis, in S. Josaphato Martyre, Polocense in Russiâ Archiepiscopo, præstitit, R. P. ANDREAS MLODZIANOWSKI, Soc. Jesu Polonus.

*Anno* quippe 1675. *Typis Vilnensibus* dedit, Sancti ejusdem vitam, sub Titulo I*cones symbolicæ vitæ & mortis B. Josaphati M. & Archi-Episcopi Polocensis.* Opus est sua laude dignum.

XXVI. Anno 1685, uti ex privilegio Regio, libro in fine subjuncto, patet, (frons enim libri, annum nullum præ se fert) *NICOLAUS VERIENUS Calcographus Parisiensis, Typis Joannis Jom-*

*bert*,

*bert, edidit Symbola* 955. æri à ſe inciſa, quibus ex adverſo, breviſſimas corporum explicationes, unà cum lemmate addidit, ſub hoc Titulo Gallico *Emblemes & Deviſes Latines Eſpagnoles & Italiennes avec leurs explications Francoiſes, Livre premier. Videtur autem* Auctor, pleraque ex iis, hauſiſſe aliunde, cum plus ingenii habeant, quam quadrare Calcographo poſſit.

XXVII. Quantum inter Symboliſtas nomen ſit, EMANUEL THESAURUS, nemini ignotum eſſe poteſt; is ergo cum plura, in vitâ, eaque ingenioſiſſima concinnaſſet ſymbola, hactenus inedita, N. Panæalbus Jurium Taurini Profeſſor, omnia poſt viri mortem, colligere aggreſſus eſt, eaque in unum opus redacta publici juris facere ſub Titulo *EMANUELIS THESAURI inſcriptiones omnes, Francofurti & Lipſiæ Anno* 1688. *apud Kloſium*, quorum plura, benevolus lector operi huic noſtro, cum Auctoris nomine leget inſerta.

XXVIII. Symbola etiam aliquot compoſuit SOROR JOANNA INES DE LA CRUZ, è numero Religioſarum Virginum Conventus S. Hieronymi, intra Mexicanam in Ameneâ urbem. Cum enim, intra eandem urbem, excipiendus eſſet Vice-Rex Comes de Paredes Metropolitana urbis ejuſdem Eccleſia, eidem publicè applauſit, arcu Triumphali ei erecto, multis ſymbolis exornato, atque libello in publicum emiſſo, cui Titulus: *Neptunus Allegoricus ab Illuſtri Metropolitanâ Mexicanâ Eccleſiâ in arcu Triumphali conſecratus. In introitu Excellentiſſimi viri Domini Thomæ*

*Antonii de la Cerda Comitis de Paredes &c. Vice Regis novæ Hispaniæ per JOANNAM INES DE LA CRUZ &c.* Recuſus libellus *Matriti* fuit per *Joannem Garciam Infancon Anno* 1690. Porro, aliquot ex iis ſymbolis, plus acuminis habent, quàm à virgine exſpectare poſſis.

XXIX. Supra ſcriptos, qui in Re Symbolica præſtiterunt aliquid, ſecutus eſt, MIROBULIUS TASSALINUS, qui Anno 1691. Varſavienſibus Typis dedit *Adverbiorum Moralium, ſive de Virtute & Fortunâ libellum*, mole quidem non adeo magnum, ſed ſucco Chriſtiano, ac morali plenum, quique cauſam magis impleat, quam paginam. Quis autem & qualis, MIROBULIUS ille TASSALINUS ſit, tam ex litteris nominis ejus anagrammaticè tranſpoſitis, quibus STANISLAUS LUBOMIRIUS redditur, quam ex ultimis libri verbis, plenius cognoſces, quæ ex hoc Programmate *Ambiens nulla Regna poſco, laus mihi ac Regnum ſis ſola virtus!* Sequens tibi anagramma reddent: STANISLAUS LUBOMIRIUS, MAGNUS REGNI POLONIÆ MARESCHALLUS. In iſto porro Libello, & ſi Celſiſſimo Auctori minimè mens fuerit Symbola dare, ſed Lectorem, iis, quas operâ Tilmanni à Gemeren, cuilibet Adverbio, præfixerat imaginibus, efficacius ad virtutem erudire, multos tamen ex ipſis, ſi ad lydium Symbolicarum Legum lapidem exploraveris, comperies, in eaſdem nil omnino peccare. De cætero, ingenium Celſiſſimi Auctoris, in Re Symbolicâ hic commendare non attinet, quando hoc in iis, quas publicæ Varſa-

avienſium lætitiæ exſtruxit voluptuariis, ipſos lapides, ingenioſiſſimis ſymbolis animatos, (quorum aliqua ſuis hic Titulis inſperſa leges) clamare, non tam audias, quàm videas.

XXX. Cum Catalogum eorum, qui Symbola luci dedêre, texens ſeſe ipſum ſilentio modeſtè præterierit R. P. CLAUDIUS FRANCISCUS MENESTRERIUS. Soc. JESU, par eſt, viri doctiſſimi rationem hic haberi, eumque ſuo Catalogo inſeri. Præter ea ergo, quæ hactenus edidit Emblemata admodum ingenioſa (quorum Editio mihi nunc ad manum non eſt) aliaque ad rem Symbolicam ſpectantia, Circumfertur nomine ejus edita Gallicè *Hiſtoria Ludovici M. ex nummis, Emblematibus, Symbolis, Inſcriptionibus, aliiſque Monumentis deſcripta*, opus acutiſſimis Symbolis refertiſſimum, editionem Anni 1691. Pariſienſem præ ſe ferens, apud J. B. Nolin Calcographum Regium, quod ut ſic purum aliquando Pariſiis Auctore curante editum ſit, augmentatum tamen alicubi, citra viri culpam, nummis in ſacram Chriſtianiſſimi Regis perſonam ſummè injuriis, prodiiſſe conſpeximus, viri nihilominus nomen in fronte præferens; quod ad exculpandum virum Religioſiſſimum, hic memoraſſe ſufficiet. *Anno vero* 1695. *Typis Janſoniani Amſtelodami* prodiit doctiſſima ejuſdem *Philoſophia Imaginum*, poſtquam prius illa idiomate Gallico lucem aſpexiſſet. Utinam quæ in Philoſophiæ ejuſdem Præfatione promittit, in Re Symbolicâ ſe ſcripturum brevì videat orbis literatus!

XXXI. Beatiſſimam Virginem Mariam, circa idem tempus, opere quodam Symbolico honoravit,

vit, R. P. AMBROSIUS NIESZPORKO-WITZ. Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, in Monte Claro Ecclesiastes. *Anno enim* 1691. Typ: Cracoviensibus edidit *Officinam Emblematum complectentem Elogia B. Virginis*, in quâ, centum symbolis Beatissimam Virginem colit, subjunctâ cuilibet symbolo suâ explicatione. Aliquot alias Centurias symbolorum, ab eodem Auctore in laudem ejusdem Beatissimæ Virginis jam prælo paratas esse, monent me ejusdem S. Ordinis Patres, Varsaviæ ad S. Spiritum existentes, sed defectu Patroni esse, quod beneficio præli, nondum fiant juris publici.

XXXII. Symbolorum etiam quandam collectionem, Anno 1693. Amstelodamensibus Typis orbi litterato communicare cœpit DANIEL DE LA FEVILLE sub Titulo *Devises & Emblemes anciennes & modernes tirées de plus celebres auteurs, avec plusieurs autres nouvellement inventées, per les soins De Daniel De La Feville.* Promittit autem auctor, se quot annis, ad quadringenta nova symbola editurum, quod an sequentibus annis præstiterit, definire non possum.

XXXIII. Ordo nunc ad eosdem devenit, quorum libri, vel annum Editionis suæ in fronte non præferunt, vel quorum Editiones, domesticâ Bibliothecâ mihi nunc destituto ad certum annum referre non licet. Huc spectant *GNOMOGLYPHICA KONIGSMARCHIANA, ex insignibus Illustrissimi herois Joannis Christophori Koningsmarchii deducta* & aliquot symbolis inspersa, sine Die & Consule edita, in folio, ut vocant.

XXXIV.

XXXIV. Spectant huc etiam *MARCI ZVE-II BOXHORNI Emblemata Politica* in Decimo xto. In Hollandiâ edita.

XXXV. *Nucleus itidem Emblematum GABRIE-'S ROLLENHAGEN*, editorum *Arnhemii a-d Joannem Janssonium* in quarto.

XXXVI. Plurima etiam, eaque ingeniosa sym-la, Operibus suis Belgicis inseruit JACOBUS ATZSIUS, magni apud Fœderatos Belgii Or-ies sigilli custos, in quibus, hoc viro sæculari idiomate patrio scribenti, summæ laudi est, od de virginali & conjugali statu scribens, ita emperaverit calamum, ut in castas aures nus-am peccet.

XXXVII. Edita etiam in folio circumferuntur RISTROMATA REGIA, Virtutibus Ludo-i XIV. Galliarum Regis, Symbolicè inscripta, ris, iisque acutissimis symbolis referta.

XXXVIII. *Peristromata* pariter symbolica edi-, *ANDREAS MAXIMILIANUS FRE-O*, non Hispanus, ut quidam similitudine no-ium decepti, credidere, sed Natione Polonus, gnitate Regni Senator, & Castellanus Leopo-sis, quæ etsi periculosissimo Reipublicæ tem-e raptim scripta confiteatur Auctor, ut ea com-ni Patriæ fato subduceret, sunt tamen omnia ncipibus accommodatissima, & tanto viro di-., scripta autem mihi videntur fuisse, sub Re-*Joannis Casimiri*, Poloniæ Regis.

XXXIX. R. P. N. WEMMERS ex Ordine B. M. V. De Monte Carmelo, Conciones in ta edidit, quarum unicuique symbolum non nendum præfixit.

XL.

XL. Symbola Hiſpanico idiomate etiam cc ſcripta eſſe intelligo, à R. P. N. ZEPEDA Hiſp no, è Societate Jeſu nondum mihi viſa.

XLI. Idem Germanico ſermone feciſſe, ar paucos annos audio, Germanum quendam SCHIBEN, ſed nec illa hactenus mihi obvenêr

XLII. Occaſionaliter libro ſuo Elogiorum v ria, eaque acutisſima Symbola inſeruit R. P. P TRUS LABBE Soc. Jeſu, quorum Elogiorum v riæ proſtant editiones.

XLIII *R. P. JOANNES PACKENIUS S Jeſu*, *in Hercule ſuo Prodicio renovato*, quo totu iter Sereniſſimi Principis Joannis Wilhelmi, E ctoris nunc Palatini, eleganter deſcribit, cui ejuſdem Principis Confeſſarius interfuerat, va etiam Symbola, quæ ipſi in hoc itinere obvenêr ſuis locis exhibet, inter quæ maximè ingeni ſunt, quibus Pariſiis parentatum eſt Mareſchal Turenio.

XLIV. SIGFRIDUS VON BIRCKEN, Germanico ſuo *Speculo honoris Auſtriacæ Domus*, variis frontiſpiciis, etiam ingenioſa aliquot Sy bola exhibet.

XLV. Ad hanc quoque claſſem, quod pluri etiam Symbola complectantur, revocandi ſunt qui Metallicas recentiores ſcripſere. Unde, p ter Luyckium, De Bye, & Chriſtynum, à M neſtrerio citatos (qui Imperatorum, Reg Chriſtianiſſimorum ac Brabantiæ & Burgun Ducum Numiſmata, edidêre) ulterius no nandus eſt R. D. CLAUDIUS DU MOI NET, Canonicus Regularis S. Genovevæ P ſienſ

ſienſis, qui Numiſmatibus Papalibus, in ære exhibendis, explicandiſque Anno 1679. primus manum applicuit, opere uno in folio, ea à Martino V. ad Innocentium XI. incluſive, exhibendo, quibus Hiſtoriam eorundem, ab Anno 1417. ad 1679. complectitur. Quo in opere, cum non tentatum aliis iter, primus ſit ingreſſus, nemini mirum videbitur, quod multa Numiſmata ejuſmodi, virum diligentiſſimum adhuc fugerint.

XLVI. Molinetum ſubſecutus eſt, R. P. PHILIPPUS BONANUS Soc. Jeſu, hic enim *Anno* 1696. *Romæ ſumptibus Felicis Cæſaretti & Parimbeni* Tomo uno in folio dedit *Numiſmata ſummorum Pontificium Templi Vaticani fabricam indicantia, Chronologicâ ejuſdem fabricæ narratione, ac multiplici eruditione explicata*, quæ velut uberiori Numiſmatum Papalium lucubrationi, quam meditatur typis dare, velut prodromum quendam præmiſit.

XLVII. Numiſmata Wilhelmi Principis Auriaci, poſt Angliæ Regis, ejus nominis III, honori cuſa, aliaque Monumenta eidem erecta, folio itidem integro, orbi dedit *NICOLAUS CHEVALIER Amſtelodami Anno* 1692.

XLVIII. Danica omnia, in ſuo *Muſæo Regio*, *Hafniæ Anno* 1696. *edidit* OLIGERUS *JACOBAEUS Medicinæ & Philoſophiæ Profeſſor Regius*, in quo, inter alias ejuſdem Muſæi raritates, expreſſa & explicata videbis, Parte II. Sectione V.

XLIX. Idem, antea in Danicis Numiſmatibus præſtiterat JOHANNES MULENIUS, ab eodem Jacobæo ſæpius citatus, nunquam tamen hactenus à me viſus.

L. Hollandica Fœderatorum Statuum Numiſmata, duobus in octavo (ut vocant) Tomulis; edidit, Idiomate Gallico M. BIZOT (an is quem in præfatione operis ſui, Molinetus Abbatem nominat?) ad quod opus, in Editione ejuſdem altera, magna numiſmatum ac Epitaphiorum acceſſio facta eſt, ita, ut tunc in tres Tomulos illud diſpertiri fuerit neceſſe: occaſione autem Wilhelmi III. Moderni Angliæ Regis, multa ex eo ſibi numiſmata, in opus ſuum redegit, Nicolaus Chevalier, ſupra citatus.

LI. *Electoralia Brandenburgica*; *Anno* 1695. vulgavit *TENZELIUS*, Duci Saxoniæ Gothæ à Bibliothecâ, Colloquiorum menſtruorum Auctor; in eorundem Colloquiorum Anni ejuſdem menſe Septembri; ſed non omnia ibidem exhiberi, ac multo plura in Sereniſſimi Electoris ſui Muſæo monſtrari, monuit me vir Clariſſimus, Joannes Caſimirus Philippi, eidem Electori à Bibliothecâ. Præter ſupraſcriptos, & eos, quos in Catalogo ſuo nominat Picinellus, & Meneſterius, ſymboliſtarum hactenus vidi neminem, quamvis minimè dubitem, plures eſſe qui oculos & diligentiam meam fugerint; adeoque in iis finem faciens, Benevolum Lectorem meum rogatum velim, ut quos ipſe præter ſupra ſcriptos, ſymbola conſcripſiſſe noverit, eoſdem notitiæ meæ tranſcribere non gravetur.

# LIBER X.

# HERBÆ.



## CAPUT I.

## LINUM. LINUM ASBESTINUM.

* I. L*Ino, per ferreos aculeos attracto; ut repurgetur; aliquando inscripsi.*

QUI PERSEVERAVERIT IN FINEM:

Virtutem perseverantiæ, Emblema innuit.

* II. *Eidem lino, Lemma.*

MELIORA TRAHUNTUR vel MELIORA SEQUENTUR.

Optimos quosque, gratiis actualibus attrahi videas. Imago quæquæ indolis, ductilis & morigeræ.

* III. *Eidem lino, per ferreos aculeos attracto, Lemma.*

SPECTATA PER ASPERA FIDES.

Imago probati per adversa amici. Imago Martyris.

* IV. *Lino, quod exteriori solo cortice detrahitur, Lemma.*

PRÆTER CORTICEM NIHIL.

Imago hypocritæ, solum de virtutis cortice spectandi.

* V. *Lino asbestino, in flammis dealbato, Lemma.*

UNDE MACULARI TIMEBAM.

Imago eorum, qui calumniis, unde infamari timebant, illustriores redduntur.

Imago item eorum, qui iisdem calumniis repurgantur quoad animam.

* VI. *Eidem asbestino lino, inter ignes illæso, Lemma.*

FIDES SPECTATA PER IGNES.

Imago variorum Martyrum, ignibus pro Deo ex fide cruciatorum.

* VII. *Eidem lino, in igne dealbato, Lemma.*

ALIOS MACULAT, ME MUNDAT.

Imago Tribulationum, quæ impatienter toleratæ coram Deo animos maculant, quos mundant in iis, qui eas patienter ferunt.

* VIII. *Lino eidem, in igne dealbato, Lemma.*

HIC CANDOR, AB ÆSTU EST.

Animæ, per contriti cordis æstus, à peccatis mundatæ, imago.

* IX. *Eidem in flammis, Lemma.*

PURGOR, UT UROR.

Imago animarum Purgatorii.

* X *Lini medulla, in aquis putrescit.*

INTIMA PUTRESCUNT.

Imago occulti peccatoris.

* XI. *Linum, sæpius irrigatum, seu lotum.*

CAN-

CANDOR GEMINATUS, AB UNDIS. vel SEMPER CANDIDIUS.

Imago animæ, per repetitum Sacramentum pœnitentiæ, ſemper mundioris.

* XII. *Linum, ex aquis maceratum, perficitur.*

MACERATA LEVANTUR.

Imago carnis noſtræ, quæ macerata, aptior eſt ad elevationes cœleſtes.

* XIII. *Linum maceratur, laceratur, aliaſque plures afflictiones patitur, antequam ad plenam perfectionem deveniat.*

PER MULTAS TRIBULATIONES, vel TRIBULATIO PRODEST.

Imago juſtorum, quos per multas tribulationes, ad æternam quietem, diſponit Deus.

* XIV. *Linum, per anguſtias ferreorum aculeorum attractum, purgatur.*

IN ANGUSTIIS COMPROBATUR.

*Frater in anguſtiis comprobatur.* Prov. 17.

* XV. *Linum, in aquis prius maceratur, ut putrefactâ medullâ, promptius lacerari poſſit.*

MACEROR, UT LACERER.

Imago ejus, qui multis carnis macerationibus à Deo donum Martyrii ſperabat.

* XVI. *Linum, in aquis maceratum, putreſcit.*

PUTREO, NON MUNDOR AB IPSIS.

Imago falſæ pœnitentiæ, qua non mundatur anima, ſed magis in peccatis ſuis putreſcit.

* XVII. *Linum, quod antea viride, & floridum erat, demum inter ferreos aculeos.*

POST VERNOS ASPERA RISUS.

Imago conſcientiæ, aculeis voluptatum vexatæ.

* XVIII. *Linum demerſum in aquis, ut cortice detracto perficiatur.*

PROFUNDO, PULCHRIUS EVENIT.

Imago hominis baptizati.

In vim calamitatum, quibus merſi mundamur.

* XIX. *Linum, inter dentatam ligneam fabricam, fractum.*

NON UNO DENTE VENUSTUM.

Imago hominis à passis innocenter calumniis, multum gloriosi.

## CAPUT II.

# ACANTUS.

XX. *Acantho, Camerarius inscribit.*

FORMOSIOR PRESSA.

Imago earum Sanctimonialium, quibus per acerrimas pœnitentias, nihil videas decedere de eâ venustate, quam in Religionem intulere.

* XX. *Acanthus, quo plus premitur eo plus ascendere conatur.*

PLUS PRESSA, PLUS ÆTHERA QUÆRIT.

Imago Hominis, inter calamitates ad Deum recurrentis.

* XXI. *Acanthus depressa, per gyros corporis se deprimentis assurgens, Statuarium Calimachum, flexus & gyros columnarum edocuit.*

QUÆ NOCENT DOCENT.

## CAPUT III.

# ACONITUM.

* XXII. *Aconitum venenatum, & viride.*

MORS INCLUSA LATET.

Imago voluptatum, quibus sempiterna animæ mors inest.

## CAPUT IV.

# CAPILLUS VENERIS.

* XXIII. *Capillus-Veneris ruinis hærens.*

HÆRET RUITURIS.

Ima-

Imago hominis, terrenis nimium affixi.

* XXIV. *Idem.*

VETUSTA DELECTANT.

Imago Antiquarii cujuſdam.

## CAPUT V.

## BRASSICA CAULIS.

* XXV. *Braſſicæ, in centro ſui firmæ & candidæ, Verienus inſcribit.*

MA FERMETE, DE MA BLANCHEURE.

FIRMAVIT CANDOR.

Innocentiæ firmæ, & perſeverantis idea.

* XXVI. *Braſſicæ folia extima & virentia, amara ſunt.*

QUA VIRET, AMARA EST.

Proſperâ fortunâ utentis, ideoque faſtuoſi, ac intractabilis hominis imago.

## CAPUT VI.

## CARDUUS.

* XXVII. *Equitibus, ordinis S. Andreæ ſeu cardui, Carduus, pro ſymbolo cum Lemmate eſt.*

INDEFENS. Id eſt. DEFENSIONI MEÆ.

Symboli mens eſt, ejuſdem Ordinis Equites non armari, niſi juſtæ ſuæ contra aggreſſores defenſioni.

* XXVIII. *Apud Auctorem Coll: Carduo Lemmà eſt.*

NUL NE S'Y FROTTE.

NON BLANDIRI, AUT FERIRI.

Hominem, omnis adulationis inimicum, ſic exprimes.

* XXIX. *Carduis, aliquando inſcriptum fuit.*

NON EST QUI FACIAT BONUM.

In raritatem bonorum, hoc in orbe.

* XXX. *Carduo aculeato, Lemma*
OMNE MIHI TEMPUS IN ARMIS.

Imago vitæ Chriſtianæ, quæ eſt militia ſuper terram.

Imago etiam hominis, ab adoleſcentiâ militiam ſectati.

* XXXI. *Carduus, aculeis ſuis, telas illuſtrans.*
QUOS FERIT, ILLUSTRAT.

Imago adverſitatum, quæ quos aculeis ſuis feriunt, ſæpe inde orbi illuſtriores reddunt.

## CAPUT VII.

## CAPPARIS.

* XXXII. *Capparis, acrimoniâ ſuâ guſtum provocans.*
HIC GUSTUM PROVOCAT ACROR.

Mortificationum frequentem uſum, Emblema exprimit, majorem juſtis appetitum earundem ſuſcitare.

* XXXIII. *Capparis ſolitarie comeditur, ſimul etiam ad aliorum ciborum condimentum.*
CIBO ET CONDIMENTO.

SS. Euchariſtiæ imago, quæ & perfectus animæ cibus, & adverſarum rerum condimentum eſt, quo ſuavius ea tolerantur.

## CAPUT VIII.

## CEPA.

* XXXIV. *Cepa, viridem ſtipitem, canum caput habens.*
VIRETQUE, CANETQUE. vel VIRIDI FERT STIPITE, CANOS.

Imago prudentis in adoleſcentiâ animi, aut Religionis, in ſenio ſuo adhuc florentis.

* XXXV. *Cepa, multa involucra habens.*

VE-

VESTITI SUNT DUPLICIBUS.
Imago Politicorum hujus ſæculi.

* XXXVI. *Cepa comeſta, appetitus nauſeam pellit.*

FASTIDIA PELLO.
Amorem ad ſpiritualia, omnis acediæ excluſivum, Emblema tibi pingit.

* XXXVII. *Cepa, quod evoluta, lachrymas excutiat, à P. Maſenio inſcribitur.*

EVOLVES NON SINE FLETU.
Exemplum Conſcientiæ ſive in examine ejus ſive in Confeſſione, cum lachrymis evolvendæ.

* XXXVIII. *Jacobus Catzius, eidem Cepæ inſcribit.*

VESTITAM IMPUNE VIDEBIS.
In cautum aſpectum ſui alteriuſve corporis.

* XXXIX. *Eidem, multis corticibus inſtructæ, P. Maſenius inſcripſit.*

VIX SATIS EVOLVES.
In artes & politias Aulicas, Conſcientiam quoque propriam, vix ſatis evolvendas.

* XL. *Apud Auct. Coll: Eques Italus, Cepæ inſcripſit.*

CHI ME MORDERA, PIANGERA.
PLANGET QUI MORDEBIT.
Imago eorum, qui ex guſtatis mundi deliciis, æternum plangunt inter damnatos. Imago vindicativi.

## CAPUT IX.

## CUCURBITA.

* XLI. *Cucurbitæ aſcendenti, apud Verienum inſcribitur.*

NULLO DUCENTE MAGISTRO.
Ambitionis affectum, omnibus à naturâ inditum, Emblema innuit, quo abſque magiſtro ad alta enitimur.

* XLII. *Eidem, ligneis fulcris ſe nectenti, atque aſſurgenti, Lemma.*

NEXIBUS ASSURGO.

Imago cujusdam, qui cognationis nexu, ad dignitates promovebatur.

* XLIII. *Eidem Lemma.*

NEXUS NON SUFFICIT UNUS.

Votorum Religiosorum renovationem repetendam, Emblema docet.

* XLIV. *Cucurbita exsiccata, ad usum hydriæ, serviens.*

ANTE CIBUM, NUNC POTUM.

Imago Christi, post institutum Sacramentum, sub speciebus panis, præbentis sub vini speciebus, Sanguinis sui potum.

* XLV. *Idem.*

POTUMQUE CIBUMQUE.

Imago prompti Eleemosynarii in cibando & potando pauperes.

* XLVI. *Cucurbita, quæ ingentis ponderis fructus profert,* Lemma.

NULLI SINE PONDERE FRUCTUS.

Nempe, novæ proles novas secum curas adferunt.

* XLVII. *Cucurbitæ, inter cucumeres aliquot, P. Masenius inscribit.*

NEMO MAGNUS, NISI COMPARATUS.

Qui in aulâ vivunt, magnos se in servitute putant, quia præsunt parvis.

* XLVIII. *Cucurbita non diu consistens.*

BREVE GAUDIUM.

Idea mundanarum voluptatum.

* XLIX. *Cucurbita, in aquâ fluctibus obruta, subinde emergens.*

LUCTOR, ET EMERGO.

Imago hominis cum adversis colluctati.

* L. *Cucurbita hastæ innixa.*

PER ME SURREXIT.

Imago cujusdam, militari experientiâ, ad honores evecti.

* LI. *Cucurbita,* Lemma *tenet.*

FRUCTUS, ET UMBRAM.

In

In quendam Auctorem, qui inter bonarum rerum fructus, umbras quaſdam adjecerat ignorantiæ.

* LII. *Cucurbita fulcro ſuſtentata amplius excreſcit.*

LUXURIAT FULCRO.

Imago hominis; Patroni cujuſdam gratiâ abutentis.

* LIII. *Cucurbitæ eidem*, Lemma.

SINE FULCRO, NESCIA STARE.

Imago fragilitatis humanæ, ſine divinæ gratiæ ſufficientibus auxiliis, quantocius lapſuræ.

## CAPUT X.

## CROCUS.

* LIV. *Crocus, intra purpureum florem, tria aurea fila habens.*

HABET MEA PURPURA FLAMMAM.

Imago, Sancti cujuſdam Regis, charitate in Deum eminentis.

* LV. *Crocus contritus, manum tangentis aureo colore tingit.*

SI TANGIS TINGIT.

Imago hominis, ſibi adhærentes ſocios ad imitationem ſuarum virtutum attrahentis.

* LVI. *Eidem Croco* Lemma.

NIL PURPURA LÆDITUR AURO.

Imago hominis, in dignitatibus, divitiis ſuis minimè abutentis.

## CAPUT XI.

## BETONICA.

* LVII. *Betonicæ, latentibus nonnullis ejus aculeis, Camerarius inſcribit.*

SEVERITAS ABDITA, CLEMENTIA IN PROMPTU.

Imago Prælati.

# CAPUT XII.

# FRUMENTUM, GRANUM, SPICA.

* LVIII. *Grano frumenti, in terram cadenti, apud Verienum Lemma est.*

SIC VITAM INVENIENT. vel MORIENDO REVIVAM.

Imago gloriosæ Resurrectionis corporum nostrorum, post eorum in sepulchro putrefactionem.

* LIX. *Frumenta, secundâ aurâ succiduntur.*

REBUS SUCCISA SECUNDIS.

Imago eorum, quos in medio felicitatis humanæ cursu, mors succidit.

* LX. *Schonwetterus frumentis cœlo sereno crescentibus, in suorum librorum fronte inscriptum habet.*

COELO CRESCENT VEGETATA SERENO.

Imago profectus nostri, à Dei favore dependentis.

* LXI. *Frumento, seu segeti, cui intermixti flosculi Papaveris, Cyanorum, &c. ei magis impedimento sunt quam ornamento, Lemma est.*

PULCHRE, SED IMPORTUNE.

In eos quibus honores, impedimento sunt consequendæ salutis.

* LXII. *Auctor Peristr: Regis Galliæ, frumento glandibus apposito, inscribit.*

VITÆ MELIORIS IN USUM.

Significare volebat Regem, Galliam, quam incultam acceperat, cultiorem reddidisse. SS. Eucharistiæ id etiam convenit.

* LXIII. *Frumentum seminatum.*

QUAS DEDERIS, SOLUS HABEBIS OPES. vel PLUS RECIPIT, QUI PLURA DEDIT.

Remunerationes eleemosynarum in cœlo expressas habes.

* LXIV. *P. Petra Sancta spicæ depressæ inscribit.*

QUIA PLENA.

Humilitas bonorum operum individua comes ut sit, necesse est.

* LXV. *Altiori spicæ lemma.*

NON QUAM ALTA, SED QUAM PLENA.

Imago eminentiæ nostræ in mentis, plus respiciendæ à Deo, quam in honoribus.

* LXVI. *Frumenta, è manu seminatoris agricolæ, abjecta, Lemma tenent.*

ABJECTIS, SUA VIRTUS ERIT.

Exprimit Symbolum, bona temporalia per volutariam paupertatem abjecta, maximè fructificare.

* LXVII. *Frumentis immixta lolia.*

SUNT MALA MIXTA BONIS.

Imago communitatis cujuslibet, in quâ videas lolia quædam, bonis admixta esse.

* LXVIII. *Messis, falce succisa.*

VERNI SOLATIA DAMNI.

Imago, copiosæ in cœlo remunerationis, earum voluptatum, quas in juventute propter Deum dimisimus.

* LXIX. *Spica matura succiditur.*

SUCCIDOR ELATA.

Imago eorum, quos ad honores evectos, mortis falx succidit.

Imago item eorum, quos superbia in exitium dejecit.

* LXX. *Frumentum maturum, falce succisum.*

CÆDOR, UT EDAR.

Imago Christi, in passione flagellati, ut in Sacramento Altaris in cibum sumptus, memoriam amarissimæ Passionis suæ, in nobis excitaret.

* LXXI. *Frumentum, hyemes & æstates expertum, atque in horreo sudores.*

SUDAVIT ET ALSIT.

Imago Belliducis, aut militis in Expeditionibus, hyemum & æstatum incommoda passi.

* LXXII.

* LXXII. *Spicarum manipulus, à sole erectus, in nummo Joannis Casimiri, Regis Poloniæ, inscribitur.*

ERIGOR COELITUS.

Imago dejecti animi, spe firmâ in Deum sese erigentis.

* LXXIII. *Eidem spicæ inclinatæ* Lemma.

INCLINATA RESURGO.

Imago hominis ex Calamitatibus emergentis.

Imago Christi, qui inclinato in cruce capite emoriens, gloriosior tertiâ die surrexit.

* LXXIV. *P. Hesfis granis frumenti in terram projectis, ac fructum producturis, inscribit.*

FRUSTRA, PROMISSUS COELO, SI DEFICIT IGNIS.

Exprimere volebat, Eleemosynas debitâ charitate destitutas, frustraneas esse.

* LXXV. *Granis seminatis, quæ è terrâ provenerant*, Lemma.

REDDIT SUA DONA PARENTI.

Imago filii, parentes alentis.

Sodali Mariano, gratias Matri Virgini, de beneficiis præstitis agenti, idem applicabis.

* LXXVI. *Spicæ à granis suis depressæ, Fevillæus. inscribit.*

EX PONDERE CASUS.

Imago eorum, quos honorum pondera, in æternum præcipitium ducunt.

* LXXVII. *Ex uno grano seminato, plura surgunt.*

UNIUS CASU, PLURES SURGUNT.

Proximorum inexspectati casus, seu pœnæ sæpenumero aliis exemplo sunt, ad resipiscentiam.

* LXXVIII. *Frumenti acervo Camerarius inscribit.*

DE PARVIS, GRANDIS ACERVUS.

Imago peccatorum quotidianorum, demum in ingentem acervum excrescentium.

Idem de justorum meritis senties.

* LXXIX. *In nummo quodam Belgico, frumento seminato*, Lemma *est.*

SPE

SPE INCERTA.

Laborum pro mundo & aulâ exantlatorum, ſub du-
iâ remunerationis ſpe, ideam habes.

* LXXX. *Ariſta fluctuans à vento.*

FLUCTUAT, ET FLORET. vel FLUCTU-
AT, ET CRESCIT.

Imago Eccleſiæ, inter calamitatum ac perſecutio-
um fluctus, vel maximè efflorentis, & proficien-
is.

* LXXXI. *Granis frumenti ſeminatis, Chovaynus
inſcripſit.*

LAPSU MELIORA RESURGENT.

SS. Pœnitentes, ex lapſu, dein ſanctiores, vides
xpreſſos.

* LXXXII. *Frumenti grana, in ſuis thecis inclu-
ſa, maturant.*

INCLUSA MATURANT.

Imago Religioſi Clauſtralis.

* LXXXIII. *Frumenta, in thecis ſuis, ab avi-
bus tuta.*

TEGMINE SERVANTUR.

Imago multorum clauſtro ſervatorum, quos mundus
n exitium dediſſet.

Puellas, hoc Symbolo cuſtodiendas, memento.

* LXXXIV. *Spicæ* Lemma.

FLUCTUAT ELATA.

Imago inconſtantis Prelati.

* LXXXV. *Frumenta matura.*

NON MATURA PRIUS, QUAM CANA.

Imago cujuſdam, in ſenio primum ſapientis.

* LXXXVI. *Spicarum aculei ſpicas protegunt ab
avibus.*

PROTEGUNT, NON PUNGUNT.

Ita Mortificationes, juſtos plus protegunt quam af-
ligunt.

* LXXXVII. *Frumenta, in tempore debito ſemina-
ta, fructum ſolum proferunt.*

TAN-

TANTI REFERT, QUO TEMPORE DONES.

Imago prudentiæ, adhibendæ in munificentia.

* LXXXVIII. *Spica inanis, à vento plus flexilis.*

FLECTUNTUR INANES.

Imago humilitatis, magis inter pauperes, quam divites excultæ.

* LXXXIX. *Frumento lemma.*

HINC ALIMENTA ORBI.

Imago SS. Euchariſtiæ.

* XC. *Spicæ, ab adverſo vento fluctuanti, lemma.*

FLUCTUAT ADVERSIS.

Imago animi, inter adverſa fracti.

## CAPUT XIII.

## FRAGUM.

* XCI. *Frago in eremo, Lemma.*

PRODUXIT EREMUS.

Imago variorum Anachoretarum.

* XCII. *Fraga quo minora quo ſapida magis ſunt.*

QUOD MINUS, ID MELIUS.

Humilitas plerumque menſura eſt Sanctitatis cujuſcunque.

* XCIII. *Fraga, in vallibus ſolita naſci, gratiora ſunt.*

HUMILIBUS DAT GRATIAM.

Imago humilitatis, Deo ex hominibus dilectæ.

## CAPUT XIV.

## FUNGUS.

* XCIV. *Fungis, ſine ſemine enatis, Lemma.*

EX NIHILO NATI SUMUS.

Imago Conditionis humanæ.

* XCV. *Fungo lemma.*

TUMET INANIS.

Imago

Imago indocti fastuosi.

* XCVI. *Eisdem unâ nocte natis Lemma.*

FESTIVA, NON SUNT; QUÆ FESTINA.

* XCVII. *Auctor Coll. Fungo inscribit.*

NASCENDO MATURUS.

Imago, maturæ ingenio & prudentiâ juventutis.

* XCVIII. *Fungi, in umbrosis locis crescere soliti.*

CREVERE SUB UMBRIS.

Multorum fungorum & indoctorum promotiones, sub umbris ingentium Patronorum, Emblema exprimit.

* XCIX. *Fungi, debito tempore minimè decerpti, venenosi sunt.*

MULTUM REFERT, QUO TEMPORE CARPAS.

Exemplum, correctionum apud indoctos & idiotas, opportuno tempore faciendarum.

* C. *Fungi, qui viridis coloris sunt, maximè virulenti sunt.*

CUM VIRORE VIRUS.

Juventutis vigori, libidinis virus maximè dominari, symbolo docetur.

* CI. *Fungos subinde gratissimis coloribus exterius variegatos videas.*

PULCHRO SUB CORTICE FUNGUS.

Imago hominis indocti, famam viri scientifici habentis.

* CII. *Fungi mox post ortum suum decerpuntur.*

VIX NATI DECERPIMUR.

Imago brevitatis vitæ nostræ.

## CAPUT XV.

## JUNCUS.

* CIII. *Juncus irrigua loca amans.*

PASCITUR IRRIGUIS.

Imago D. Dei, qui lachrymarum contriti cordis amator est.

* CIV.

* CIV. *Junco lemma.*

TOTUS MEDULLA.

Imago ſucculenti Juvenis.

* CV. *Juncus, in aquâ creſcens, & deſuper pluviis irrigatus.*

MEDIIS VIRESCIT IN UNDIS.

Imago S. Pœnitentis cujuſdam.

* CVI. *Juncus, extra viridis; interius albet.*

VIRIDI SUB TEGMINE, CANET.

Imago Epiſcopi ſenis.

Imago item cujuſdam in adoleſcentiâ prudentis.

* CVII. *Eidem* Lemma:

VIRET INANIS.

Imago, læti in paupertate animi.

Imago quarundam Religionum, quæ ob eximiam paupertatem ſuam, mire florent.

## CAPUT. XVI.

# ENDIVIA.

* CVIII. *Endivia, filis aut viminibus conſtricta, ut citius matureſcat.*

UN CITO MATURET.

Imago hominis, Religioſis votis ſeſe conſtringentis; ut cœleſtibus matureſcat.

CIX. *Endivia conſtricta, interius albeſcit.*

PER VINCULA CANDOR.

Imago innocentis in Religionis vinclis animi.

* CX. *Eidem Lemma.*

VINCLIS MITESCERE DOCTA.

Imago ferocioris cujuſdam puellæ, quam matrimonii vinculum cicuraverat.

* CXI. *Eidem, Lemma.*

CLAUSA MITESCIT.

Imago cujuſdam, quem Religio feritate depoſitâ, manſuetum reddiderat.

## CAPUT XVII.

# GRAMEN.

* CXII. *Gramen conculcatum.*

EGRESSUM CONTERITUR.

Imago hominis, qui *egreditur & conteritur, & fugit vel- ut umbra.* Job. c. 14.

* CXIII. *Gramen conculcatum crescit uberius.*

CALCATUM UBERIUS.

Imago, protritæ per persecutiones Ecclesiæ; uberiorem semper sementem proferentis.

* CXIV. *Corona Graminea.*

SOLVENTI OBSIDIONEM.

Præmium in cœlo dandum iis, qui obsessum ingenti tentatione proximi animum eliberaverint, Emblema repræsentat.

* CXV. *Gramen ad exortum suum flores secum adducens.*

FLORENT MODO NATA, VIRENTQUE.

Imago Religionum, quibus in exortu sui primævus flos major semper fuit.

## CAPUT XVIII.

# MELOPEPON.

* XVI. *Inter Melopepones raro boni.*

RARI QUIPPE BONI. vel PAUCI ELECTI.

In electorum paucitatem.

* CXVII. *In Melopeponibus extima caro grata est; non medulla.*

EXTIMA, NON INTIMA. vel EXTIMA PRÆSTANT.

Imago mundi, cujus extima quæ apparent longe intimis præstant.

* CXVIII. *Melopepon dulcis, serpit in terrâ.*

DULCE MEUM DEMISSA PETIT.

Expreſſio animæ piæ, de Chriſto ſeſe humiliante ſeu humilia à nobis expetente.

## CAPUT XIX.

## NYMPHÆA.

* CXIX. *Nymphææ folia, cordis ſpeciem habentia, aquis innatant.*

CORDA MIHI SURSUM.

Imago juſtorum, cor in Deum erectum habentium, inter rerum mundanarum fluctus.

* CXX. *Nymphææ folia cordium inſtar, in aquis fluctuantia.*

SEMPER FLUCTUO.

Inquietum cor hominum, Emblema exprimit.

* CXXI. *Idem.*

COR VIRET IN LACHRYMIS.

Pœnitentiæ fructus, Emblema innuit.

* CXXII. *Eiſdem Nymphææ foliis lemma.*

FLUCTUO NON MERGOR.

Imago ſcrupuloſi.

Imago conſtantis inter adverſa animi.

## CAPUT XX.

## URTICA.

* CXXIII. *Urticæ, in Richelii Cardinalis Palatio, lemma eſt.*

NON URIT, NISI LÆSA.

Imago Conſcientiæ, neminem urentis, niſi à quo prius peccatis læſa fuit.

Imago hominis pacifici.

* CXXIV. *Urticæ, P. Maſenius inſcribit.*

NON TANGE, VEL OPPRIME.

Exprimit imago eos qui leviter tacti rebellant, graviter ſe ſubmittunt.

* CXXV. *Urticæ apud Fœvillæum lemma eſt.*

NO-

NOLI ME TANGERE.

Imago delicati, & impatientis hominis.

* CXXVI. *Manui ad Urticam appropianti, nescio ubi inscriptum viderim.*

HEU! CEDE PREMENTI.

Documentum, Cedendum esse majoribus, eorumque iræ & furori.

## CAPUT XXI.

# SCOLOPENDRIA. SEU LINGUA CERVINA.

* CXXVII. *Scolopendria, folia linguis simillima, habens.*

NIL NISI LINGUA.

Imago hominis garruli.

* CXXVIII. *Herba eadem, ad puteos & fontes crescens.*

HUMENTIA QUÆRIT.

Imago hominis potatoris.

* CXXIX. *Scolopendria Medicinalis.*

ET LINGUA MEDETUR.

Animi morbis, in Confessione, optimam medelam adfert lingua.

## CAPUT XXII.

# SEDUM, SEU, SEMPERVIVUM.

* CXXX. *Sedum demessum, non nisi ejus radice superstite.*

VIVUM MEUM TERRA TEGIT.

Sepultum Christum Dominum, pia anima sic exprimit.

* CXXXI. *Sedum quod Amor in manu tenebat D. Thesaurus exhibet cum lemmate.*

ARDOREM NON MINUIT, SEMPER MIHI VIVENS.

Teſtabatur ita ſuos quidam inextinctos in puellam amores.

* CXXXII. *Sempervivo Italus inſcribit.*

SIEMPRE E VIVO. Id eſt SEMPER VIVENS. vel VIVUM MEUM NUNQUAM MORITUR.

Chriſtum à Sepulchro redivivum, qui *reſurgens ex mortuis*, *jam non moritur amplius*, anima devota ſic repreſentat.

## CAPUT XXIII.

## RORARIA.

* CXXXIII. *Roraria herbæ P. Maſenius inſcribit.*

MADET UBIQUE.

S. Petri lapſum ſuum deflentis imago.

## CAPUT XXIV.

## PENTAPHYLLUM ſeu QUINQUEFOLIUM.

* CXXXIV. *Pentaphyllo lemma.*

QUINTUPLEX SALUS.

In quinque SS Chriſti vulnera.

## CAPUT XXV.

## LUNARIA.

* XXXV. *Lunaria, ad lunæ ſplendorem ſe erigens, eandem apud Choiaynum, iſthoc lemmate alloquitur.*

DE LOS TUYOS, LOS MYOS.
DE TUIS, MEI. Subintellige radii.

Dotes glorioſas, ab animâ in corpus profluentes, ita corpus exprimit.

C A-

## CAPUT XXVI.
## LIQUIRITIA.

* CXXXVI. *Liquiritia, dulcem ſibi radicem eſſe, apud Auct. Coll. ſequenti lemmate id exprimit.*
DULCE MEUM, TERRA TEGIT.
Chriſtum ſepultum pia anima, aut conjugis mortem exprimet conjux ita.

## CAPUT XXVII.
## RUTA.

Liceat mihi hic aliquot Symbola ponere, quæ electo AUGUSTO II. Poloniarum Rege, Electorali rutaceæ coronæ facta ſunt.

* CXXXVII. *Ruta, ad quam bufones enecati jacent, eosdem enim ſolo odore, teſte Berchorio, fugat.*
PROCUL ESTE BUFONES.
Explicationem benevolus Lector facile aſſequetur. SS. Euchariſtiæ Sacramentum, quod indigne illud ſumentibus mortem adducit ſempiternam, ſic etiam exprimes.
* CXXXVIII. *Ruta, omnia venena pellit.*
NOXIA PELLO.
AUGUSTO II. NOXIORUM QUORUMCUNQUE REGNI HOSTIUM VICTORI, ET PROSCRIPTORI.
Prælatum, noxios quosvis homines aut mores, proſcribentem, etiam expreſſum habes.
* CXXXIX. *Ruta, juxta ficum plantata, amat enim plantari juxta eandem.*
DULCI JUNCTA MARITOR.
AUGUSTO II. AMANTISSIMORUM ET SUAVISSIMORUM MORUM CONSORTEM, POLONÆ GENTI IN REGINAM OBLATURO.

* CXL. *Ramus rutaceus (loco olivæ) in rostro columbæ Noeticæ.*

AUSPICIUM MELIORIS ÆVI.

AUGUSTO II. AUREUM IN POLONIAM SÆCULUM, REDUCTURO.

* CXLI. *Corona Electoralis ex rutâ (quæ amara herba est) plexa.*

CREVIT AMARIS.

AUGUSTO II. REGNUM MERITO, OB GRAVES, QUAS CONTRA CHRISTIANI NOMINIS HOSTEM, FECIT EXPEDITIONES.

* CXLII. *Ruta comesta mustelæ animos addit in prælium contra Basiliscum.*

ANIMOS IN PRÆLIA CONFERT.

AUGUSTO II. MILITUM AMATORI, ET ANIMATORI.

* CXLIII. *Ruta etiam de hyeme virens.*

NUNQUAM NON VIRIDIS.

AUGUSTO II. IN ANIMIS ELECTRICIS POPULI, NUNQUAM INTERMORITURO.

## CAPUT XXVIII.

## ROS SOLIS.

* CXLIV. *Ros Solis, herba est, quæ sole non splendente, guttis plena pendet.*


O RAYOS O LAGRIMAS

LACHRYMARI, VEL ILLUSTRARI.

Desolatæ, sine gratiarum actualium lumine animæ, isthæc idea est.

# LIBER XI.

# FLORES.



## CAPUT. I.

## HELIOTROPIUM.

* I. HEliotropium, *foliis suis aureis radiorum instar, soli aliquatenus simile, dum ejus cursum sequitur, lemma tenet.*

EST AMOR IN SIMILEM.

Amoris proprietatem expreſſam habes, quæ eſt inclinatio in ſimile. *Omne enim animal diligit ſibi ſimile.* Eccl. 13. Cap.

* II. *Heliotropium, ſe ſoli, duplici cum parelio reſplendenti, inclinans.*

TRES VIDET, ET UNUM ADORAVIT.

Cultum SS. Trinitati debitum, expreſſum habes.

* III. *Heliotropio, quod dum ſolem ſequitur, ſemper ab illo illuminatur; à Meneſtrerio inſcribitur.*

SPLENDOR AB OBSEQUIO.

Imago hominis, qui ex cultu ſuo, quo in Deum fertur, mundo æſtimatus eſt.

Imago juſtorum, gratiis à Deo illuſtratorum.

* IV. *Gallus auctor Heliotropio ſolem ſequenti inſcripſit.*

RESPONDET EUNTI.

Imago S. Catharinæ, Suecæ, S. Matri ſuæ, in peregrinationibus individuæ Comitis.

Imago animi, in Deum reſignati.

* V. *Heliotropio, Fevillæus inſcribit.*

USQUE AD REDITUM.

Imago fidi in abſentiâ amici.

* VI. *In Haſtiludio quodam, in quo Dux Bouillionius, cum Rege ad annulum decurrebat, Heliotropio pro Symbolo utebatur, cum lemmate.*

MIHI FAS CONCURRERE * SOLI.

* Alludebatur ad Symbolicum Regis Solem.

Frequentem in Proceſſione cum Ven. Sacramento, ſic exprimes.

* VII. *Heliotropio, ſolem intuenti à Cinckgreſio, lemma eſt.*

VULTU NON EXSATIATUR AMATOR.

Imago Beatorum in cœlo, qui intuitu Dei ſunt inſatiabiles.

* VIII. *Eidem, à Theſauro lemma eſt.*

SOLI SOLI. vel SOLEM SOLA SEQUOR.

Imago B. Virginis, quæ ſolem Chriſtum ex mulieribus ſola, ad Crucem uſque ſecuta eſſe legitur.

* IX. *In funere M. Turenii, ſtipiti Heliotropii, aureis foliis coronato, lemma erat.*

CELSÆ STIRPIS HONOR.

Exprimebatur Emblemate eodem, Excelſa ejuſdem Mareſchalci familia.

* X. *In funere eodem, Heliotropio ad ſolem converſo, lemma fuit.*

SANCTUM SIDUS ADORAT.

Expreſſum voluit Emblema, cultum divinum ejuſdem Mareſchalci.

* XI. *P. Meneſtrerius eidem Heliotropio cum ſole ſe circummoventi inſcriptum habet.*

TAL MI VA IL MOTO, DI MEA FEDE IMMOTA. Id eſt.

SIBI FIDUM SECUM CIRCUMMOVET.

Imago fidelis cujuſdam Miniſtri, à Principe ubique ſecum circumducti.

* XII. *Imago Primi Sæculi, Heliotropio ſimili inſcribit.*

RESPICIT ASTRORUM REGEM.

In ejuſdem Societatis Jeſu Obedientiam, pro quarto voto, Pontifici debitam.

* XIII. *Heliotropio, quod terram nunquam reſpicit, in nummo Reginæ cujuſdam Anglicanæ inſcribitur.*

DEORSUM NUNQUAM.

Imago hominis, in Deum bonâ intentione ſemper erecti.

* XIV. *Heliotropio eidem, lemma.*

IN COELO MEUS AMOR.

Juſtorum, hoc in orbe amores, Emblema exprimit.

* XV. *Heliotropium aridum, ſolem amplius non ſequens.*

MORS FINIS AMORUM.

Imago humanorum amorum.

* XVI. *Idem Heliotropium aridum, aurea ſua folia, quibus coronatur, amittens.*

MORS FINIS HONORUM.

Mundanorum honorum, brevi evaneſcentium, imago.

* XVII. *Heliotropium, ex Clytiâ à ſole raptu oppreſſâ, in florem verſum, eumque ſemper ſequens, à Chovayno, lemma habet.*

INVITO RAPTORE SEQUAR.

Eos remorſus conſcientiæ expreſſos habes, qui ſimul carnem affligunt, quæ animam ad peccatum rapuit, & ſeduxit.

* XVIII. *Heliotropium, ex Clytia (fabulante ita Ovidio) in florem verſum, ſolem ſequitur.*

VERSA SOLATIA FORMÆ.

Imago Religioſæ, cui, mutati ſtatus ſui ſolatium unicum eſt, ſervire Deo.

* XIX. *Idem Heliotropium, ſolem amans, quod quoque ante metamorphoſin ſuam in perſonâ Clytiæ fecerat.*

MUTATAQUE, SERVAT AMOREM.

Imago amici, ad honores eveсti, fidi tamen ut ante.

* XX. *Idem flos, ante Metamorphoſin ſuam, in perſonâ Clytiæ olim deſpectus, à ſole, ſolem nihilominus mutatus ſequitur.*

ETIAM DESPECTA SECUTA EST.

Imago amici, etiam inter calumnias adhuc fidi.

* XXI. *Idem flos, ob deſertos olim à ſole amores ſuos, in ſolem jugiter reſpiciens. Vide Metam. Ovid.*

DESERTOS PROPTER AMORES.

In filiæ cujuſdam, ab amaſio ſuo deſertæ mœſtitiam.

* XXII. *Heliotropium, ex Clytiâ, ob amores in ſolem, in florem verſum.*

FLOS FACTUS AMORE.

In Jeſum NAZARENUM, in Nazareth (quod flos interpretatur) Incarnatum.

* XXIII. *Heliotropium, etiam inter fulmina ſolem ſequens.*

MANSIT IN ADVERSIS AMOR. vel TUNC QUOQUE MANSIT AMOR.

Imago fidi inter calamitates amici.

* XXIV. *Heliotropio, ſolis curſum ſequenti, Chovaynus inſcripſit.*

HUC RAPIOR, QUOCUNQUE NITES.

D. Deum ſic exprimes, amoremque ejus, quo in innocentem & candidam animam fertur.

* XXV. *Heliotropium, inclinato flore ſuo, emoriens.*

INCLINATO CAPITE.

Imago Chriſti Domini, in Cruce INCLINATO CAPITE, emittentis Spiritum.

* XXVI. *Heliotropium, ſoli nubibus velato ſeſe inclinans.*

VELATUM ADORAT.

Devotionem in SS. Euchariſtiam, Emblema innuit.

* XXVII. *Idem flos, eclypſatum ſolem ſequens.*

ET PATIENTEM QUOQUE.

Imago, devoti cujuſdam in Dominicam Paſſionem animi.

* XXVIII. *Heliotropium, tanto à ſole intervallo, eum ſequens.*

NEC SPATIO DEBILITATUR AMOR.

Imago veri amoris, cujus proprietas eſt, ut amici abſentiâ non imminuatur.

* XXIX. *Heliotropium, ſolem ſequens, flore ſuo, non radice, quæ ei firma.*

RADICE TENETUR.

Imago avari, qui avaritiâ ſuâ (quæ omnium malorum RADIX eſt Apoſtolo 1. Tim. 6.) à Deo avocatur.

* XXX. *Heliotropio apud Maſenium Areſius inſcribit.*

OSTENDIT ETIAM INTER TENEBRAS SOLEM.

Deo adhærentem in adverſis, exprimebat.

* XXXI. *Heliotropium pro luce, quam à ſole accipit, eum ſequitur.*

PRO LUCE SEQUELAM.

Imago eorum, qui religioſæ vocationis gratiam minime aſpernantes, eam ſequuntur.

* XXXII.

* XXXII. *Auctor Coll. Heliotropio inſcribit, prout & Auctor Periſt.*

COELESTES SEQUITUR MOTUS.

Imago animi, obſequentis cœleſtibus gratiarum actualium motibus.

* XXXIII. *Heliotropio, Gallus Auctor inſcribit.*

DU CIEL MON REGIMENT.

REGOR DESUPER.

Imago Romani Pontificis Chriſti Vicarii, qui ſub infallibili Spiritus S. Aſſiſtentia, commiſſam ſibi gubernat Eccleſiam.

* XXXIV. *Eidem, ſolem reſpicienti lemma.*

NUNC ASPICIT UNUM. vel NUNQUAM ALIUM.

Imago hominis juſti, præter Deum nil deſiderantis.

* XXXV. *Heliotropio, quod foliis ſuis radios ſolis refert, ſolem ſequenti, P. le Moyne inſcribit.*

RADIANTEM, RADIANS SEQUOR.

Imago hominis (qui Dei imago eſt) diſpoſitionibus divinis obſequentis.

* XXXVI. *Heliotropium inter flores maxime eminens.*

OMNES SUPEREMINET INTER.

In commendationem Conformitatis humanæ cum divinâ, quæ pluribus virtutibus aliis, longe eſt eminentior.

## C A P U T II.

# FLORES IN GENERE.

* XXXVII. *Flos, api, & araneo apertus.*

PROMPTUS BONIS, ATQUE MALIS.

Imago Chriſti Domini in Euchariſtiâ.

* XXXVIII. *Floribus, continuo plus emarceſcentibus, lemma.*

NEC QUOD FUIMUSVE, SUMUSVE, CRAS ERIMUS.

Ima-

Imago quotidianæ inconſtantiæ & deficientiæ noſtræ.

* XXXIX. *Flos, ſolis calore, e terrâ evocatus.*

IN COELO PATER EST.

Imago Chriſti Domini, ſine Patre Incarnati.

* XL. *Floſcu o brevi exareſcenti lemma.*

NIHIL ENIM SUNT DIES MEI.

Imago brevitatis humanæ vitæ.

* XLI. *Floſculo, in arâ exareſcenti, lemma.*

VITAMQUE RELIQUIT AD ARAS.

Imago S. Thomæ Cantuarienſis, ante aram pro Chriſto occiſi.

* XLII. *Florum deciduis foliis, adhuc pulchris & odoratis, lemma.*

ET SUUS EXUVIIS DECOR EST. vel ET SUUS EXUVIIS ODOR.

In pulchritudinem, & fragrantiam plurium Reliquiarum.

* XLII. *Floſculus decerptus, adhuc florens.*

NEC JAM MATER ALIT TELLUS.

Animi, terrenis minimè affixi idea.

* XLIII. *Flos, ex quo apis mel, araneus venenum ſugit, à P. Maſenio, lemma habet.*

IDEM, NON OMNIBUS IDEM.

Imago Chriſti in Euchariſtiâ.

* XLIV. *Floribus, ab apibus defloratis.*

NIL DANTIBUS INDE DECEDIT.

Doctorum, Confeſſariorum, & Prædicatorum idea.

* XLV. *Flori exareſcenti P. Maſenius inſcribit.*

OMNIS DECOR FINEM HABET. vel PULCHRISQUE NEGATUM, STARE DIU.

* XLVI. *Floribus diverſi generis, lemma.*

QUALES FLORES, TALES ODORES.

Imago famæ factis reſpondentis.

* XLVII. *Flori, cui apis inſidebat à Coll. Col. Soc. Jeſu in Nuptiis Aug. Imp. Leopoldi, lemma fuit.*

ATTRAXIT ODOR.

Ita

Ita ſuaviſſimarum virtutum odor, Aug. Eleonoræ Thereſiæ Palatinæ, Rheni, Aug. Imp. ad ejus conjugium attraxerat.

* XLVIII. *Rigato Flori, P. Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ inſcribit.*

VIROR INDE, VIGORQUE.

Ejuſdem Sanctæ lachrymas ad Deum, Emblemate iſthoc repræſentaturus erat.

* XLIX *Floris ſtipiti exareſcenti lemma.*

ITERUM RESURGET.

Imago Carnis noſtræ; reſurrecturæ.

* L. *Flori, præ ſolis æſtu languenti, idem P. Coret in eadem vitâ inſcribit.*

LANGUET AB ÆSTU.

Imago ejuſdem Sanctæ, præ æſtu amoris divini exſpirantis.

* LI. *Flori avulſo à ſtipite ſuo, adhuc odorato lemma.*

SERVABIT ODOREM.

In bonam demortui cujuſdam famam.

* LII. *Eidem Flori avulſo, Camerarius inſcribit.*

VITA TAMEN SUPEREST.

Imago juſtorum, qui morte ab hoc mundo avulſi; Deo vivunt.

* LIII. *In nummo Belgico, floſculo, hinc ad Orientem ſolem erecto, inde ad Occidentem languido, aliquando inſcriptum fuit.*

QUEM DIES VIDIT VENIENS SUPERBUM; HUNC DIES VIDET, FUGIENS JACENTEM. Sen:

Caſtigatæ ſuperbiæ cujuſdam; iſthæc idea eſt.

* LIV. *Flos, cum è terrâ elevatur perficitur.*

DECOR DE MATRE RELICTA.

Imago Religioſi, cui relictâ parentelâ ſuâ apud Deum honor eſt.

* LV. *Floſculus aridus, in terram defoſſus.*

REVERSUS UNDE VENERAT.

Imago ſepulti corporis humani in terram è quâ formatum fuerat.

* LVI. *Floribus arboris à vento discussis, P. Engelgrave inscribit.*

POSUERE IN LIMINE VITAM.

Imago SS. Innocentium puerorum.

* LVII. *Eidem flori lemma ponit idem.*

FESTINAT DECURRERE VELOX.

In vitæ nostræ brevitatem.

* LVIII. *Flori, ad solem converso P. Masenius inscribit:*

SIC VIVO.

Personæ Deo jugiter adhærentis imago.

* LIX. *Pluribus in horto floribus.*

STAT SUA CUIQUE DIES. Virg.

*Statutum est hominibus semel mori.* Heb. 9.

* LX. *Flores, in cineres redacti, vim Medicinalem habent.*

ETIAM POST FUNERA VIRTUS.

Imago virtutis, quæ Sanctorum Reliquiis inest.

* LXI. *Emorienti flosculo, lemma.*

LANGUET UT EMORITUR.

Imago Christi in Cruce amore humani generis languidi.

* LXII. *P. le Moyne, floribus in coronâ inscribit.*

VINCIUNTUR, UT VINCIANT.

SS. pro Deo vincula perpessos, ut plures Deo animas devinciant, expressos habes.

* LXIII. *Idem P. le Moyne, pluribus inserto floribus inscripsit.*

OMNIS IN UNA.

Plures unius Religionis Sanctos, sic exprimes.

* LXIV. *P. Bovius, flori in vimineo reconditorio de hyeme asservato, in vere florenti inscribit.*

POST EXACTAM HYEMEM.

Carnis nostræ gloriosam resurrectionem innuit symbolum.

* LXV. *Idem Bovius, diversis floribus Nomen JESU repræsentantibus, inscribit.*

A FLEXU FORMA.

Ob-

Obedientiam Societatis Jeſu exprimit.

* LXVI. *Floſculus languesſcens, à ſole erectus.*

REFICIOR, DUM RESPICIOR.

Imago languentium animarum noſtrarum quæ, dum Dei miſerentis oculo reſpiciuntur, protinus reficiuntur.

* LXVII. *Florum bulbis exareſcentibus ſparſo dein ſemine ſuo, idem merito inſcribes, quod P. Maſenius cepæ inſcripſit.*

PRIUS MIHI, POST SOBOLI.

Imago parentum, qui vix generant alios, & ecce moriendum iis eſt.

## CAPUT III.

## AMARANTHUS.

* LXVIII. *Amarantho paulatim pulchriori, apud Schonhard inſcribitur.*

DAT PRETIUM TEMPUS.

Senectutis æſtimationem ſic exprimes.

* LXIX *Amarantho, aliquando inſcripſi.*

NIL PRÆTER NOMEN AMARI.

Imago mortificationis, quæ ſolo nomine amaritudinem aliquam præ ſe fert, re autem ipſâ juſtis mire ſuavis eſt.

* LXX. *Eidem flori, à tempore (quo reliqua abſumuntur) pulchriori lemma eſt.*

ALIOS TURPAT ME DECORAT.

Tempus vitæ noſtræ, peccatores in oculis Dei plus fœdat, dum idem juſtos in oculis ejusdem ſpecioſos reddit.

* LXXI. *Amarantho, qui à Botanicis flos amoris dicitur, Julia Gonzaga poſt mortem conjugis ſui, Veſpaſiani Columnæ, inſcripſit.*

NON MORITURA.

In nunquam morituros ſuos, erga defunctum maritum amores.

* LXXII.

* LXXII. *Eidem flori, quotidie venustiori, lemma.*

LÆTA EST, QUÆ LENTA VENUSTAS.

Imago felicitatis humanæ, eo securioris, quo lentius adveniet. *Non durat nisi lenta felicitas. Senec.*

Idem de Sanctitate dixeris.

* LXXIII. *Amarantho, longioris inter flores vitæ, lemma.*

NULLI DIUTURNIUS ÆVUM.

In famam & nomina justorum, quæ vivent in æternum.

* LXXIV. *Eidem Amarantho lemma.*

NIL PERDIT DECORIS PRISCI.

Imago plurium Sanctorum, inter hujus sæculi asperitates, quibus corpora sua excruciabant nil deperdentium de vegetâ suâ complexione.

## CAPUT IV.

## FLORES MARTYRUM.

* LXXV. *In sepulchris Martyrum Gorcomiensium flores primo conspecti sunt, qui deinde flores Martyrum nominati sunt.*

SEMINE AB ÆTHEREO.

Imago JESU NAZARENI. (id est FLORIDI) solo Patre cœlesti geniti.

* LXXVI. *Eisdem lemma.*

ALIENO FUNERE VITAM.

Imago S. Francisci Borgiæ, è funere Isabellæ ad vitam Religiosam conversi.

## CAPUT V.

## CALTHA.

* LXXVII. *Calthæ ad solem conversæ, Isabella Rouerea inscribit.*

NON ALIO CONVERTAM OCULOS.

Votum id sit animæ piæ, non aliò, quam ad Deum oculos convertere.

* LXXVIII. *Eidem in fictili vase solem sequenti Petrus Bembus Ven. inscribit.*

DUM VOLVITUR ISTE.

Animæ nostræ, in corporis fictili vase, divinis dispositionibus per omnia obsequentis imago.

* LXXIX. *Flori eidem, à sole languenti, inscripsit alius.*

QUOD ME FOVET, ENECAT IDEM.

Voluptas idem præstat corpori.

* LXXX. *Calthæ, ad occasum solis languenti, idem P. Masenius inscribit.*

ILLIUS OCCASU CADAM.

Imago clientis, ex morte fautoris sui, dejecti.

* LXXXI. *Caltha rescisa, solis motum amplius non sequitur.*

HAUT RECISA SEQUAR.

Imago inconstantis inter adversa amici.

## CAPUT VI.

# CARYOPHILLUM.

* LXXXII. *Caryophillum vimineis vinclis constrictum lemma habet.*

DANT VINCLA NITOREM.

Imago SS. Martyrum, quibus carceres non in infamiam ut aliis, sed in majorem gloriam cedunt.

* LXXXIII. *Inter Caryophilla rarissimum habetur album, minutissimis rubris punctis instar flagellatæ carnis, interpunctum. Amatores florum* Flagelleæ *seu* Flagellatum *dicunt.*

FLAGELLATUM PULCHRIUS.

Innuit emblema, voluntariis mortificationibus animam mire decorari.

* LXXXIV. *Caryophillis, à varietate macularum, mirus decor est.*

A MACULIS DECOR EST.

Imago eorum, qui toleratis patienter aliorum calumniis inde apud Deum meritum sibi ingens conciliarunt.

* LXXXV.

* LXXXV. *Caryophillis lemma.*

VARIUS COLOR, ODOR AT IDEM.

In virtutes, quibus varius decor eſt, at eadem apud Deum retributio

Imago Variorum Ordinum, quibus ſub diverſâ Religionum veſte, eadem ſanctitatis fama eſt.

* LXXXVI. *Caryophillum inciſum, plures Caryophilli ſtipites reddit.*

DE VULNERE PLURES.

Imago Principis, poſt mortem ſuam in pluribus prolibus ſuperſtitis.

* LXXXVII. *Caryophyllum in hyeme frequenter exareſcens.*

OMNIA DEMIT HYEMS.

Imago cujuſdam, qui in ſenio in viâ Dei deficiens vitæ prioris laudem amittebat.

* LXXXVIII. *Caryophillis, inter viminea ſua vincula, ad hortulani voluntatem ſe accommodantibus, lemma eſt.*

IN VINCLIS DOCTA PARERE.

Imago obedientis in Regularibus vinclis animi.

Imago itidem morigeræ in matrimonio uxoris.

* LXXXIX. *Eidem, inter vimineos orbiculos conſtricto, lemma.*

NON UNO CREVIT AB ORBE.

Imago Mercatoris cujuſdam, qui protenſis in utrumque orbem commerciis ſuis, non vulgariter inde ditatus eſt.

* XC. *Pluribus in uno ſtipite Caryophilli floribus, lemma eſt.*

TOT IN UNO STIPITE FRAGRANT.

Imago familiæ cujuſdam ſacræ, ſeu profanæ, plures præcellentes, & ſanctitate, ac virtutum famâ fragrantes viros, numerantis.

## CAPUT VII.

# CORONA IMPERIALIS.

XCI. *Expreſſurus Clariſſimus Vir, Joannes Blavius, in Pedemontio ſuo Illuſtrato Sabaudiæ Duces, è Regum Cypri ſanguine ortos, Coronæ huic inſcripſit.*

IN STIPITE REGNAT.

S. Birgittæ idem inſcripſero, Regio Suecorum & Danorum, Imo & Caroli Magni ſanguine genitæ. Vide id deductum in Genealogiæ Brahoæ Schemate, Holmiæ edito.

* XCII. *Coronæ Imperiali, P. Maſenius inſcripſit.*

NE FIDE, CADUCA EST. vel NON DIUTURNUS HONOS.

Coronas, & Regna hujus mundi, non admodum longæva, Emblema innuit.

* XCIII. *Coronæ cujuſdam genus (Galerum Turcicum vulgus vocat) admodum fœtens, à P. Maſenio lemma habet.*

PROPIOR NON PLACET ODORE.

Imago honorum mundanorum qui ad trutinam revocati, nil habent quo placere valeant.

* XCIV. *Coronæ Imperialis flores ab onere ſuo, ad terram inclinati.*

SIBI ONERI HONORES.

Ita mundi honores, plus oneris, quam commodi ſuis ferunt.

* XCV. *Coronæ Imperiali, P. le Moyne inſcripſit.*

IMPERIO FORMÆ REGNANS.

Imago Chriſti ſpecioſi formâ præ filiis hominum.

* XCVI. *Imperialis Corona herbas ſurſum, flores deorſum habens.*

MELIORA DEORSUM.

Humilitatem ſolum ſpectandam in melioris notæ animis, innuit ſymbolum.

* XCVII. *Idem flos cum exareſcit florem ſuum ad ſydera attollit.*

MORIENS AD SYDERA.

Imago S. Martini vultu in cœlum in morte erecti.

* XCVIII. *Corona Imperialis guttas nonnullas in floribus ſuis abſconſas habens.*

IN ALTO LACHRYMÆ.

Honores miſeriis ſubjectos ſic exprimes.

* XCIX. *Idem.*

LACHRIMAS, ANGULUS OMNIS HABET.

Recte mundum *Lachrymarum vallem* nominamus.

* C. *Corona Imperialis, duplicem florum ordinem, ad inſtar duarum Coronarum habens.*

GEMINATO SURGIT HONORE. vel COMMENDAT REPETITUS HONOS. *Claud.*

Imago cujuſdam, alterâ vice Magiſtratum adminiſtrantis.

* CI. *Coronæ imperiales, in floribus ſuis, lachrymas habentes.*

LACHRIMIS MERUERE CORONAS.

Imago SS. Pœnitentium, in cœlis nunc coronatorum.

* CII. *Corona, melleas lachrymas, in angulis pendentes habens.*

MELLA ANGULUS ONNIS HABET.

Immerſa cœli gaudia Emblema innuit.

* CIII. *Coronis Imp. lemma.*

O MALE DILECTI FLORES!

Imago, dominantis ubique ambitionis.

* CIV. *Coronæ Imperialis lachrymæ, brevi evaneſcentes.*

NIL TRISTE PERENNE EST.

Juſtorum hoc in orbe afflictiones, brevi finem ſortituras, expreſſas habes.

* CV. *Corona Imperialis rubeos flores habens.*

MERUIT RUBORE CORONAM.

Imago S. Martyris, aureolam martyrii in cœlo meriti.
Imago S. Bernardini, ob excellentem ſuam in terris verecundiam, nunc coronati in cœlis.

* CVI. *Corona eadem, cum lachrymis ſuis.*

LACHRIMIS SINE NEMO NASCITUR.

Imago communis nativitatis noſtræ ſortis, quâ plorantes omnes mundum ingredimur.

* CVII. *Coronæ Imperiali, ob melleas suas lachrymas; lemma est.*

DABUNT HÆ MELLA CORONÆ.

Dulcedinem cœlestium Coronarum & præmiorum sic exprimes.

* CVIII. *Corona eadem siccatis lachrymis suis mox exarescit.*

LACHRYMIS SINE PROTINUS ARET.

Imago animæ exarescentis, nisi de commisso peccato mox conteratur & confiteatur.

* CIX. *Corona Imperialis cum emoritur dulces suas guttas amittit.*

MORS NESCIA MELLIS.

Amaritudinem mortis Emblema exprimit. *O mors quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis. Eccl.* 41.

* CX. *Idem.*

NIL DULCE PERENNE EST.

Mundanarum voluptatum brevitatem expressam videas.

## CAPUT VIII.

## TULIPA.

* CXI. *Tulipæ lemma.*

PRÆTER COLORES NIHIL. vel NULLUS ODOR.

Imago hypocritæ præter virtutis colorem & exteriorem speciem, nil habentis solidæ virtutis.

* CXII. *Tulipæ apertæ, lemma.*

GRATIOR EXPANSA. vel HOC GRATIOR, QUO APERTIOR.

Imago candoris & aperti pectoris semper amati.

* CXIII. *Tulipa, ad solem se explicans.*

HUIC UNI ME EXPLICO.

In quendam Regis Galliæ Secretarium.

* CXIV. *Tulipæ P. le Moyne inscribit.*

NATURÆ GAUDENTIS OPUS.

In-

Intentionem & applicationem non aſſequor.

* CXV. *Eidem Tulipæ, ad ſolem apertæ, lemma.*

PANDOR AMORI.

Imago B. Mariæ Magdalenæ, Chriſto ſeſe peccatricem confitentis.

* CXVI. *Operibus Poſthumis P. Leſſii, Tulipa exareſcens, juniorem aliam è radice emittens, inſcribitur.*

POSTHUMUM HOC MUNUS PATRIS.

Imago prolis poſthumæ.

## CAPUT. IX.

## HELIOCHRYSUM ſeu CHRYSANTEMON.

* CXVII. *Flori eidem, quod aureo ſuo colore, contrectantis manum non inficiat, inſcribes.*

NON INFICIT AURO.

Divitis, divitiis ſuis, alterius animum, incaſſum expugnare conantis, imago.

* CXVIII. *Eidem Chryſantemo areſcenti lemma.*

VITAM NON PROROGAT AURUM.

Imago neceſſitatis moriendi, à quâ divitiæ neminem eximunt.

## CAPUT X.

## HYACINTHUS.

* CXIX. *Hyacintho, ob coeruleum ſuum colorem, Theſaurus inſcribit.*

COELESTIS ORIGO. *Ovid.*

Inſcriptum fuit in Nativitate Franciſci HYACINTHI Sabaudiæ Ducis, ad innuendum Principem eum ſingulari Dei dono obtigiſſe.

* CXX. *Idem Theſaurus, in eadem Pompâ Natalitiâ, Hyacintho inſcripſit.*

REGALES EFFUNDIT OPES.

In præſagium munificentiæ ejuſdem Principis.

* CXXI. *Hyacinthus, ab Apolline in florem converſus, ab eodem Theſauro, in ſupradictâ pompâ inſcriptus fuit.*

ET ME PHOEBUS AMAT.

Imago Chriſti à Patre cœleſti dilecti, cum amore humani generis in Nazareth (quod flos interpretatur) incarnatus eſt.

* CXXII. *Hyacinthi flos, ad quem ſcorpiones, & ſerpentes enecati jacent, ab eodem Theſauro lemma habuit.*

NOXIUS NOXIIS.

In præſagium, ſeveritatis ejuſdem Principis, erga malos.

## CAPUT XI.

## GRANADILLA SEU FLOS PASSIONIS.

* XXIII. *Granadilla emoriens.*

PERBREVE QUOD CRUCIAT.

Brevitatem calamitatum hujus mundi expreſſam habes.

* CXXIV. *Ejuſdem Granadillæ inſtrumentis Paſſionis in eâ expreſſis, lemma.*

DELECTANT, NON CRUCIANT.

Gaudia juſtorum quæ in calamitatibus eos conſolantur Emblema pingit. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii &c.*

*. CXXV. *Eiſdem lemma.*

FORMANT TORMENTA DECOREM.

Imago variorum SS. Martyrum ſpecioſorum in conſpectu Dei.

Imago eorum Religioſorum, quos continuæ mortificationes orbi venerabiliores reddunt.

* CXXVI. *Granadillæ lemma.*

NOSTRO FLOS RARIOR ORBI.

Raritatem mortificatæ juventutis, Emblema depingit. *Gra-*

* CXXVII. *Granadilla in quâ apes.*

REDDENT HI MELLA DOLORES.

Imago meditatæ Paſſionis Dominicæ, ex quâ ſua mella legunt aſcetæ.

* CXXVIII. *Eidem flori lemma.*

QUOD PULCHRUM EST CRUCIAT.

Imago mundanarum voluptatum, lancinantium conſcientias eorum, qui eas guſtarunt.

* CXXIX. *Eidem lemma.*

TORMENTA PALAM, SUA MELLA SECRETO.

Imago D. Dei, qui quas palam juſtis immittit calamitates, ſecreto conſolationum ſuarum melle, condit.

* CXXX. *Eidem flori emorienti.*

MORS META DOLORUM.

* CXXXI. *Eidem emorienti lemma.*

CLAUDO DOLORIBUS ÆVUM.

Imago Chriſti, Cruciatibus ſuis immortui.

* CXXXII. *Eidem flori lemma.*

CRESCENT FLORE CRESCENTE DOLORES.

Creſcentibus delitiarum floribus remorſus conſcientiæ, & æterni in vitâ alterâ dolores accreſcent.

* CXXXIV. *Eidem lemma.*

DE MEIS DOLORIBUS MEUM PRETIUM.

S. Lyduinam Belgicam Virginem graviſſimis morbis per plures annos vexatam, Emblemate iſthoc intelliges.

## CAPUT XII.

## FLOS GRANATÆ.

* CXXXV. *Flori Granatæ arboris, P. le Moyne inſcripſit.*

NON DEERIT CORONA. vel CORONA SEQUETUR.

In præſagia meritorum alicui in cœlo reſervatorum.

## CAPUT XIII.

## MALVA.

* CXXXVI. *Malvæ, quæ rosam similitudine nonnullâ & nomine exprimit, inscripsit nonnemo.*

LEGEM SCIT TEMPORIS HUJUS.

Imago Politici simulatoris.

* CXXXVII. *Eidem Malvæ, lemma.*

SPECIEM NON ODOREM.

Imago hypocritæ.

## CAPUT XIV.

## BELLIS.

* CXXXVIII. *Flori huic, P. Masenius inscriptum habet, ad solem converso.*

BELLA SED UNIUS OCULIS. vel SOLI BELLA.

Alludebat ad ISABELLAM quandam, amores mariti sui isto Emblemate testaturam.

## CAPUT XV.

## CAMPANULA.

* CXXXIX. *Campanulæ homini attactu suo adhærenti, P. le Moyne inscripsit.*

STRINGO, QUA TANGO.

Imago obscœnorum amorum, quibus proprium est, eos firmâ consuetudine constrictos tenere, quos semel comprehenderunt.

## CAPUT XVI.

## NARCISSUS.

* CXL. *Narcisso, quod in centro sui elevatum limbum quendam ad instar Coronæ habeat, P. le Moyne inscribit.*

CON-

CONGENITUM DIADEMA MIHI.
Imago Principis cujuſdam, & Parentelæ Regiæ.

## CAPUT XVII.

# FLOS PERPETUUS.

* CXLI. *Flori perpetuo lemma.*
SEMPER HONOS, NOMENQUE TUUM.
Imago virtutis.
Imago itidem viri multis meritis conſpicui.

* CXLII. *Flori perpetuo, in vitro florenti, P. le Moyne inſcribit.*
ÆTERNUM MIHI VIRET.
Imago amoris, in defunctum quendam nunquam intermorituri.

* CXLIII. *Flori huic in Argentoratenſi quodam nummo inſcribitur.*
SOLIUS VIRTUTIS PERPETUUS.
Immortalitatem virtutis ſolius ſic exprimes.

## CAPUT XVIII.

# ANEMONE.

* CXLIV. *Anemoni flori, cui vel nimius æſtus vel frigus nocivum eſt, P. le Moyne inſcripſit.*
NON ÆSTUS, NON BRUMA JUVANT.
Imago moderati Prælati, nec nimis ad remiſſionem, nec ad ſeveritatem, proni.

## CAPUT XIX.

# NAPELLUS.

* CXLV. *Napellus, flos venenatus, floſculos cæruleos ad ſimilitudinem galearum habens.*
MORS CERTA SUB ARMIS.

Pericula armorum temerè tractatorum Emblem depingit.

* CXLVI. *Eidem venenato flori lemma.*

SUA FLORE VENENA PROPINAT.

Ita Mundus, Caro, Dæmon, ſub voluptatum flor venena eorundem tegunt.

* CXLVII. *Eidem lemma.*

SINE MELLE VENENUM.

Imago manifeſti ſeductoris.

* CXLVIII. *Venenatis galearum inſtar Napelli floribus lemma.*

OCCIDUNT NON PROTEGUNT.

Imago multorum, quos bella & arma indebitè geſta, in æternum exitium adduxere.

# CAPUT XX.

# PAPAVER.

* CXLIX. *Papaveri, ſine foliis coronato & emarcido, in funere M. Turenii inſcribebatur.*

NON OMNIS MORIAR.

Exprimebatur fama Ducis ejuſdem, liberorum loco, ei ſuperſtes.

* CL. *Papaver, ſub floris ſui foliis, coronam abſconſam habens.*

FLOS PROFERET ISTE CORONAM.

Amantiſſimo meo FLORI MARIANO, Ordinis noſtri in Cliviæ Ducatu, Celebri Aſceterio, Emblema inſcripſero. Iſte enim floſculus ob regularem quæ in eo viget diſciplinam, ſempiternæ in cœlo retributionis coronam, alumnis ſuis in utroque ſexu indubie collaturus eſt.

* CLI. *Papaveri ſemina ſua coronanti lemma.*

JUNCTA CORONANTUR.

Imago coronandæ à Deo in cœlo concordiæ.

* CLII. *Papaver, dum florebat, ſine coronâ erat, dum vero emoritur coronatur.*

MO-

MORIENDO CORONAM.

Christum in morte coronatum, sic exprimes Coro-
am, justis post mortem obvenientem, etiam habes
præsentatam.

## CAPUT XXI.

## POEONIA.

* CLIII. *Pœonia umbras amans.*

SOLIS AMOR POSTREMUS.

Imago animi minus ambitiosi.

* CLIV. *Inter Pœonias, quæ pallida est, rarior est.*

PALLIDIOR, POTIOR.

Commendatas, timidas naturas Emblemate hocce
abes. Bonarum mentium enim est timere.

## CAPUT XXII.

## IRIS.

* CLV. *Iridi flori cœlestis Iridis colores referenti, P. le Moyne inscribit.*

COELESTI NON INFERIOR.

Innuit symbolum Conscientiæ serenitatem & pa-
em cœlestis pacis simulachrum esse. Iris enim Pacis
ymbolum est.

## CAPUT XXIII.

## VIOLA.

* CLVI. *Violæ P. le Moyne inscribit.*

ET LATET, ET LATE SPIRAT.

Imago Religiosi è Religionis claustro bonum san-
itatis odorem spirantis.

* CLVII. *Violæ medicinales nulli noxiæ.*

SANANT, NON VIOLANT.

Li-

Liceat hic adſcribere, quæ in eo Abbatiæ Olivenſis conclavi in quo Anno MDCLX. Pax Polono-Sueca concluſa eſt, carmina me aliquando legiſſe memini.

OLIVA. Anag. VIOLA.

SANANT NON VIOLANT violæ, ſic fecit OLIVA

Languenti patriæ, dum medicina fuit.

Leniit, haud læſit, non punxit, at unxit OLIVA.

Fructus, non luctus, floſculus ille dedit.

Hinc oleum vitæ, dulciſſima pharmaca, ab ipſâ

Pax ſumptis VIOLA; quæ violata fuit.

De cætero Emblemate iſto pacificam, & nemini noxiam indolem, exprimes.

* CLVIII. *Violis Camerarius inſcripſit.*

NULLIS PRÆSENTIOR ÆTHER.

Imago humilitatis cœlo dilectæ.

* CLIX. *Violæ lemma.*

GRATISSIMA SERPIT. *Virg.*

Imago bonæ ac ſuavis indolis humilitate ſimul junctâ.

Humilitatem omnibus dilectam etiam ſic exprimes.

* CLX. *Violarum herba, ſine violis.*

NON SEMPER VIOLÆ. *Ovid.*

Raritatem veræ humilitatis, Emblema pingit.

* CLXI. *Violæ in depreſſis locis creſcentes, gratioris odoris ſunt.*

SUAVIOR EX HUMILI.

Imago cujuſdam; qui poſt abdicatos mundi honores, in Religione magis æſtimabatur.

* CLXII. *Violæ ſolo odore non aſpectu ita gratæ.*

PRÆTER ODOREM NIHIL.

Imago cujuſdam, qui præter bonæ famæ odorem; nil ſolidæ virtutis habebat.

* CLXIII. *Viola in monte ſerpens.*

ET IN EXCELSO HUMILES.

Humilitatem, dignitati cuidam conjunctam ſic exprimes.

## CAPUT XXIV.

## JASMINUS.

* CLXIV. *Jasminus flos intra angustum spatium exarescens, à P. le Moyne lemma habet.*

SPATIUM SI FATA DEDISSENT.

Imago adolescentis cujusdam immaturam mortem iam deplorantis.

* CLXV. *Idem P. le Moyne, flori eidem inscripsit.*

CANDORI DECUS ADDIDIT ODOR.

SS. Præmonstratensium candidus Ordo optimâ famâ strictioris disciplinæ fragrans, id sibi vendicat.

## CAPUT XXV.

## LILIUM.

CLXVI. *Liliis in liliato Diademate, honori Johannis Wilbelmi Electoris Palatini in Galliâ inscriptum fuit.*

ORNANT NON ONERANT.

Lilia ne grave sit, propriæ implicuisse coronæ,
Hæc ORNANT Princeps Lilia, non ONERANT.

* CLXVII. *Lilio candido, lemma.*

DAT CANDOR HONOREM.

Imago Innocentiæ, & Virginitatis ubique dilectæ & æstimatæ.

* CLXVIII. *Liliis Gallus Auctor inscribit.*

NON NENT NEQUE LABORANT.

Exprimit Emblema à sceptro Gallico fœminas excludi successione.

CLXIX. *Lilio marcescenti, lemma.*

CANDOR, NON PROROGAT ANNOS.

Imago eorum, quos in primævo innocentiæ flore mors carpit.

* CLXX. *Lilio candido lemma.*

PALLETQUE, PLACETQUE.

Ima-

Imago ex jejuniis pallidi Monachi, *Decor quippe Monachi* (inquiebat Abbas Isaac) *pallor & macies est. In vit. PP.*

* CLXXI. *Lilio candido aurea fila adinstar linguæ inhærentes sunt.*

AUREA LINGUA.

Imago S. Joannis Chrysostomi, qui ob eximiam suam eloquentiam OS AUREUM appellabatur.

* CLXXII. *Lilium tangenti, nil de candore, sed de aureo filorum colore, communicat.*

NIL DE CANDORE, SED AURO.

Meminerint Virgines; se aurum charitatis impertiri posse proximo, virginalis autem innocentiæ nihil.

* CLXXIII. *Eidem Lilio, lemma.*

INFICIT AURO.

Imago Mundi, divitiis suis multorum conscientias inficientis.

* CLXXIV. *Lilio triflori lemma.*

TRIBUS HONOR UNUS.

Uniformem SS. Trinitatis cultum Emblema exprimit.

* CLXXV. *Lilio; omnis suus odor ab aureis intra illud filis est.*

ODOR AB AURO.

Imago hominis, ob divitias solas æstimati.

* CLXXVI. *Eidem lilio, lemma.*

CANDOR JUNGITUR AURO. vel CANDOR NIL LÆDITUR AURO.

Imago divitiarum, innocenter acquisitarum & possessarum.

* CLXXVII. *Lilia, Austro flante marcessere dicuntur.*

MARCET AB AUSTRIS.

In potentiam Austriacæ Domus factum fuit.

* CLXXVIII. *Emanuel Thesaurus, varias Lilio inscriptiones fecit, quarum meliores hic addere libet.*

Lilio ergo inscribit.

NULLI FLORUM EXCELSITAS MAJOR.

In Commendationem Gallicæ Potentiæ. Sic etiam Virginitatem commendabis.

* CLXXIX.

* CLXXIX. *Lilio Rosis interpolato, lemma ab eodem est.*

MAXIME ROSAS DECET.

Innocentia verecundiæ juncta maxime speciosa est.

* CLXXX. *Idem Lilio speculo objecto in eoque repræsentato inscribit.*

INTAMINATIS FULGET HONORIBUS.

In laudem Virginitatis.

* CLXXXI. *Lilium imbre vel æstu nimio corrumpitur.*

VEL IMBRE, VEL ÆSTU.

Imago plurium SS. Virginum, quas excessivus in Deum amor, & in pecatis dolor, præmaturè mors sustulit.

* CLXXXII. *Lilio cum aureis suis filis idem Thesaurus inscribit.*

EX NIVE FLAMMAM.

Imago amoris eximii in Deum innocentiæ candori subnixi.

* CLXXXIII. *Lilio ultimo vere frugibus prope maturis apparenti idem Thesaurus inscribit.*

SPES PROXIMA FRUGUM.

Imago innocentiæ, quæ ingentis in cœlo remunerationis spem suis præbet.

* CLXXXIV. *Liliis iisdem, quod ultimi veris flores sint, lemma est.*

ULTIMUM VERIS DONUM.

* CLXXXV. *Lilia Lachrymâ suâ feruntur, Plinio teste.*

CREVIMUS E LACHRYMIS.

Imago S. Augustini lachrymis Matris suæ Monicæ conversi.

* CLXXXVI. *Lilio subinde lachrymas aliquot stillanti lemma.*

MEDIO LACHRYMATUR IN AURO.

Imago pœnitentis, cui lachrymas excussit offensa Dei super omnia à se dilecti.

* CLXXXVII. *Lilio, quod ultimus veris flos brevi tempore durans ſit, lemma eſt.*

SERO DATUM, CITO EREPTUM.

Imago prolis cujuſdam ſerius à Deo impetratæ, ſed citâ morte ereptæ.

* CLXXXVIII. *Lilio, cujus flores in Crucis formam diſpoſiti ſunt lemma.*

A CRUCE CRESCIT HONOS.

In varios ordines militares, alioſque quoſcunque, quibus pro inſigni crux eſt.

* CLXXXIX. *Occupato per Regem Galliæ Monte Medio in editâ rupe ſito*, P. *Labbe lilio inſcripſit.*

UBIQUE SERUNTUR.

In mediis ſaxi rimis, & ubique ſeruntur,
Et ſaxum & rupes eſt genitale ſolum.
Scilicet hos flores terris quondam aſtra pluêre
Et ne deficiant ſemen ubique pluit.

Innocentiam ubicunque locorum ſervari poſſe, Emblemate docebit.

* CXC. *Lilio inter ſpinas* P. *Schonhard inſcribit.*

PUNGENTES ILLUSTRAT.

Inimicorum dilectionem habes.

* CXCI. *Liliis marcidis lemma.*

NON SEMPER LILIA FLORENT.

Imago innocentiæ, hodiedum apud multos contemptæ.

* CXCII. *Quando Innocentius X. (cui pro inſigni tria lilia erant) in Papam electus fuit, varias lilia inſcriptiones habuere. Una ex iis erat ſequens.*

FUTURI SEMINA RISUS.

Innuebat ſymbolum præſagia feliciſſimi ſub ejus Pontificatu temporis.

* CXCIII. *Eidem Innocentio lilio triflori in formam coronæ diſpoſito inſcribebatur.*

HABET OMNIA REGNI.

Virginitatem Deo offerre, eique ſervire Regnare eſt. Virtutes Pontificis exprimere credo voluit ſymboli Auctor, Eccleſiæ Regimini aptiſſimas.

* CXCIV. *Ejuſdem Pontificis honori lilio inſcribebatur.*

NEC SALOMON IN GLORIA SUA.

Exprimere credo voluiſſe auctorem Regnum Eccleſiæ ſpirituale aliis omnibus temporalibus Regnis excellentius longe eſſe.

Virginitatis commendationi Emblema ſerviet.

* CXCV. *Alter ejuſdem Papæ gentilitiis liliis inſcripſit.*

NOTA FERTILIS ANNI.

In felicia præſagia Papatus ejuſdem.

* CXCVI. P. *le Moyne lilio inſcripſit.*

ET COELO TANTUM TEGITUR.

Innuere volebat, Galliæ Regnum alterius quam Dei protectione non egere.

Virginitati id etiam convenit, quæ optimam è cœlo protectionem quærit.

* CXCVII. *Lilio, cujus flores in modum crucis diſpoſiti coronam formant, lemma.*

A CRUCE CORONA.

Imago ejus coronæ, quam in cœlo calamitates nobis formant.

* CXCVIII. *Eiſdem liliis lemma.*

NIL CRUCE MUTATUR CANDOR.

Innocentiæ eximiæ cuſtos calamitas eſt.

* CXCIX. *Lilio eidem lemma.*

CRUX JUNCTA CORONÆ.

Imago Regnorum mundi, quæ comites ſemper habent cruces & calamitates.

* CC. *Lilio in formam crucis diſpoſitis floribus lemma.*

CRUCE CONDITUR AURUM.

Imago adverſitatum, quæ æternæ retributionis aurum reconditum habent.

* CCI. *Ex Domo Valetæ expreſſurus nonnemo omnem ſe in Regem Galliarum ſpem reponere, lilio Poëtæ verſum inſcripſit.*

SPES ET FORTUNA VALETE.

Spem in B. Virginem, quæ *Lilium eſt inter ſpinas*; melius ſic expreſſiſſet.

* CCII. *Lilio sub oriente sole clauso P. le Moyne inscriptum habet.*

VALEBO DUM CALEBIS.

Gratiam divinam ſymbolum innuit, Omnia enim valemus & poſſumus in eo, qui nos confortat.

* CCIII. *Lilio inter ſpinas lemma.*

INTER SPINAS SINE SPINIS.

Imago animi inter quotidianas mortificationes manſueti.

* CCIV. *Lilium ſolis calore flores ſuos erigens à Gallo auctore inſcribitur.*

SOL EXTULIT.

Innuere volebat Galliæ Regnum ad eam potentiam, in quâ nunc eſt, elatum, à Ludovico XIV, cui pro ſymbolo ſol eſt.

Animum à Deo inter adverſa erectum ſic exprimes.

* CCV. *Quando certus Regni Poloniæ in Galliam Legatus, petendis pro bello Turcico ſubſidiis miſſus, promiſſis plenus, pecuniis vacuus redibat; magnus in Poloniâ vir liliis inſcripſit.*

NIL PRÆTER ODOREM.

Promiſſa exprimes, minime in effectum deducta.

* CCVI. *Lilia maxime ad aras in Eccleſiis uſurpari ſolita.*

NASCIMUR ARIS.

Religioſorum imago.

* CCVII. *Lilium ſub Roſaceo frutice marceſcens, nonnemo lemmate iſthoc donavit.*

HOC SOLE FATISCIT.

Alludebat auctor ad Anglicanam Roſam, è quâ ænigmatis explicationem ſumere placebit benevolo Lectori.

Innocentiæ ſub honorum purpurâ ingens eſſe periculum etiam docebit ſymbolum.

* CCVIII. Lilium *alteri flori colligatum lemma tenuit.*

SIC BENE.

Matrimonii conjunctionem Emblema innuit.

* CCIX.

* CCIX. *Ex alterâ parte, lilium, quod aræ imponebatur.*

SIC MELIUS.

Emblema Sancti Pauli dictum innuebat. *Qui matrimonio jungit Virginem suam, benè facit, at qui non jungit, melius facit.* 1 *Cor.* 7.

* CCX. L*ilio emorienti lemma.*

CUM CANDORE CADO.

Imago innocentis animæ morientis.
Imago etiam viri, ex dignitatibus innocenter dejecti.

* CCXI. L*iliis nubilo sole clausis, P. Masenius inscribit.*

SINE SOLE LATEMUS.

Eos expressos habes, qui in aulâ sine Patrono emergere nequeunt, honores meriti.

* CCXII. L*ilia plura fasciâ albâ colligata, (quæ Austriacorum insigne est) in nuptiis* Ludovici *XIV. Galliarum Regis cum sponsâ Hispanâ Austriacâ lemma habuere.*

HOC FOEDERE LILIA FLORENT.

Innuebat symboli auctor, Galliam demum tum florituram, quando firmo cum Austriacis nexu colligata esset.

* CCXIII. L*ilio inter plures alios flores à rore irrigato* Ludovicus *XIII. pro symbolo usus, eidem inscripsit.*

EX OMNIBUS UNUM.

Imago B. Virg. Mariæ à Spiritu S. in Incarnatione irrigatæ &c.

* CCXIV. *P. Engelgrave lilio excelsiori inter alios flores inscripsit.*

TOTO VERTICE SUPRA EST.

Expressurus erat S. Norbertum eminentem præ aliis omnibus ejusdem S. & Candidi Ordinis Sanctis.

* CCXV. L*ilio inter spinas venusto lemma.*

PROFICIT HAS INTER.

Ita inter asperitates proficit innocentia.

* CCXVI. L*ilio Thesaurus inscribit.*

FLEXIOR QUOD CELSIOR.

 Videas

Videas enim celſiores indoles ad bonum flexibiliores eſſe.

Imago viri in dignitate magis humilis.

* CCXVII. *Lilium roſæ junctum.*

VERIS UTRUMQUE DECUS.

Illud Francum, hoc Sabaudum inſigne in Sponſalibus pompis, Sabaudi cujuſdam Ducis, cum Gallicâ Principe, viſum fuit, pudorem & innocentiam juventutis (quæ ætatis noſtræ ver eſt) eximium decus eſſe, ſcias.

* CCXVIII. *Lilium, ex cujus odore vultures & angues enecati apud Theſaurum lemma habet.*

NON IMPUNE.

Imago SS. Euchariſtiæ, ad quam indigne accedentibus mors animæ eſt.

* CCXIX. *Lilium Iridi ſimile (ad Titulum Iridis ſymbolum refer) à Theſauro lemma habet.*

FACIES APERITUR OLYMPI.

Cœlum omnibus, qui illud quærunt, patens eſſe, ſymbolo exprimitur.

* CCXX. *Lilia aliquot apiario vicina apud eundem Theſaurum inſcribuntur.*

SÆCLIS HELICONIA MELLA FUTURIS.

Præſagia felicia Sabaudiæ Ducis cum Gallâ Principe Auctor innuit.

* CCXXI. *Lilio à ſpinis vulnerato Bruckius inſcribit.*

VULNERE VIRESCIT.

Ita in calamitatibus virtus.

* CCXXII. *Lilio intra ſepem vimineam cuſtodito vita Symbolica B. Joſaphati Polocenſis Archiep. inſcribit.*

VILIS CUSTODIA PULCHRI.

Imago facile cuſtodiendæ caſtitatis.

* CCXXIII. *Eadem vita, inclinato lilio inſcribit.*

REDDET TERRA POLO.

Humilitatem ejuſdem Sancti exprimebat auctor.

* CCXXIV. *Lilio inter ſpinas P. Nieſzporkowit inſcribit.*

NON ASPERAT HORROR HONOREM.

Mor-

Mortificationes innocentiæ & virginitatis honores potius augent, quam diminunt.

* CCXXV. *Lilio irrigato in eadem vitâ inſcribitur.*

HINC VITAM, VIRESQUE RESUMET.

Innuebat Emblema ejuſdem S. Joſaphati lachrymas.

* CCXXVI. *Lilio inter ſpinas, lemma.*

ET MALA SUNT VICINA BONIS.

Ita in hoc mundo malos bonis mixtos videas.

* CCXXVII. *Lilia emarcida.*

DECRESCERE LILIA VIDI.

Imago innocentiæ decreſcente ætate decreſcere ſolitæ.

## CAPUT XXVI.

## TUBEROSA.

* CCXXVIII. *Tuberoſa de nocte ſuaviorem odorem emittens.*

GRATIOR IN TENEBRIS.

Exprimuntur emblemate hocce eæ devotiones & mortificationes, quibus juſti in cubilibus ſuis ſecreto compunguntur.

## CAPUT XXVII.

## ROSA.

* CCXXIX. *Roſa in medicinam deſervitura nondum aperta decerpitur.*

DUM ORDIRER SUCCIDIT ME.

Imago præmaturæ mortis multorum.

* CCXXX. *Roſa cito decidens ſpinis permanentibus.*

QUOD CRUCIAT LONGUM EST, QUOD PLACET EXIGUUM.

Brevibus mundi voluptatibus æternorum cruciatuum ſpinæ ſuccedunt.

* CCXXXI. *Roſæ rubicundæ lemma.*

SINE CRIMINE RUBET.

Imago S. Bernardini ad aliorum obſcœna dicta verecundi.

* CCXXXII. *Foſcarius Venetorum Dux Roſæ in faſciculo florum inſcripſit.*

SOLA MIHI REDOLET.

Imago cujuſdam, qui in Patronam ſuam ſibi adſciverat S. Roſaliam.

* CCXXXIII. *Camerarius Roſæ inſcribit.*

NEGLECTA VIRESCIT.

Ita virtus.

* CCXXXIV. *Roſæ ex fimo enatæ apud Schonhardt lemma eſt.*

QUA SIS AB ORIGINE SPECTES.

Imago nunquam ſeponendæ, è memoria noſtræ è luto creationis.

* CCXXXV. *Roſæ P. Abrahamus à S. Clara inſcripſit.*

NON ARROSA.

Imago B. Virginis Mariæ originalis peccati verme, minimè arroſæ.

* CCXXXVI. *Roſaceæ Spinæ Savedra inſcriptum habet.*

FERENDUM ET SPERANDUM.

Malos patienter ſufferendos ſuadet ſymbolum.

* CCXXXVII. *Roſæ inter ſpinas à P. Pexenfelder lemma eſt.*

IN SPINIS MOLLIS.

Imago patientis & manſueti inter adverſitatum ſpinas animi.

* CCXXXVIII. *Roſæ P. le Moyne inſcripſit.*

VIRTUTI ET GRATIIS.

Mentem Auctoris non aſſequor.

* CCXXXIX. *Roſa odore ſuo vulturem enecans à Theſauro inſcribitur.*

TURPE NIHIL.

Imago SS. Euchariſtiæ, quæ exitium eſt indigne ad eam accedentibus.

* CCXL. *Rosa Scarabæum intra se habens à P. Masenio lemma habet.*

QUID PURPURA PRODEST.

Indignum in honoribus expressum habes.

* CCXLI. *Rosæ inter spinas Chovaynus inscribit.*

BELLEZZA Y ASPEREZZA.

Vel ut Auctori Peristromatum placet.

JUNCTA ARMA DECORI.

Principem omnibus ob morum suavitatem amabilem ob bellicas virtutes formidabilem sic exprimes.

* CCXLII. *Rosa è spinis nascens.*

E MALO BONUM.

Imago D. Dei, qui ex malis bona veluti rosas è spinis elicere novit.

* CCXLIII. *Rosæ P. Masenius, dum clausa est, inscribit.*

EXPECTAT SOLEM.

Animæ gratiarum à Deo lumina exspectantis idea.

* CCXLIV. *Manus Rosam contrectatura à spinis læditur.*

PRO MUNERE VULNUS.

Ita mundus Caro & Dæmon loco voluptatum vulnus & remorsus conscientiæ suis relinquunt.

* CCXLV. *Ereptâ per Gallos Anglis (quibus pro insigni rosa) insulâ Rhæâ rosa sub lilio constituta, inscriptionem habuit.*

VICTA PUDORE RUBET.

Virginem alterius majori innocentiâ victam inde rubore suffusam expressam vides.

* CCXLVI. *Rosæ macescenti Rudolfus I. inscripsit.*

SED FLOS FUIT ILLE CADUCUS.

Imago vitæ nostræ & honorum mundi.

* CCXLVII. *Rosæ lemma.*

QUÆ SPINA CAREAT RARA EST.

Imago virtutis, quæ sine difficultatum spinis vix obtinetur.

* CCXLVIII. *Rosa emoriens adhuc odora.*

FINIT ODORIBUS ÆVUM.

Imago cujuſdam, in optimâ famâ decedentis. Mortem juſtorum expreſſam quoque habes.

* CCLXIX. *Roſæ plures in uno roſaceo ſtipite.*

TOT IN UNO STIPITE RUBENT.

Imago familiæ Religioſæ plurium Martyrum & profanæ, plurium Cardinalium feracis.

* CCL. *In Caſtro doloris Joannis Georgii Electoris Saxoniæ Roſæ, ad quam multæ apes advolabant, inſcriptum fuit.*

CUNCTIS DESIDERABILIS.

Exprimere ſymboli auctor ſuaviſſimam ejuſdem Electoris indolem volebat.

Amantiſſimo Domino Jeſu id majore jure inſcripſeris.

* CCLI. *Roſæ candidæ, quæ paulatim in ruborem aliquem declinat, P. le Moyne inſcribit.*

TRAXIT CANDORE RUBOREM.

Innocentia pudoris & verecundiæ mater eſt.

* CCLII. *D. Carolus Patinus Chriſtianiſſimi Regis quondam Archiater Roſæ ad ſolis exortum ſeſe pandenti inſcripſit.*

SPLENDIDIOR ORTU.

Ortu ſplendidior, cum me ſol aſpicit ardens,
Explico divitias latius inde meas.

Animæ gratiæ divinæ illuſtratæ idea.

* CCLIII. *In Canoniſatione S. Franciſci Saleſii, Roſæ inter ſpinas inſcribebatur.*

ARMATUR TERRORE PUDOR.

Timorem Dei emblema repræſentat, qui optimus verecundiæ & pudicitiæ cuſtos eſt.

* CCLIV. *Roſaceo frutici primum florenti Chovaynus inſcribit.*

EST ALIQUID PRIMAM DELIGERE.

Deo primævum pudicitiæ florem gratiſſimum Emblema docet.

* CCLV. *Roſæ cum ſpinis P. le Moyne inſcribit.*

TUTTA FIAMMA, TUTTA STRALI.

Quendam ardentiſſimum Dei amatorem ſic exprimes.

* CCLVI.

* CCLVI. R*osæ lemma ob purpuram & aurea sua fila.*

OSTROQUE INSIGNIS ET AURO.

Factum fuit in divitem quendam Cardinalem.

Imago S. Casimiri mirâ in Regiâ purpurâ charitate effulgentis.

* CCLVII. R*osa cum ape & araneâ à P. Masenio, lemma est.*

CUM MELLE VENENUM.

Imago Auctoris cujusdam salutaris doctrinæ suæ melli inspargentis seductionis suæ venena.

* CCLVIII. R*osa inter cepas gratior.*

HINC GRATIOR.

Virtutis inter æmulos imago.

* CCLIX. R*osa in Hesperidum hortis à Gratiis exculta, Poëtis fabulantibus.*

GRATIIS CULTRICIBUS.

Sic rectè innues pudicitiam divinis gratiis à Deo immissis conservari & proficere.

* CCLX. R*osis pluribus lemma.*

COLOR EST UNUS, ET UNUS ODOR.

S. Collegium Cardinalium, uti colore rubens, ita virtutibus par orbem fragrans sic exprimes.

* CCLXI. R*osa cum spinis suis.*

ABIGITQUE TRAHITQUE.

Vel ut Auctori Peristromatum placuit.

TERRETQUE, PLACETQUE.

Mortificationem carni ingratam, spiritui vero acceptam sic exprimes.

* CCLXII. R*osæ P. le Moyne ob spinas suas inscribit.*

ASPICE ET ABSTINE.

Voluptates cautè libandas suadet symbolum.

* CCLIII. R*osa plus de odore quam colore suo grata.*

DE MEA PURPURA NON EST MEUM PRETIUM.

Imago Sancti cujusdam Regis plus à sanctitate & virtute, quam purpurâ Regiâ æstimandi.

# CAPUT XXVIII.

## HORTUS.

* CCLXIV. *Clarissimus & Doctissimus Vir J. Begerus Seren. Electori Brandenburgico ab Antiquitatibus & Consiliis in Thesauro suo Brandenburgico in fine operis Electorali horto inscripsit.*

ET ORDO ET COPIA RERUM.

Universum hoc pulcherrimâ rerum symmetriâ varietate & creaturarum copiâ à Deo formatum Emblema repræsentat.

* CCLXV. *Horto in varias areolas, vias, viridaria, fontes &c. ordinatè dispositò lemma.*

AB ORDINE DECUS.

In Commendationem ordinatæ Religionis Reip. seu familiæ Emblema deserviet.

* CCLXVI. *Viis ordinatis ac virentibus horti cujusdam lemma.*

VIÆ EJUS VIÆ PULCHRÆ.

Virtutis viam & stadium sic exprimes.

* CCLXVII. *Hortus pulchros visu & medicinales flores & herbas servans.*

UTILE PULCHRO.

Imago Concionatoris, qui lætis conceptibus in proximi utilitatem utitur.

* CCLXVIII. *Hortus spineâ sepe vallatus.*

VALLOR NE VIOLER.

Imago vallandæ per mortificationis spinas Religiosæ familiæ.

* CCLXIX. *Hortus pulchris floribus venenatos intermixtos habens.*

MISCET NOXIA PULCHRIS.

Scriptoris utilia noxiis miscentis imago.

* CCLXX. *Hortis Hesperidum lemma.*

NESCIUNT INTERITUM.

Hortos hosce Sanctorum in cœlo gaudiis rectè assimilaveris.

* CCLXXI.

* CCLXXI. *P. Radau in fronte Oratoris sui Extemporanei horto inscribit.*

PASCIT ET OBLECTAT.

Rhetoricæ eloquentiæ hortum, quot figuris, tot floribus conspicuum merito assimilabis. Concionatoris docentis & oblectantis idea.

* CCLXXII. *Horto aperto lemma.*

CUSTOS IN LIMINE NULLUS.

Imago cujusdam, cui nulla sensuum custodia erat.

CCLXXIII. *Pulchro horto lemma.*

NON SATIS EST VIDISSE SEMEL.

Imago repetendæ lectionis sacræ, quæ horto non absimilis mella ascetis præbet, tanquam flores apiculis.

* CCLXXIV. *Horto ejectis loliis bonas herbas & flores servanti lemma.*

SERVO PROBATOS.

Imago Religionum probatos per Novitiatum servantium.

* CCLXXV. *Horto Hesperidum à dràcone custodito lemma.*

VEL SERVASSE LABOR.

Difficultatem custodiæ virginalis Emblema exprimit.

* CCLXXVI. *Horto Hesperidum à dracone custodito lemma.*

HIC TUTA VOLUPTAS.

Recreationes tum tutæ sunt, cum timorem Dei veluti custodem junctum sibi habent.

## CAPUT XXIX.

# FLOS VERNUS. seu PRIMULA VERIS.

* CCLXXVII. *Flos hic veris primus maximè fugax à Thesauro inscribitur.*

PRIN-

PRIN TEMPS, PEU DE TEMPS.
PRIMUM TEMPUS, PARVO TEMPORE.

Expreſſum ſimulachrum florentiſſimæ, ſed cito amiſſæ ſponſæ.

Adoleſcentiæ quoque citiſſimè tranſeuntis imago.

* CCLXXVIII. *Auctor Periſtromatum Regis Galliæ eidem flori inſcribit.*

TERRÆ AMOR ET DECUS.

Animoſam ac ſuavem Regis ſui adoleſcentiam exprimebat Auctor.

## CAPUT XXX.

## FLOS HYEMALIS ſeu NIVALIS.

* CCLXXIX. *Auctor Periſtromatum Regis Galliæ flori huic inſcribit.*

NIL FLORERE VETAT.

Exprimebat graviſſimas expeditiones Regis ſui tempore aſperrimo hyemali ſuſceptas.

## CAPUT XXXI.

## MARGARITA.

* CCLXXX. *Anno 1567. flori huic inter alios ejuſdem nominis flores elatiori in honorem Margaritæ Parmenſis, tunc Belgii Gubernatricis inſcribebatur in nummo cuſo.*

UT INTER SIDERA.

Reſpiciebat ſymboli Auctor ad Poëtarum alluſionem, quâ flores *terræ ſtellas* nominant, exprimereque volebat, eandem Margaritam Duciſſam, ſic inter alias Duciſſas eminere, quemadmodum flos ille elatior inter alios flores elatior erat.

Emblemate etiam hocce Sanctæ, aut Duciſſæ cujuſdam, cui MARGARITÆ nomen, præeminentiam inter alias pariter exprimes.

CA-

## CAPUT XXXII.

# LILIUM CONVALLIUM.

* CCLXXXI. *Lilio convallium, quod flosculos cucullarum monachalium ad instar habeat, in iisque suavissimum odorem P. Labbe in suis Elogiis inscribit.*

INEST QUID SUAVE CUCULLIS. vel QUID SUAVE FRAGRANTE CUCULLO.

Spirituales Monasticæ vitæ delicias atque ex eâ expirantem virtutum & bonæ famæ in populum odorem exprimere voluit auctor.

# LIBER XII.

# LAPIDES.



## CAPUT I.

## MAGNES.

* I. M*Agneti à manu in aere sustentato, ac varia ferri frusta sibi affixa habenti lemma.*

CUM EXALTATUS FUERO.

Imago Christi in Cruce exaltati qui de seipso. *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum* Joan: 12. Cap.

* II. *In*

* II. *In Tubo Aristotelico, D. Thesauri Magneti ferrum ab unâ parte trahenti, ab altera repellenti lemma est.*

RAPIT ET ARCET.

Mortificationis spiritui gratæ, carni ingratæ idea.

* III. *Magnes cum ferri frusto.*

DAT PONDUS HONOREM.

Imago viri sub officiorum pondere æstimati.

* IV. *Magnes ferreum orbem trahens.*

VEL TOTUM ATTRAHET ORBEM.

Imago iterum Christi in Cruce omnia ad se trahentis.

* V. *In Thesibus S. Stanislao Kostkæ dicatis, magnes ferri frusto sibi adhærente inscribitur.*

QUAM BENE JUNGUNTUR?

Imago ejusdem Sancti virtutis studium jungentis studio litterarum.

* VI. *Magnes horridus aspectu, virtute attractivus.*

HORRIDUS ASPECTU, NON MORIBUS. vel HISPIDUS ET SUAVIS.

Mortificationis primo horridæ, dein suavis idea.

* VII. *Magneti ferrum attrahenti, nescio ubi inscriptum legerim.*

FORTISSIMO PRÆSTAT.

Imago eloquentiæ, quæ ferrea pectora trahere novit; idem gratiæ efficaci tribues.

* VIII. *Magnes plura ferri fusta ad se trahens.*

ALLICIT OMNES.

Efficaciam gratiarum actualium emblema depingit; quibus suos ad se trahit Deus.

* IX. *Magneti ferrum trahenti, paleis ac chartis relictis lemma.*

ID CURAT, QUOD PONDUS HABET. vel QUOD GRAVE DELECTAT.

Imago hominis levium societatem aspernantis, uti & hilaris inter adversitatum pondera.

Imago itidem hominis curantis gratiarum suarum actualium pondera.

* X. *Magnes ferri pondera sustinens.*

 PON-

PONDERA NESCIT AMOR. vel LEVE PONDUS AMANTI.

In proprietatem amoris cui nil difficile.

* XI. *Magnes parvas aliquot ac rectas ferreas aciculas sustinens, frameis, galeis, &c. infra jacentibus.*

INNOCENTES ET RECTI ADHÆSERUNT MIHI.

Imago eorum qui in humili conditione Deo adhærent.

* XII. *Magnes, adamante præsente, ferrum non attrahit.*

ALTERIUS VIRES, SUBTRAHIT ALTER AMOR.

Imago divini amoris, cum humano admodum ægre jungendi.

* XIII. *Magnes ferrum suspensum habens.*

SUA PONDERA NESCIT.

Imago peccatoris peccatorum suorum gravitatem minime apprehendentis.

* XIV. *Magnes annulo præsente cui insertus adamas, ferrum non trahens.*

AURO PULSA FIDES.

In fidem hoc sæculo exulantem munerum corruptelis.

* XV. *Magneti lemma.*

NIGER SUM ET ATTRAHO.

Imago deformis cujusdam scorti ad impuros amplexus seducentis.

* XVI. *Magnes acus magneticas attactu suo virtute suâ magneticâ afficiens.*

VIRES DABIT OMNIBUS ÆQUAS.

Imago D. Dei præbentis omnibus æquè Gratiæ sufficientis auxilium.

* *Magnes præsenti ferro sese adjungens.*

ET AMICUM SAUCIA SENTIT.

Christum à S. M. Magdalenâ post resurrectionem agnitum sic exprimes.

* XVIII. *Magnes ferrum attactu suâ virtute magneticâ afficiens, ut idem dein aliis similiter eandem virtutem communicet.*

UT

UT SUMANT ET DENT CÆTERIS.

Imago Sacerdotum SS. Euchariſtiæ Sacramentum conficientium, ut ipſi illud ſumant aliiſque fidelibus communicent.

* XIX. *Magneti fruſta aliquot ferri ſuſpendenti lemma.*

SUSPENDIT AMICOS.

Factum fuit in Epiſcopum quendam, coactum cenſuram ſuſpenſionis infligere, in quoſdam ſuorum Canonicorum.

* XX. *Magnes in ramentis chalybis jacens, iis attractis, totus inſtar Erinacei hiſpidus apparet.*

AMORIBUS ASPER.

D. Deus amantibus aſperior videtur quam peccatoribus.

* XXI. *Magnes vires non nihil amiſſas recuperat, ſi ramentis chalybis à limâ decuſſis, imponatur.*

HINC RENOVAT VIRES.

Mortificationum aſperitates vires nobis renovant Deo fortius adhærendi.

Quære de Acu Magneticâ in Libro XX. ſub Titulo INSTRUMENTA NAUTICA. Capite X. Tit. Tabula Hydrographica, cum pyxide nauticâ.

## CAPUT II.

## ACHATES.

* XXII. *Achates quo pluribus maculis interpolatus, eo pretioſior eſt.*

DANT MACULÆ PRETIUM.

Imago hominis innocenter calumnias paſſi.

* XXIII. *Achates aureis guttis inſperſus contra angues, Plinio teſte, valet.*

FUGAT AUREUS ANGUES.

Imago perfectæ charitatis ſeu contritionis, quæ peccatorum mortalium angues expellit.

* XXIV. *Aliorum lapidum cumulus coram uno alterove Achate.*

HIC RARUS ACHATES.

Raritatem verorum hoc in orbe amicorum, Emblema innuit.

* XXV. *Achates Plinio teste hominem gratum facit.*
E DURIS GRATIA.
Imago mortificationum gratiam D. Dei in nobis conciliantium.

* XXVI. *Achatis quoddam genus, sanguineis maculis respersum.*
DECOR EST A SANGUINE.
Imago Belli ducis, ex receptis vulneribus gloriosi.

* XXVII. *Aug. Imp. Leopoldo, ex Achate pretiosissimum quoddam vas est, cui in medio Nomen JESU, natura artificiosissimè expressit.*
HIC FIDUS ACHATES.
Turris fortissima Nomen Domini, illis qui invocant illud.

## CAPUT III.

# SUCCINUM.

* XXVIII. *Succinum in quo musca conclusa.*
SEPULCHRUM GLORIOSUM.
Imago Christi Domini sepulti. *Erit sepulchrum ejus gloriosum. Isaiæ Cap.* 11.

* XXIX. *Succinum & medicinæ, & arti deserviens, ut pote è quo varia elaborantur.*
PAR DECUS ET PRETIUM.
Imago virtuosi in specioso corpore animi.

* XXX. *Succinum dum atteritur ut incalescat attrahit.*
ATTRAHIT ATTRITUM.
Imago Concionatoris, qui si ipse attritus fuerit in attrahendis ad Deum Auditorum animis, plus valebit.

* XXXI. *Succinum album attrahens.*
COLOR APTUS AMANTI.
Innocentia optima amantium dos est.

* XXXII. *Succinum festucas trahens.*
NEC VILIA SPERNIT.

Ima-

Imago humilis, cui nullus abjectus eſt.

* XXXIII. *Succinum quod cujuſdam arboris gummi eſt, à marinis undis induratur.*

DURATUR AB UNDIS.

Baptiſmo & Sacramento Pœnitentiæ proprium eſt, robur conferendi contra Dæmonem.

* XXXIV. *Succino lemma.*

FORMOSUM NON EST, ATTRAHIT TAMEN.

In deforme ſcortum.

* XXXV. *Succino chartas trahenti lemma.*

CHARTÆ DELECTANT.

Imago Philobibli cujuſdam aut Secretarii, aut etiam luſoris chartarum.

* XXXVI. *Succinum inanes paleas trahens.*

ATTRAXIT INANES.

Imago D. Dei maxime ad ſe trahentis pauperes & humiles. *Quos elegit hæredes Regni.*

* XXXVII. *Succino paleum hinc attrahenti, inde magneti ferrum Chovaynus inſcripſit.*

TRAHIT SUA QUEMQUE VOLUPTAS.

## CAPUT IV.

## ASBESTUS.

* XXXVIII. *Asbeſto lapidi lemma.*

LAPIS SUM ET ARDEO.

Imago damnatorum, qui obdurati inſtar lapidum & obſtinati, ardebunt æternum.

* XXXIX. *Eidem ardenti lemma.*

MICAT, ARDET, ET URIT.

Idem amor Dei præſtat homini juſto, qui per bona exempla MICAT proximis, ardet charitate in Deum & proximum, & URIT atque eundem accendere conatur in aliis per adhortationes &c.

## CAPUT V.

## BERILLUS.

* XL. *Berillus in mari natus, aquam solis fulgore repercusso exhibet.*

ANIMOSUS IMAGINE PATRIS.

Imago hominis æstimantis dignitatem animæ suæ ad Dei similitudinem formatæ.

## CAPUT VI.

## CAMPHORA.

* XLI. *Camphora quæ remedium contra Venerem est, instar resinæ ardet.*

ALIOS EXTINGUO IPSE ARDENS.

Imago Concionatoris contra luxuriam detonantis, ipse eadem summè ardens.

## CAPUT VII.

## CARBUNCULUS.

* XLII. *Carbunculus ad solem magis lucidus.*

LUX MAJOR AB ALTO.

Imago gratiæ divinæ, quâ præstantissimis à Deo lux major est, quam ab intellectu proprio.

* XLIII. *Carbunculo Thesaurus inscribit.*

GLACIES VIDETUR ET FLAMMAS IN SINU FOVET.

Imago S. Philippi Nerii, in senili & frigidâ ætate Deum ita intensè amantis, ut præ æstu cordis costa ei rupta fuerit.

* XLIV. *Carbunculus, quo plus rubicundus eo melior.*

QUI PLUS RUBET OPTIMUS ILLE EST.

A verecundiâ juventuti pretium est.

* XLV. *Carbunculum attritum plus rubere quidam scribunt.*

PLUS

PLUS RUBET ATTRITUS.

Attritio de peccatis verecundiam noſtram nativam intendere ſolet.

* XLVI. *Carbunculus qui lucet & attactu frigidus eſt, lemma tenet.*

LUCET ET ALGET.

Imago hominis, exterius aliis bono exemplo prælucentis, interius tamen Deum frigide amantis.

* XLVII. *Eidem lucenti & rubicundo carbonis inſtar, lemma.*

LUCET ET ARDET.

Imago Prælati non ſolum exterius bono exemplo prælucentis ſuis, ſed etiam Deum intenſè amantis.

* XLVIII. *Eidem lemma.*

ALGET ET ARDET.

Imago S. Ignatii Lojolæ, quando amore ſalutis obſcœni juvenis, ſeſe in frigidum ſtagnum hyeme conjecerat.

* XLIX. *Carbunculo lemma.*

SEMPER CRUENTUS.

Imago Tyranni.

Imago item cujuſdam, qui acerrimis diſciplinis ſe cruentabat.

* L. *Carbunculus obſcurus triturâ ſplendidus & rubicundus.*

ARDOREM EO USQUE CELAVERAT.

Imago Chriſti Domini, qui ardentiſſimos ſuos in genus humanum amores ad trigeſimum annum celans, eos in prædicatione, & maximè in Paſſione ſuâ exſeruit.

* LI. *Carbunculi ignes nullâ aquâ extinguendi.*

ARDET INEXTINCTUS.

Imago damnati.

* LII. *Carbunculus ſoli expoſitus videtur ardentior.*

PLUS ARDET AB ALTO.

Amor in Deum ſingulare Dei donum eſt.

* LIII. *Idem ob ruborem ardere viſus, annulo impoſitus.*

HONORATUR ET ARDET.

Multorum Damnatorum imago, quorum tempora cingunt hederæ ſequaces, & animas depaſcitur infernalis ignis.

* LIV. *Carbunculi non omnes æquè rubicundi.*
NON IDEM EST OMNIBUS ARDOR.
Nempe non eodem in Deum omnes amore ſumus.
* LV. *P. le Moyne Carbunculis aliquot monili inſertis, cui effigies amaſii ſubſtrata erat, inſcriptum habet.*
TEGIT IGNIBUS IGNES.
Applicationem commodam vix video.

## CAPUT VIII.

## CERAUNIUS.

* LVI. *Ceraunius ex exhalatione terreâ à ſole elatus, in nubibus concreſcit, atque fulmine in terram alliditur.*
ELEVANS ALLISISTI ME.
Imago eorum quos honoribus elatos, demum ad æternæ damnationis barathrum allidit mundus.
* LVII. *Eidem obvia quævis dejicienti lemma.*
VIS NULLA RETARDAT.
Imago animi nullis obſtaculis à propoſito ſuo dimovendi.
* LVIII. *Eidem apud Verienum lemma eſt.*
NUSQUAM VEHEMENTIOR ALTER.
Imago hominis vehementer impetuoſi.
* LIX. *Ceraunius è terræ vaporibus ortus, in terram ingenti ictu alliſus.*
PERCUTIT AUCTOREM.
Imago malorum conſiliorum conſultori ſuo noxiorum.
* LX. *Ceraunius è nubibus in momento dejectus.*
REPENTE PRÆCIPITAS ME.
In repentinum cujuſdam ex honoribus præcipitium.
In repentinum juſti cujuſdam lapſum.

## CAPUT IX.

## CORALLIUM.

* LXI. *In Lubomiriano prope Varſaviam balneo, Corallio, extra aquas indurato, lemma eſt.*

DE-

DEDIT HOC PATIENTIA ROBUR.

Imago patientiæ virtutis, qua duramur ad ferenda libenter immiſſa à Deo mala.

* LXII. *Corallium antea mollis fuit herba.*

MOLLIBUS AUSPICIIS.

Imago Prælati, manſueta initia Prælaturæ ſuæ habentis.

* LXIII. *Corallium ſub aquis virens.*

ALIQUANDO RUBEBO.

Imago hominis Martyrii deſiderio flagrantis.

* LXIV. *Corallium ſub aquis creſcens.*

IN LACHRYMIS TANTUM VIVO.

Imago S. Mariæ Magdalenæ, aut alterius cujuſcunque pœnitentis animæ.

* LXV. *Corallio rubro lemma.*

ANTE VIREBAM.

Imago cujuſdam qui ex Epiſcopo (quibus viridis galerus eſt) ad Cardinalitiam dignitatem evectus fuit. Ruborem quem voluptas relinquit, ſic etiam exprimes.

* LXVI. *Corallium in mari, cui innaſcitur, viret; extra illud rubere incipit.*

RUBOR DE MATRE RELICTA.

Imago Apoſtatæ, pœnitentiâ ducti, deſertæ à ſe Matris Eccleſiæ, vel Religionis.

* LXVII. *Corallio eidem lemma.*

RUBOR OMNIS AB ÆTHRE EST.

Verecundia, aut Martyrium Dei donum eſt.

* LXVIII. *Corallio eidem lemma.*

CUM MATRE VIREBAM.

Virginis ea quærela eſt, deſertâ matre corruptæ.

* LXIX. *Corallium ſub aquis marinis natum.*

IN ALTO NASCITUR.

Imago excelſæ parentelæ.

* LXX. *Eidem lemma.*

RUBET IN ALTO.

Imago viri in honoribus verecundi.

* LXXI. *Idem.*

NUNQUAM SPECTATA JUVENTUS.

Imago continendæ domi juventutis.

* LXXII. *Corallium sub aquis viride.*

VIRET QUANDO LATET.

In Religiosæ solitudinis commendationem, quâ Religiones in flore suo persistunt.

* LXXIII. *Coralliis viridibus adhuc lemma.*

SPONTE RUBEBUNT.

Imago verecundiæ minimè extortæ.

* LXXIV. *Rubra corallia magis quam alba medicinalia.*

VIRTUTIS TINCTURA PUDOR.

In commendationem virginalis pudoris & verecundiæ.

* LXXV. *Corallia quæ in mari virent, si præscindantur rubescunt.*

MORTE RUBEBUNT.

Imago SS. Martyrum.

Imago pœnitentiæ in articulo mortis actæ.

## CAPUT X.

## COS.

* LXXVI. *Cos circumeundo ferrum illustrat.*

ILLUSTRAT EUNDO.

Imago Missionarii & Catechistæ, qui vicatim in Mysteriis fidei erudit populos.

* LXXVII. *Cos ferrum acuens absumitur.*

ALIOS ACUENDO CONSUMOR.

Imago Doctoris doctionibus exhausti.

* LXXVIII. *Cos circumeundo ferra exacuit.*

CIRCUMIENS ACUIT.

Imago Ministri cujusdam, qui juvenem Principem, per extera Regna circumducendo eundem rerum notitiâ in multis exacuebat.

* LXXIX. *Idem.*

QUOS FERIT HOS ACUIT.

Vexatio dat intellectum.

* LXXX. *Cos ungitur ut acuat.*

VIS

VIS ACUAT? UNGE.

In Magiſtrorum minervalia non ſubtrahenda qui exacuendo doctrinis ſuis, juventutis ingenia optimè ea merentur.

* LXXXI. *Cos ferrum illuſtrat.*

QUOS FERIT ILLUSTRAT.

Imago ferientis nos per adverſa Dei, ſed iiſdem ſæpe adverſis, nos illuſtriores reddentis.

* LXXXII. *Cos circumeundo demum deteritur.*

CONSUMOR EUNDO.

Imago cujuſdam, qui patrimonium ſuum nimiis peregrinationibus attriverat.

## CAPUT XI.

## CHRYSOLITUS.

* LXXXIII. *Chryſolitus juxta quoſdam in mari naſcitur, cujus etiam colorem habet.*

MATRIS IMAGO SUÆ.

Imago S. Catharinæ Suecæ, Sanctiſſimæ Matris ſuæ Brigittæ, vivæ in virtutibus & ſanctitate imaginis.

* LXXXIV. *Chryſolitus maris colorem in ſe referens, ad ſolem expoſitus ardere videtur.*

MEDIIS FOVET IGNIBUS UNDAS.

Lachrymas contriti & ardentis cordis, Emblema exprimit.

* LXXXV. *Chryſolitus in viridi colore ſplendens.*

CUM FULGORE VIROR.

Imago Epiſcopi Sanctorum numero adſcripti, fulgentis ex apotheoſios honore, ex dignitate Epiſcopali virentis.

* LXXXVI. *Eidem quod ſub viridi colore frigidus lapis ſit lemma.*

VIRET ET ALGET.

Imago frigidi in amore Dei adoleſcentis.

## CAPUT XII.

# CHRYSTALLUS. CHRYSTALLUS TRIGONA.

* LXXXVII. *Chryſtallo, quod eidem ob lævorem ſuum muſcæ inſiſtere nequeant, lemma.*

NIL MIHI VOBISCUM.

Imago hominis obſcœnas cogitationes, ſeu diſtractiones quam primum rejicientis.

* LXXXVIII. *Chryſtallo per intima ſui tranſparenti, lemma.*

SECRETI PRODITOR IPSE SUI.

Imago hominis, proprii ſecreti minime tenacis.

* LXXXIX. *Eidem Chryſtallo tranſparenti, quod nævos ſuos oſtendat lemma.*

INJUSTITIAM MEAM NON ABSCONDI.

Imago ſinceræ Confeſſionis.

* XC. *Chryſtallo lemma.*

SOLIDE ET PERSPICUE.

Imago Auctoris ſolidi & perſpicui.

* XCI. *Chryſtallo Trigonæ, varios colores repræſentanti P. Engelgrave inſcribit.*

QUÆ MAJORA PUTAS MIRACULA.

Incomprehenſibilitatem SS. Trinitatis Myſterii Emblemate iſthoc innuere volebat.

* XCII. *Chryſtallo lemma.*

MICANS NITORE PERPETI.

Imago glorioſi corporis.

* XCIII. *Chryſtallus Trigona, ubique inſpecta, Irides formare videtur.*

PACEM FORMAT UBIQUE.

Imago hominis, pacem proximorum ubique promoventis.

* XCIV. *Chryſtallus Trigona, curioſè ab hominibus inſpecta.*

MUNDUS VULT DECIPI.

* XCV.

* XCV. *Chryſtallus variis ſciſſuris ac polituris ornatior.*
GLORIABOR IN INFIRMITATIBUS.
Imago hominis, cum S. Paulo in preſſuris glorian-tis.

* XCVI. *Chryſtallus Trigona, varios fictos colores repræſentans.*
VIDENTUR, NON SUNT. vel NE STU-PEAS, NAM FALSA VIDES.
Imago mundi carnis & Dæmonis, qui bona ſua ma-jora nobis quam ſint repræſentant.

* XCVII. *Eidem lemma.*
RERUM MILLE COLORES.
Imago variarum intentionum, quibus res fieri, co-lorari, & excuſari ſolent.

* XCVIII. *Eidem lemma.*
PULCHRIS, DAT PULCHRIUS ESSE.
Præſtat idem virtus.

* XCIX. *Per chryſtallum eandem, objectum pulchre conſpectum.*
PULCHRA, SED UNIUS OCULIS.
In Opinionem cujuſdam ſingularem.

* C. *Eadem Chryſtallus, fictos ſolum & falſos Iridis colores, monſtrans.*
FALSAM NUNTIAT ILLA PACEM.
Imago mundi ſeu Dæmonis, pacem quam animo per voluptates ſpondent, minimè præſtantis.

## CAPUT XIII.

## ADAMAS.

* CI. *P. Le Moyne adamanti inſcripſit.*
LUCENS, NON ARDENS.
Imago hominis, vero Dei amore, inter multas ſcien-tias deſtituti.

* CII. *Gallus auctor, in plures facies attrito adaman-ti, inſcribit.*

MON-

MON BRILLANT, EST TOUS JOURS LE MEME.

ARDOR SEMPER IDEM.

Constantes in Deum vel proximum amores, Emblema depingit.

* CIII. *Simili Adamanti, apud Verienum inscribitur.*

QUOT FACIES, TOT IGNES. vel QUOT FACIES, TOT FACES.

In diversos hominum hoc in mundo affectus & amores, qui fere tot sunt quot ingenia Sanctorum in cœlo amores, sic etiam pinges, quot enim illorum sunt, tot in Deum inextincti sunt ignes amoris.

* CIV. *Adamantes ordinarie mole exigui.*

NEMINI CONTIGIT VIDERE MAGNUM.

Imago humilis amatoris Dei.

* CV. *Adamantes ex Indiis allati.*

NOSTRO NON NACITUR ORBI.

In raritatem veri & sinceri hoc in orbe amoris.

* CVI. *Adamanti, annulo inserto, lemma.*

QUIS NOS SEPARABIT?

Imago beatæ animæ, æternitatis annulo jam insertæ, nunquam ab hac suâ æternâ felicitate separandæ.

* CVII. *Adamas obscurus, politurâ & triturâ clarescens.*

LUCEM EOUSQUE CELAVERAT.

Imago Christi Transfigurati, seu Resurgentis.

* CVIII. *Adamanti lemma.*

NON QUIVIS ÆSTIMET!

Imago virtutis, aut veri amoris non satis æstimandi.

* CIX. *Adamantes, non nisi ex pulvere contritorum Adamantum teruntur.*

NEMO LÆDITUR, NISI A SEIPSO.

* CX. *Adamas, Plinio teste, Amantes reunit.*

REUNIT AMANTES.

Imago Contritionis, Deo peccatorem reconciliantis.

* CXI. *Adamas non atteritur.*

NIL ATTERIT USUS.

Va-

Vegeti Belliducis, ſeu Miniſtri imago.

* CXII. *Adamas atterendo incaleſcens.*

SIC AMOR ADVERSIS.

Proprietas amoris eſt, adverſis pro amato toleratis, magis intendi.

* CXIII. *Adamas, terendo attritus annulo inſeritur.*

JUNGITUR ATTRITUS.

Imago attriti cordis, quod Deo iterum jungitur.

* CXIV. *Adamas, aliis pluribus gemmis appoſitus.*

NEC PLURIBUS IMPAR.

Imago charitatis, quæ virtutibus omnibus major. *Major horum charitas.* 1 *Cor.* 13.

* XV. *Adamanti parva macula obeſt.*

AUGET PRÆSTANTIA LABEM.

Animæ præſtantia peccati in ſe labem auget.

* CXVI. *Adamas ferreis inſtrumentis arctatus, dum politur.*

RIEN SANS PEINE.

NIL SINE PRESSURIS.

Nempe ſine adverſitatum preſſuris, illuſtres vix reddimur.

* CXVII. *Adamanti, qui omnes alias gemmas dèteri, ipſe infractus, Theſaurus inſcripſit.*

OMNES FERIO, ME NEMO.

Puellæ ſymbolum, quæ amata ab omnibus, neminem amabat.

* CXVIII. *Adamanti P. Bovius inſcribit.*

NEC MOLLIOR, NEC FRANGOR.

Imago S. Ignatii Lojolæ inter adverſa æquè ac proſpera ſibi conſtantis.

* CXIX. *Adamanti à malleo percuſſo lemma.*

PERCUSSUS NON PERCULSUS.

Imago infracti inter adverſa animi.

* CXX. *Adamas artificiosè elaboratus.*

ADMISCENS ARTEM PRETIO.

Structuram hominis Emblema pingit, in quo ingenti animæ pretio, artificioſiſſimam corporis ſtructuram conjunxit ejus fabricator Deus.

* CXXI. *Auct.*

* CXXI. *Auct: Coll: Adamanti, qui poliendo deteritur, inscribit.*

MINUOR DUM FORMOR. vel MINUIS DUM PERFICIS.

In quendam, qui in Novitiatu suo singulariter ad humilitatem formabatur.

* CXXII. *Adamantes varii, adhuc obscuri, juxta politum Adamantem, positi.*

SIMILES EI ERIMUS.

Similitudinem dotis gloriosæ, quam aliquando cum Christo corpora habebunt nostra, Emblema innuit.

* CXXIII. *Antonius Caracciolus, Marchio Vici, symbolico suo Adamanti inscripsit.*

SEMPER ADAMAS.

Imago hominis duri & austeri.

* CXXIV. *Adamantibus obscuris, lemma.*

NONDUM APPARUIT QUID ERIMUS.

Imago deformium corporum nostrorum, dote claritatis aliquando beandorum.

* CXXV. *Adamanti infracto lemma.*

FRANGET TEMPUS.

Imago austerioris Prælati, quam provecta ætas mansuetiorem & molliorem fecit.

* CXXVI. *Adamas annulo inclusus.*

PULCHRIOR INCLUSUS.

Imago virginis claustralis, in oculis Dei venustioris.

* CXXVII. *Adamanti sub malleis, Batillius inscripsit.*

QUEM NULLA PERICULA TERRENT.

Imperterriti animi symbolum.

* CXXVIII. *Adamanti acuminato, lemma.*

CLARUS IN ARMIS.

Belliducis symbolum.

* CXXIX. *Adamantibus variis, lemma.*

ARTIS DIGNOSCERE FALSOS.

Falsorum amorum à veris dignoscendorum difficultatem expressam habes.

* CXXX. *Adamanti lemma.*

LU-

LUMINE ET ROBORE.

Dotem claritatis, & agilitatis, quâ ultimâ, Sancti integros montes transferre poterunt; Emblema repræsentat.

* CXXXI. *Adamanti ex attritione clariori lemma.*

CLARIOR ATTRITUS.

Eo plus splendoris participabunt post mortem corpora nostra, quo plus asperitatibus fuerint in vitâ hac attrita.

* CXXXII. *Boxhornius adamantibus inscribit.*

SINE CÆDE ET SANGUINE PAUCI.

Amores profanos mundi sæpe litibus & homicidiis obnoxios, Emblema significare potest.

* CXXXIII. *Monile, seu mundus muliebris quidam; variis falsis adamantibus insitus.*

MILLENO LUMINE FALLAX.

Fallaciæ mundanæ symbolum.

* CXXXIV. *Adamas ex auro in mineris effossus demum annulo insertus.*

QUOD PERDIDIT OPTAT.

Imago animæ pœnitentis perditæ per peccatum, Dei gratiam exoptantis.

* CXXXV. *Auct: Coll: Adamanti inscribit.*

QUANTA SODELZA, TANTO HA SPLENDORE.

QUAM SOLIDUS TAM SPLENDIDUS.

Soliditatem in virtutibus verum splendorem conciliare, credo quod exprimere voluerit.

* CXXXVI. *Adamanti pretioso, lemma.*

QUOVIS PRETIO.

Imago gloriæ cœlestis, quovis laborum ac passionum pretio comparandæ.

* CXXXVII. *Adamantibus è terrâ prognatis lemma.*

MEMORES QUA SITIS ORIGINE NATI.

Documentum nunquam deponendæ memoriæ nostræ è luto formationis.

* CXXXVIII. *Adamantum cumulo lemma.*

EMPTI ESTIS PRETIO MAGNO.

Imago Redemptionis nostræ, Sanguinis Christi pretio procuratæ.

* CXXXIX. *Adamantibus à pondere suam est pretium.*

PRETIUM DE PONDERE DUCO.

Imago hominis, à gravitate & prudentiâ æstimati.

* CXL. *Eidem, pretium quoque à mole est.*

DAT PRETIUM MOLES.

Hodierni fere mundi ingenium est, æstimare homines magis à dignitatibus, quam virtutibus.

## CAPUT XIV.

## TURCHESIUS.

* CXLI. *Turchesio lapidi D. Thesaurus inscripsit.*

NIL PRÆTER NOMEN FERUM.

Imago S. Barbaræ.

*Barbara sum, non sum; miti sum pectore Virgo.*
*Sed qui me genuit; Barbarus ille fuit.*

## CAPUT XV.

## JASPIS.

* CXLII. *Jaspis timores pellens.*

PELLO TIMORES.

Spiritus S. Symbolum.

## CAPUT XVI.

## ÆTITES. Seu LAPIS AQUILINUS.

* CXLIII. *Ætites lapides, aquilæ nido circumpositi, tuendis ab eo serpentibus.*

CORONANT, NON FERIUNT.

Ita adversitatum lapides coronam æternam formabunt in cœlo.

* CXLIV.

* CXLIV. *Idem lapis, ſerpentum inimicus, eos ab aquilæ nido expellit.*

SERPENTES TOLLENT.

Plurium Sanctorum in Serpentes, aliaque noxia animalia dominium, Emblema reſpicit.

* CXLV. *Eidem lapidi, eadem ex cauſâ lemma.*

CUSTODIT ET ARCET.

Imago Tutelaris Angeli, omnes machinationes diabolicas à ſuis arcentis.

* CXLVI. *Eiſdem lapidibus, aquilæ pulli lemma ſubſcribent.*

ME CORONANT, ALIOS ARCENT.

Imago Mortificationum, quæ ſimul & à nobis arcent dæmones, ſimul etiam æternam in cœlis coronam pariunt.

* CXLVII. *Lapis idem.*

CUSTODIT PARVULOS.

Imago Angeli Tutelaris.

Imago præfecti orphanorum oeconomiæ.

* CXLVIII. *Ætites lapis ab aquila in nidum excelſum elatus.*

HUC ME JOVIS EXTULIT ALES.

Symbolum cujuſdam, à Domo Auſtriacâ promoti & evecti.

* CXLIX. *Ætites agitatus prægnantis inſtar, alium intra ſe lapidem ſervare dignoſcitur.*

SEMPER PRÆGNANS, NUNQUAM PARIENS.

Imago cujuſdam, qui multa ſæpe bona propoſita ſed ſemper abſque effectu faciebat.

* CL. *Ætites alium intra ſe lapidem habens.*

INTRA QUOQUE VISCERA SAXUM EST.

Imago hominis duri & immiſericordis.

* CLI. *Ætites agitando probatur, an aliud intra ipſum ſaxum ſit.*

AGITANDO PROBANTUR.

Imago juſtorum, qui agitati à Deo adverſis probantur.

* CLII. *Ætiti in excelso aquilæ nido, lemma.*

MEDENTUR IN ALTO.

Imago Sanctorum in cœlo medentium sæpe hominum morbis.

* CLIII. *Eidem lemma.*

MERUIT VIRTUTE LEVARI.

Imago hominis propriis meritis ad honores evecti.

* CLIV. *Ætites ab aquilâ elevatus, ejus pullos contra serpentes defendit.*

VICES REDDO LEVANTI.

Symbolum grati benefactoribus animi.

## CAPUT XVII.

## GEMMA.

* CLV. *Gemmæ splendidæ lemma.*

DOTES EXHIBET IPSA SUAS.

Ita virtus.

Imago hominis, cui in vultu relucet pietas.

* CLVI. *Gemma in annulo.*

NON ALIBI MELIUS.

Nullibi animæ melius est, quam in felici æternitatis annulo.

* CLVII. *Eidem lemma in annulo.*

NIL PULCHRIUS ORBI.

In excellentiam virtutis.

* CLVIII. *Gemma in annulo comprehensa.*

COMPREHENDOR, NON COMPREHENDO.

Imago animæ æternitate suâ jam comprehensæ, quam tamen ipsa æternitatem nequit comprehendere.

* CLIX. *Gemmæ variæ.*

QUOT GENERA TOT PRETIA.

Diversitatem virtutum, eisque correspondentium meritorum Emblema exprimit.

* CLX. *Gemma in annulo.*

SOLA DIGNA TU FUISTI.

Ima-

Imago B. V. Mariæ, quæ ſola digna inter omnes inventa eſt ſponſa Spiritus Sancti.

* CLXI. *Gemma ex terrâ ad coronam elevata.*

EX HUMILI SUBLIMIS.

Imago Sanctorum variorum, humilitate ſuâ ad cœlum elevatorum.

Imago etiam hominis, ex infimâ conditione ad dignitatem elati.

## CAPUT XVIII.

## HYACHINTUS.

* CLXII. *Hyachintus cum cœloſ mutans.*

SIC LAUDEM PRETIUMQUE MERETUR.

Imago hominis, conformantis ſe voluntati Dei.

## CAPUT XIX.

## CONCHA. CONCHA MARGARITIFERA.

* CLXIII. *Margaritæ ex rore genitæ lemma.*

EX GUTTA, GEMMA DEINDE FUI.

Imago excellentiæ pœnitentialium lachrymarum, quæ olim in gemmas cœleſti coronæ inſerendas commutabuntur.

* CLXIV. *Margaritæ, filo invicem ſibi junctæ.*

PER VINCULA JUNCTÆ.

Imago fidelium ſibi vinculo charitatis junctorum.

Imago itidem Religioſæ communitatis ſibi ſimili nexu conſtrictæ.

* CLXV. *Eiſdem Margaritis lemma.*

AUGENT VINCLA NITOREM.

Imago SS. Martyrum in vinclis.

* CLXVI. *Eiſdem Margaritis perforatis, ut ſimul colligentur lemma.*

POST VULNERA, VINCLA.

Imago plurium SS. Martyrum, post acerrimas flagellationes, prioribus vinclis mancipatorum.

* CLXVII. *Unio in aquis.*

INVIOLATUS AQUA.

Imago cujusdam, qui parentum lachrymis neglectis, à proposito suo dimoveri non poterat.

* CLXVIII. *Margaritis in undâ genitis lemma.*

UNDA PARENS PEPERIT. vel QUÆSITA PER UNDAS.

In Coronam SS. Pœnitentium in cœlo.

* CDXIX. *Margaritis à formâ suâ sphæricâ pretium est.*

DAT FORMA VALOREM.

Excellentiam indifferentiæ ad quævis (quæ figurâ sphærica repræsentatur) Emblema depingit.

* CLXX. *Margarita ex Mundo muliebri ad res sacras translata.*

MUNDI MELIORIS AD USUM.

Imago Virginis, è sæculo se ad Religionem transferentis.

* CLXXI. *Margaritæ in conchis conclusæ, à cancris tutæ sunt.*

CLAUSTRO TUTA SUO.

Solitudinem virginalem, virginum optimam custodem, Emblema exprimit.

* CLXXII. *Margarita in vinclo suo contrectata, lemma tenet.*

IN VINCLIS, DOCTA PARERE.

Imago obedientis in Religiosis vinclis Regularis, seu in matrimonio conjugis.

* CLXXIII. *Eisdem Margaritis in orbem in filo suo, cui infixæ sunt, se vertentibus lemma.*

SI JUSSERIS, IBIT IN ORBEM.

Missionarii Apostolici imago, prompti ad quascunque orbis plagas ire.

* CLXXIV. *Margarita etiam medicinalem vim habens, dulci succo innatans.*

UTILE DULCI.

Con-

Concionatoris & docentis, & oblectantis ſuos Auditores imago.

* CLXXV. *Margarita ornamento rebus ſacris futura.*

DECUS ADFERET ARIS.

Imago virginis cujuſdam Sacriſtanæ, aris ornandis admodum ſollicitæ.

* CLXXVI. *Margaritæ perforatæ, ſibi in filo junctæ.*

VULNERE JUNCTÆ.

Ita ſentiebat Elzianus, uxori ſuæ Delphinæ ſcribens, *In vulneribus Salvatoris ſeſe ei jungi atque quæri debere.*

* CLXXVII. *In Canoniz. S. Franciſci Saleſii, Margaritæ è cœli rore conceptæ, lemma erat.*

COELI SOCIETAS MAJOR, QUAM MARIS.

Imago contemplativi, ſollicitudinibus hujus tumultuoſi maris mundani, minimè delectati.

* CLXXVIII. *Verienus margaritæ inſcribit.*

ME DURA TUENTUR.

Imago mortificati præſervati ab occaſionibus peccatorum, aſperitate mortificationum & pœnitentiarum.

* CLXXIX. *Margarita poſt toleratas maris injurias, in coronâ regali.*

TOLERATI PRÆMIA PONTI.

Imago S. Clementis, aliorumque Martyrum pro Deo ſubmerſorum.

* CLXXX. *Verienus Margaritæ inſcribit.*

DECUS ALLATURA CORONÆ.

Regiæ cuidam ſponſæ adſcriptum fuit, quæ alteri Coronæ, cui in ſponſam quærebatur, ſingulari ornamento futura erat. Merita juſtorum, quæ velut totidem gemmæ cœleſti coronæ inſerendæ ſunt, Emblema depingit.

* CLXXXI. *Idem Verienus, eidem è cœlo concipienti, inſcribit.*

INFLUXU E PURO CANDOR.

Imago B. Virginis, cui obumbratæ à Spiritu S. nil deceſſit virginalis candoris.

* CLXXXII. *Unio à cancro intrà conchas devoratus.*

NEC UNIO SERVAT AB HOSTE.

Imago communitatis pacificæ, à Dæmone infeſtatæ, ſeminato diſcordiarum ſemine.

* CLXXXIII. *Margarita extra mare patriam ſuam pretioſa.*

EXILIIS PRETIOSA SUIS.

Imago plurium pro Deo & fide exulum.

* CLXXXIV. *Unio è rore cœleſti formatus.*

IPSO VENIT UNIO COELO.

Pax donum Dei eſt.

Imago Chriſti mediâ UNIONE Hypoſtaticâ incarnati.

* CLXXXV. *Urinatori margaritam è maris fundo proferenti lemma.*

PRETIUM NON VILE LABORUM.

Miſſionariorum navalium lucra exprimuntur.

* CLXXXVI. *Margarita contuſa Medicinis ſervit.*

CONTUSA MEDETUR.

Cor contritum animi morbis optimè mederi Emblema docet.

* CLXXXVII. *In nummo Brandenburgico, honori Ser. Electricis Sophiæ Charlottæ, ex Luneburgicorum Principum ſanguine ortæ margaritæ inſcribitur.*

VIRTUTE INSIGNIS ET ORTU.

Ejuſdem Sereniſſimæ virtuoſam indolem & excelſos natales Emblema exprimebat.

* CLXXXVIII. *In Canon. S. Franciſci Saleſii margarita candida inſcribebatur.*

MON CANDEUR, MA VALEUR, hoc eſt, DAT PRETIUM CANDOR.

Pretium ſive innocentiæ, ſive virginitatis, exprimit Emblema.

* CLXXXIX. *In Canonizatione S. Franciſci Saleſii, margaritæ in conchâ ſuâ latenti inſcribebatur.*

METUITQUE VIDERI.

Religioſum Sancti ejuſdem ac ſolitudinis amantem animum Emblema innuebat.

* CXC.

* CXC. *Ex opposito, è conchâ exemptæ margaritæ inscribes.*

MERIUTQUE VIDERI.

Emblema Religiosum majore Rei Christianæ bono, è monasterii claustro ad Episcopalem dignitatem exemptum pingit.

* CXCI. *Margarita è conchâ suâ ægre abstracta.*

MATREM DESERIT ÆGRE.

Imago Christi in Passione suâ ægrè à Matre suâ avulsi.

* CXCII. *Margarita cælo fulminante plus impallescens in Canonizatione S. Salesii inscribebatur.*

PALLET MINANTE COELO.

Imago hominis inter adversa ad Deum recurrentis.

* CXCIII. *Margaritæ Thesaurus inscribit.*

EX UNDIS CANDIDA.

Imago peccatricis animæ, ex pœnitentiæ lavacro candidæ.

* CXCIV. *Margaritæ è conchâ exemptæ P. Bovius inscribit.*

NUDA CAPIT PRETIUM.

S. Ignatii Lojolæ paupertatem Emblema depingit.

* CXCV. *Apud Verienum Margaritæ inscribitur.*

LAPSU NON FRANGITUR ULLO.

Imago infracti, in degradatione ab honoribus viri.

Imago hominis in aliorum peccatis minimè scandalizati.

* CXCVI. *Conchæ Margaritiferæ lemma.*

TUO GREMIO CONCLUSISTI.

Imago B. V. Mariæ utero gerentis Christum.

* CXCVII. *P. Adrianus Poictiers Soc. Jesu Margaritis, quæ è conchis sibi concoloribus nascuntur, inscribit.*

OMNIA MATRIS HABENT.

Innuere volebat proles parentum vitia & virtutes participare.

Imago S. Catharinæ Suecæ, Sanctæ Matri suæ Birgittæ, per omnia similis.

* CXCVIII. *In Canon. S. Salesii Margaritæ in Conchâ suâ, intra mare conclusæ inscribebatur.*

NON

NON FLUCTUS, NON AURA NOCET.

Infractum ejuſdem Sancti inter adverſa & proſpera animum Emblema repræſentavit.

* CXCIX. *Margaritis in ſingulis conchis Theſaurus inſcribit.*

UNA UNI. vel UNI HÆRET.

Imago Religioſæ ſponſæ uni ſponſo Chriſto junctæ.

* CC. *Margarita è deciduo rore genita.*

RIDENTIS LACHRYMA COELI.

Pœnitentiæ lachrymas Emblema pingit, quæ riſum & gaudium cœlo pariunt, majus quam ſit ſuper nonaginta novem juſtis.

* CCI. *Margaritæ lemma.*

PULCHRA TOTA SINE NOTA.

Symbolum B. V. Mariæ immaculatæ conceptæ.

* CCII. *Margaritæ lemma.*

HÆC LUCRA PROFUNDO.

Imago meriti inſignis, quod profunda humilitas nobis reddet.

* CCIII. *Verienus Margaritæ in conchâ concluſæ inſcribit.*

SUO MUNITA PUDORE.

Optimum virginitati ſervandæ munimentum eſt verecundia.

* CCIV. *Unio è rore conceptus, in mare demergitur, ut ibidem perficiatur.*

MERSUS PROFUNDO PULCRIOR EVENIT.

Imago animæ undis baptiſmi ſeu pœnitentiæ immerſæ.

* CCV. *Eidem lemma.*

INTAMINATIS FULGET HONORIBUS.

Ita virtus & virginitas.

* CCVI. *Margaritæ lemma.*

IPSA SIBI EST PRETIUM.

In ejuſdem nominis S. Margaritam.

Vellet inops fieri, ſed dum ſe poſſidet ipſa
MARGARIS, in caſſum credo feretur inops.

* CCVII. *Margarita ab Urinatore è mari elata.*

MERUIT CANDORE LEVARI.

Vir-

Virginem quandam Sanctam ſic exprimes.

* CCVIII. *Magarita ſereno ſemper cœlo è rore concipitur.*

PROGNATA SERENO.

Imago B. Virginis immaculatæ conceptæ.

* CCIX. *Margarita parva ingenti marmori appoſita.*

NON MOLE SED PRETIO.

Hominem non ex honoribus, ſeu divitiis, ſed virtute æſtimandum Emblema innuit.

* CCX. *Concha Margaritifera cœleſtem rorem concipiens à P. Coret, in vitâ S. Catharinæ Suecæ lemma tenet.*

ALIUNDE NIHIL.

Cœlibatum ejuſdem Sanctæ Emblema exprimit.

* CCXI. *Margaritam è rore conceptam fulmine dein coagulari, & concreſcere quidam volunt.*

E RORE ET FULMINE CREVIT.

Imago cujuſdam, qui partim ſuavitate, partim rigore ductus, in virum inſignem excreverat.

## CAPUT XX.

## LAPIS. SAXUM. MARMOR.

* CCXII. *P. Zepeda lapidi ferreæ forcipi concluſo atque in altum attracto quoque altius attollitur, tenacius ob majorem gravitationem hærenti inſcribit.*

FUGIENDO TENACIUS HÆRET.

Chriſti Aſcendentis idea, qui in cœlum aſcendit, ut ibidem hominum Advocatum ageret.

Imago Religioſi terrenis plus æquo affixi.

* CCXIII. *Lapis per tollenonem attractus.*

SCANDIT ADACTUS.

Imago hominis invitè ad honores aſcendentis.

* CCXIV. *Lapis ſubitaneo motu deſcendens.*

AD INFIMA VELOX. vel AD INFIMA PROMPTUS.

Imago promptæ in rebus abjectis obedientiæ.

* CCXV.

* CCXV. *Marmor humido aere ſtillans.*
LACHRYMATUR, ET ALGET.
Imago fictæ pœnitentiæ.
* CCXVI. *Saxum, ſeu marmor ſubſcalpris & malleis.*
CÆDES, NON SUFFICIT UNA.
Non una domando corpori mortificatio ſatis eſt.
* CCXVII. *Marmor, poſt plurimas cædes demum expolitur.*
POST CÆDEM EXPOLIOR.
Imago corporis poſt hujus vitæ cædes & mortificationes, glorioſis in cœlo dotibus fruituri.
Imago cujuſdam, qui pluribus mortificationibus & diſciplinis ſe ad Confeſſionis Sacramentum parabat.
* CCXVIII. *Eiſdem poſt cædes ad ædificia elatis, lemma.*
POLITA LEVANTUR.
Multis tribulationibus præparamur Regno cœlorum.
Imago Chriſti poſt Paſſionis cædem, in Cælum Aſcendentis ſeu Reſurgentis.
* CCXIX. *Lapidibus aliquot in ædificio cum diſpoſitis, lemma.*
DISPONUNTUR PERMANSURI. *Ex Hym.*
Imago juſtorum diſpoſitorum jam ad fabricam cœleſtis Jeruſalem. *Audi Hym: Dedic: Eccleſ.*

*Tunſionibus, preſſuris, expoliti lapides,*
*Suis coaptantur locis, per manus artificis;*
*Diſponuntur permanſuri ſacris ædificiis.*
*Ex Colon. Breviar.*

* CCXX. *Marmor cœlo pluvio guttatim ſtillans.*
LACHRYMANTE POLO, LACHRYMARI VIDETUR.
Idea fictæ cujuſdam in calamitatibus pœnitentiæ.
* CCXXI. *Marmor è monte cæſum in portam triumphalem,*
NOSTRA DE CÆDE, TRIUMPHI.

In

In mortes eorum Generalium, quorum morte hoc bello Turcico, tot Christianæ rei Triumphi accessere.

* CCXXII. *Lapides cæsi rectangulariter.*

PER TOT SUA VULNERA RECTI.

Imago eorum, quos per cædes & adversitatum vulnera correxit Deus.

* CCXXIII. *Marmori polito, quod in basi sua obscurè refert sibi objecta, P. Hesius inscribit.*

OBSCURE DISTINCTA REFERT.

Imago fidei, quæ basis virtutum omnium, obscurè mysteria sua nobis repræsentat.

* CCXXIV. *Lateribus ex luto subactis, & coctis.*

OMNES EX EODEM LUTO.

Imago paris omnium hominum conditionis.

* CCXXV. *Lapidi Terminali, qui in Capitolio dimoveri non poterat, Thesaurus inscribit.*

NEC METAS, NEC TEMPORA.

Immensæ æternitatis Symbolum.

* CCXXVI. *Marmori variegato lemma.*

VARIETATE, ET SOLIDITATE.

Imago Auctoris rerum varietati, adjunctam habentis soliditatem rationum.

* CCXXVII. *Lapidibus, lemma.*

CUM PONDERE DURI. vel NON SINE PONDERE GRAVES.

Imago severitatis & gravitatis ratione subnixæ.

* CCXXVIII. *Lapis in pulvinari malleo percussus, frangitur.*

FRANGITUR IN MOLLI.

Irati animi Idea. *Responsio mollis frangit iram.*

* CCXXIX. *Marmora polita.*

ASPERA QUONDAM.

Imago Prælati ex aspero mansueti.

* CCXXX. *Marmora polita.*

DE CÆDE VENUSTAS.

Justi mortificati idea.

CA-

# CAPUT XXI.

## SILEX, CHALYBS.

* CCXXXI. *Chalybi, dum teritur, ignes danti lemma.*
SPLENDET, UT ATTERITUR.
Imago Corporis per mortificationes olim attriti, nunc in cœlo ſplendentis & glorioſi.

* CCXXXII. *Silex & chalybs percuſſi ſtrepitum edunt.*
HAUD PERCUSSI SILENT.
Impatientem in adverſarum rerum ictibus murmuratorem expreſſum habes.

* CCXXXIII. *Chalybi ad quem ſilex agitando alliditur, lemma.*
AGITANTE CALESCIMUS ILLO.
Imago eorum, qui calamitatibus à Deo agitati, inde in amorem Dei concitantur.

* CCXXXIV. *Chalybi, cum ſilice atteritur, ſolum ignes danti lemma.*
QUOVIS TEROR, IGNIOR UNO.
Imago hominis, qui quavis adverſitate ad Deum non reducitur.

* CCXXXV. *Chalybi & ſilici lemma.*
PARIT, NON CONCIPIT ÆSTUM.
Imago Confeſſarii ſeu Concionatoris, qui ipſe frigidus alios ad Dei amorem excitat.

* CCXXXVI. *Eidem lemma.*
IGNES SERVAT AD EXTREMUM.
Imago fomitis libidinoſi, ad extremum corpori inhærentis.

* CCXXXVII. *Silex ignem accendens.*
ARDET NOSTRIS EX ÆSTIBUS ALTER.
Imago fervidi Concionatoris, æſtu ſuo etiam alios ad amorem Dei inflammantis.

* CCXXXVIII. *Silici & chalybi lemma.*
SIMUL COLLIDIMUR SIMUL ATTERIMUR.

Ima-

Imago Principum Christianorum, mutuis bellis se-
e atterentium.

* CCXXXIX. *Silex propter ignes percussus.*

DE MEIS IGNIBUS MEÆ PLAGÆ.

Imago Flagellati præ nimio generis humani amore
Christi.

* CCXL. *Cupidini, silicem ferienti nonnemo inscripsit.*

E SAXIS, AMOR ELICIT IGNES.

Ex obduratis peccatoribus Deus elicere novit ignes,
eosque in ardentissimos Sanctos convertere.

* CCXLI. *Silex dum conteritur splendens.*

CONTRITUS FULGET.

Imago S. Augustini, qui de peccatis suis contritus,
flammeo corde depingi solet.

* CCXLII. *Scintilla è silice excussa, nisi in fomite excipiatur, evanescit.*

NEGLECTA VANESCIT. vel VIS ARDEAT,
EXCIPE. vel EXCIPE, DUM MICAT.

Gratiarum actualium scintillas minimè negligen-
das docet Emblema.

* CCXLIII. *Silicibus lemma.*

ET LAPIDES SUUS ARDOR AGIT.

Imago amoris imperio suo quosvis subjugantis.

* CCXLIV. *Chalybs ignem favillâ suâ accendens, à Thesauro inscribitur.*

E MINIMO MAXIMUS.

In vim exiguæ aliquando occasionis, quæ mundanis
sæpe amoribus causam præbuit.

* CCXLV. *Eisdem Chovaynus inscribit.*

LUCTANDO ACCENDIMUS IGNEM.

Obscœni amoris ignes conversatione accensos, ex-
pressos habes.

C A-

## CAPUT XXII.

# LAPIS LYDIUS.

* CCXLVI. *Auro ad lydium lapidem attrito lemma.*
UT INIQUITATEM MEAM SCRUTERIS.
Imago adverſitatibus probati à Deo juſti.

* CCXLVII. *Eidem quod aurum & argentum ſolum eo probetur, lemma.*
ILLUSTRES EXPLORO.
Imago Magiſtri Novitiorum Illuſtris cujuſdam Abbatiæ.

Deo id etiam proprium, bonos calamitatibus plus probare, quam impios.

* CCXLVIII. *Idem lapis auri attactu ſplendens.*
SPLENDET AB ATTACTU.
Imago viri à toleratis calamitatibus illuſtris.

* CCXLIX *Auri fruſtum ad lydium lapidem attritum lemma tenet.*
DURIS EXERCITA FIDES.
Imago probati per adverſa hominis.

* CCL. *Eidem lapidi ab auri attactu ſplendido, Auct: Coll: inſcribit.*
QUOS PROBAT ILLUSTRANT.
Imago eorum, qui adverſis à Deo probati, ea ad majorem Dei gloriam ſufferendo; Deo accidentaliter gloriam augent.

* CCLI. *Ducati ſeu Aurei plures, ad eundem lapidem.*
QUI PLUS MICAT, OPTIMUS ILLE EST.
Optimus eſt, qui plus auro charitatis in Deum ſplendet.

* CCLII. *Lapidi Lydio aureos attactu probanti lemma.*
PROBANTUR ATTACTU.
Calamitatum attactu optime probantur juſti.
De exploratione verarum Reliquiarum, per attactum

ctum Emblema etiam intelligi poteſt. Quemadmodum in Inventione S. Crucis factum.

* CCLIII. *Eidem lapidi lemma.*

HUNC PROBAT, HUNC REPROBAT.

Imago D. Dei prædeſtinantis ad gloriam, & reprobantis ad pœnam, quoſcunque ex præviſo eorum valore, ſeu meritis.

* CCLIV. *Eidem lemma.*

SINE PONDERE PROBAT.

Imago hominis inconſulto quævis probantis.

* CCLV. *Lapidi Lydio, ab auri attactu ſplendido, lemma eſt.*

QUEIS TEROR, ILLUSTROR.

Adverſis, quibus atterimur, multum illuſtramur.

* CCLVI. *Eidem lapidi, Chovaynus inſcribit.*

PROBANDO PROBARIS.

Magiſtro Novitiorum id applicabis, qui & ipſe ex inſtructione ſuâ dignoſcitur.

* CCLVII. *Toetſteenius, (ex Belgico lydium lapidem nomen ſonat) Bibliopola Amſtelodamenſis eidem lapidi, in fronte librorum ſuorum inſcripſit.*

TERAR, DUM PROSIM.

Exprimere volebat credo prælum ſuum.

Imago Concionatoris, Doctoris, Miniſtri, &c. publico ſe cum propriarum virium detrimento, impendentis.

## CAPUT XXIII.

## SAL.

* CCLVIII. *Sal quod ex aquâ marinâ generatur, in aquâ ſolvitur.*

ET CRESCIT, ET INTERIT UNDIS.

Imago Mercatoris, qui uti repente navigationibus ditatus, ita & dein depauperatus fuit.

Imago etiam exceſſivæ cujuſdam pœnitentiæ, quâ uti anima vitam, ita corpus præmaturam ſibi mortem acceleraverat.

* CCLIX. *Sali medicinali, lemma.*

SALE SALUS.

Imago prudentiæ, quâ Regnis ſalus eſt.

* CCLX. *Sali P. Maſenius in fronte Salium ſuorum Muſicorum inſcribit.*

NIL SINE SALE SAPIT.

In Commendationem Ænigmatici & Epigrammatici ſalis.

* CCLXI. *Sal humido loco ſervatum liqueſcit.*

CONTRAHET HINC VITIUM.

In cavendam inordinatam Triſtitiam ſpiritui ſemper noxiam.

* CCLXII. *Sal limacem ſiſtens.*

SISTIT EUNTEM.

Prudentiâ malorum negotiorum progreſſus ſiſti debere, Symbolo docetur.

* CCLXIII. *Sal putredini reſiſtens.*

CORRUPTA REDUCO.

Imago Sacramenti Pœnitentiæ.

* CCLXIV. *Sali lemma.*

DESIPIT ATQUE SAPIT.

Imago variorum, qui ſapientiſſimi pro Deo ſtultos & inſipidos ſe ſimulabant.

* CCLXV. *Eidem lemma.*

SOLUM DESIPIT.

Imago hominis propriæ prudentiæ nimium innitentis.

* CCLXVI. *Lingua bubula ſalita, à Burgundiâ lemma habet.*

SERVATAM VIS, ADDE SALEM.

In præcavenda linguæ damna, prudentiâ, virtute.

* CCLXVII. *Eidem lemma.*

OBSUM NI TEMPERER USU.

Moderationem quariis in re docet Emblema.

C A-

## CAPUT XXIV.
## SARDIUS.

* CCLXVIII. *Sardio præsente onyx nil noxius est.*
RESISTO NOXIIS.
Imago Principis, Prælati &c.
* CCLXIX. *Sardius iræ motus reprimit.*
SURGENTES MITIGAT IRAS.
Hominis appetitui ſuo iraſcibili dominantis imago.
Imago quoque hominis, inter alios pacem procurantis.
* CCLXX. *Eidem animum audacem reddenti, alioſque corporeos affectus curanti, lemma.*
ANIMOSQUE ET CORPORA SANAT.
Imago Confeſſarii cujuſdam Medicam etiam artem profeſſi.
In varia SS. miracula.

## CAPUT XXV.
## SMARAGDUS.

* CCLXXI. *Smaragdus ſemper viridis.*
VER MIHI PERPETUUM.
Imago animi ſemper hilaris.
Imago itidem cœleſtis gloriæ nunquam finiendæ.
* CCLXXII. *Eidem ſemper viridi & pretioſo, lemma.*
VERNO PRETIUM CONJUNGIT HONORI.
Juventutis bene educatæ idea.
* CCLXXIII. *Smaragdus unctus viridior.*
UNCTUS VIRIDIOR.
Imago S. Joannis Euangeliſtæ oleo immiſſi, & exin Deum intenſius amantis.
Imago agonizantis S. Oleo inuncti & armati contra Dæmones.

In vim unctionum quarumcunque Sacramentalium, Episcopalium & Regalium.

* CCLXXIV. *Thesaurus Smaragdo inscribit.*

ÆTAS VIRIDITATEM NON MINUIT.

Imago viridis & vegetæ senectæ.

* CCLXXV. *Smaragdus in viridi colore singulares virtutes adjunctas habens.*

IN VERNO RISU VIRTUS.

In vim Religiosæ & moderatæ hilaritatis, quâ animi ad servitium Dei promptiores redduntur.

* CCLXXVI. *Smaragdo viridi & frigido Thesaurus inscribit.*

VER IN HYEME. vel VIRET, ET ALGET.

Imago frigidi in amore Dei adolescentis.

## CAPUT XXVI.

## SAPPHIRUS.

* CCLXXVII. *Sapphirus discordes animos reconsciliandi vim habere dicitur.*

PACO CRUENTOS.

Imago seduli inter inimicos pacificatoris.

* CCLXXVIII. *Sapphiro, quod cærulei coloris sit, D. Thesaurus inscribit.*

SEMPER SERENUM.

Imago serenæ & quietæ Conscientiæ.

Imago gloriæ cœlestis, in quâ neque clamor, neque dolor erit ultra &c.

* CCLXXIX. *Sapphirus intra cæruleum suum colorem puncta aurea stellarum instar habens.*

HABET OMNIA COELI.

Ecclesiam Dei, seu quietam Conscientiam expressam vides. Regnum enim Dei intra nos est.

* CCLXXX. *Sapphirus apud hominem obscœnum virtutes suas deperdit, qui alias exhilarandi habet virtutem.*

CASTO FERT GAUDIA CORDI.

Ima-

Imago Spiritus Sancti, qui fructum gaudii animæ castæ & Deum timenti, confert.

* CCLXXXI. *Sapphirus stellulas intra cæruleum colorem ferens.*

IN MEDIA FERT NOCTE DIEM.

In noctem Nativitatis Dominicæ, de quâ, *Et nox sicut dies illuminabitur &c.*

Quâ nocte enituit sol, qui dat lumina mundo,
Illa potest cunctos nox superare dies.

* CCLXXXII. *Sapphirus cum aureis sibi intermixtis stellulis totus frigidus.*

MILLENIS IGNIBUS ALGET.

Hominis idea cum mille gratiarum actualium ignibus sibi à Deo immissis, frigidi.

* CCLXXXIII. *Eidem Sapphiro, dum intra annulum arctatur, adhuc cæruleum suum colorem retinenti lemma.*

NULLA ADIMIT, PRESSURA SERENUM.

Infracti inter rerum adversarum pressuras animi idea.

## CAPUT XXVII.

## VITRUM.

* CCLXXXIV. *Vitrum, dum candet, ductile est.*

DUCTILE DUM FERVET.

Obedientiam facilem, reddit amor.

* CCLXXXV. *Vitrum splendens è Cinere formatum.*

CUM SIM CINIS ET PULVIS.

Imago hominis honorati.

Imago corporis gloriosi olim è luto & cinere formati.

* CCLXXXVI. *Vitro polygono unum objectum sæpius exhibenti lemma.*

MILLE PUTAS CUM SIT VIX UNUS. vel
ARS NUMERUM FINGIT.

Imago mundi & dæmonis, plura & majora sua bona fingentis, quam actu sint.

* CCLXXXVII. *Vitrum, quod duæ hinc inde manus laxaturæ erant, in imagine Soc. Jesu inscribitur.*

LAXARI IMPATIENS.

Paupertatem ejusdem Societatis omnis laxationis impatientem, Emblema innuit.

* CCLXXXVIII. *Pluribus cyathis vitreis in mensâ à Burgundiâ inscribitur.*

BONUM FRAGILE.

Carpere volebat formæ muliebris & vanitatem parentum de speciosis filiabus.

* CCLXXXIX. *Vitrum fractum.*

ET MUTILUM RUTILUM.

Corpora SS. Martyrum in cœlo gloriosa exprimit Symbolum.

* CCXC. *Vitrum Diaphanum suos intrà se defectus pandens.*

OCCULTA NOSTRA PANDIMUS.

Imago veri in Confessione pœnitentis.

* CCXCI. *P. Hesius vitro ex cinere conflato inscribit.*

PURO DECOR OMNIS AB IGNE EST.

Exprimere volebat charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum.

* CCXCII. *Frangitur vitrum, dum extra fornacem friget.*

DUM FRIGEO FRANGOR.

Imago eorum, qui in amore Dei frigidi à minimâ adversitate dejiciuntur.

* CCXCIII. *Vitrum, cum nascitur in fornace, splendet.*

SPLENDET CUM NASCITUR.

Imago excellentium natalium.

Imago variorum Sanctorum, qui cum splendore hunc orbem ingressi sunt

* CCXCIV. *Vitrum frigidum.*

DUM FRIGEO, RIGEO.

Fri-

Frigidum in amore Dei rigidum erga pauperes plerumque videbis.

* CCXCV. *Vitrum fractum, cum iterum in fornace eliquatur, reparatur.*

CUM ELIQUOR REPAROR.

Imago pœnitentiæ, quâ lapsi reparantur.

## CAPUT XXVIII.

## ELITROPIA.

* CCXCVI. *Elitropia gemma in vase vitreo aquâ pleno soli exposita ejus splendorem obscurum reddere dicitur, cui proinde Farnesius inscribit.*

HAC VICTUS HEBESCIT.

SS. Trinitati (quâ omnis intellectus hebescit) hanc gemmam assimilabis.

## CAPUT XXIX.

## IRIS.

* CCXCVII. *Iris iridi cœlesti quoad colorem similis, annulo inserta lemma tenet.*

HAUD ORBI PULCHRIOR ULLA EST.

Pax & Concordia mundo utilissima sunt dona.

## CAPUT XXX.

## ENYDROS.

* CCXCVIII. *Enydros lapis & si aureo annulo inclusus sit, nihilominus semper madens.*

MEDIO LACHRYMATUR IN AURO.

Divitis inter medias divitias tristis & melancholici idea.

* CCXCIX. *Eidem lemma.*

LAPIS SUM, ET LACHRYMOR.

Obſtinati peccatoris fictas lachrymas expreſſas habes.

## CAPUT XXXI.

## ARGARITES.

* CCC. *Argarites lapis argenteus aurea ſtigmata habens.*

PRETIUM DE STIGMATE DUCO.

Imago S. Franciſci, & S. Pauli; ſtigmata Chriſti Domini portantium.

## CAPUT XXXII.

## OPALUS.

* CCCI. *Opalus lapis colori viridi, quo aquas exhibet, intermiſcet rubicundum colorem.*

MISCET IGNIBUS UNDAS.

Imago contriti cordis, quod ignibus ſuis lachrymas amoris jungit.

* CCCII. *Eidem lapidi virori rubeum colorem adjunctum habenti lemma.*

CUM RUBORE VIROR.

Imago humilis & verecundi adoleſcentis.

* CCCIII. *Eidem lapidi lemma.*

IGNE RUBET, CANDETQUE NIVE.

Imago innocentis & puræ charitatis.

## CAPUT XXXIII.

## TOPAZIUS.

* CCCIV. *Topazius cum lunâ vires ſuas varians.*

VIRTUTEM CYNTHIA TOLLIT.

Imago cujuſdam illicitis Cynthiæ amoribus ſeducti.

## CAPUT XXXIV.

## ONYX.

* CCCV. *Onyx eos, à quibus possidetur, timidos reddit.*

FERO TIMOREM.

Imago Spiritus S., cujus unum donum Dei timor est.

* CCCVI. *Idem lapis, rixas excitans.*

SUSCITO LITES.

Imago perversi Causidici.

* CCCVII. *Onyx Sardio præsente innoxius.*

HOC ABSENTE NOCENS.

Dæmonis sine Tutelaris Angeli tutelâ mox nocituri idea.

## CAPUT XXXV.

## ORPHANUS.

* CCCVIII. *Promotis Ao. 1646 aliquot Cracoviæ in Philosophiâ Magistris, cuilibet eorum gemma inscribebatur a Stanislao Jodlowski, quarum aliquas delibabimus: Orphano ergo gemmæ de nocte lucenti lemma erat.*

SOLOQUE POLOQUE FULGEO.

Exprimebat hac gemmâ symboli auctor scientiam, quæ non tantum orbi huic, sed & superis suos radiare facit, *veluti stellas in perpetuas æternitates. Dan.* 12.

## CAPUT XXXVI.

## AMANDINUS.

* CCCIX. *Vim hic lapis habere dicitur, ut se gestantem victorem reddat.*

VINCERE, NON VINCI.

Imago victoriosi semper Belliducis.

## CAPUT XXXVII.

## GLOSSOPETRA.

* CCCX. *Lapis hic luna deficiente de cœlo cadere scribitur.*

HOSPITEM VENERARE.

Imago Christi Incarnati.

* CCCXI. *Eadem de causâ illi inscribam,*

COELESTIS ORIGO.

Imago animæ à solo Deo originem suam habentis.

## CAPUT XXXVIII.

## HÆPHÆTISTES.

* CCCXII. *Lapis hic fortunæ impetus retundere scribitur.*

FORTUNÆ SPICULA TEMNO. vel NULLIS PERCELLOR.

Magnanimitatis imago.

## CAPUT XXXIX.

## GRANATUS.

* CCCXIII. *Granatus cor humanum exhilarans.*

LEPOS OMNIS AB ILLO EST.

Imago D. Dei, à quo solo perfectum animæ gaudium est.

* CCCXIV. *Granatus gemma rubea, sed carbunculo obscurior.*

SUBOBSCURE RUBENS.

Imago obscuræ Confessionis.

CA-

## CAPUT XL.

# GEMMA PRUDENTIÆ.

* CCCXV. *Volunt Gemmarii gemmâ hac prudentiam conciliari.*

PER ME SAPIENTIA.

D. Dei imago, à quo eſt omnis ſapientia, & omne donum perfectum.

# LIBER XIII.

# METALLA.



## CAPUT I.

## FERRUM.

* I. *Ferrum, dum candens & fervens eſt, cuditur.*
DUM FERVEO, FERIOR.

Imago juſtorum, qui amore Dei ferventes maximè ab eo calamitatibus feriuntur.

* II. *Eidem ſubſcribes.*
FERVEO, DUM FERIOR.

Ima-

Imago hominis in adversis per ferventes preces recurrentis ad D. Deum.

* III. *Ferramenta duo ad magnetis extremitates firmata ponderosum ferrum attrahunt, vi sibi à magnete communicatâ.*

IN EO, QUI ME CONFORTAT. *Ad Phil. 4.*

Insufficientiam nostram, quâ sine gratiâ Dei nil valemus, Symbolum exhibet.

* IV. *Ferrum malleo extensum.*

DUM TUNDOR, EXTENDOR.

Imago hominis inter calamitatum tunsiones proficientis.

* V. *Ferrum limâ expolitum.*

DUM SPOLIOR, POLIOR.

Imago pauperis voluntarii ex voluntaria suâ paupertate in oculis Dei nitentis.

* VI. *Ferrum candens alteri ferro candenti, non vero aliis metallis jungi potest.*

SI VIS NUBERE, NUBE PARI.

Documentum quærendarum conjugum indole, fortunâ, & familiâ parium maritis.

* VII. *Ferrum ad magnetem applicatum lemma tenet.*

SEQUOR ATTRACTUS.

Imago hominis Deo vocanti parentis.

* VIII. *Ferro, Auct. Coll. lemma posuit.*

SI NON ARDEO, NON FLECTOR.

Imago obdurati peccatoris nonnisi adversarum rerum igne ad obsequium reducendi.

* IX. *Ferrum aquâ in fornacem immissâ intensius fervens.*

A QUA REFRIGERIUM SPERAVERAM.

In amicorum persecutiones, graviores nobis quam aliorum. Voluptatis quoque loco sui stimulos conscientiæ relinquentis imago.

* X. *Ferro candenti lemma.*

MITESCIT IN IGNE.

Amoris vim Emblema innuit, quo etiam ferocissimi edomantur.

* XI. *Ferro fervido, quod dum in aquis extinguitur, stridorem edit, Catzsius inscribit.*

ODIT AMOR MEDICUM. Cui ad leges symbolicas aptius lemma inscribes illud.

STRIDET, UT EXTINGUES.

Innuere volebat symboli auctor amorem omnis correctionis impatientem esse.

* XII. *Duo ferra candentia sibi juncta.*

UT DUO UNUM COMPONANT.

Matrimonium Emblema exprimit, quo duo erunt in carne una.

* XIII. *Eisdem lemma.*

PRÆSTAT NUBERE QUAM URI.

Consilium Apostoli Symbolum depingit. 1 *Cor.* 7.

* XIV. *Ferrum, cum extrà usum est, ærugine obductum.*

OBSCURUM CUM DESES.

Otii vituperium, Emblema innuit.

* XV. *Ferrum à magnete attractum.*

TENETUR ILLECEBRIS.

Imago eorum, quos mulierum illecebræ attrahendo seduxerunt.

* XVI. *Ferrum ærugine rubicundum.*

RUBET ET ALGET.

Ficti & frigidi pœnitentis imago.

* XVII. *Ferrum ferro domitum.*

SE FERIENDO DOMAT.

Imago cujusdam, qui in ordinatos animi sui motus religiosis disciplinis domabat.

* XVIII. *Ferro candenti & cuso inscriptum fuit.*

CUNCTA IN TEMPORE.

Captandas rerum occasiones, dum adsunt, symbolum suadet.

* XIX. *Ferrum rubigine exesum.*

RUBET IN INTERITUM.

Eorum isthæc imago est, quos pudor rusticus suppressi in Confessione peccati alicujus in æternum exitium adduxit.

* XX. *Ferrum, dum in usu est, illustre est.*

MUL-

MULTO SIC SPLENDET AB USU.
Imago viri multarum rerum experientiâ celebris.

* XXI. *Ferrum ictibus durari experientiâ constat.*

MULTO DURATUR AB ICTU.
Imago animi ex immissis sibi adversarum rerum ictibus plus indurati & obstinati.

* XXII. *Ferro lemma.*

TENUATUR AB USU.
Imago Ministri annis & curis fracti.

* XXIII. *Ferrum ictibus malleorum exacuatum.*

AB ICTIBUS ACIES.
Vexatio dat intellectum.

* XXIV. *Ferro sub Fabri malleo Imago primi sæculi inscribit.*

SOLUS NON SUFFICIT IGNIS.
Mens Emblematis erat, S. Ignatium Lojolam ad instar ignis adjunctum sibi habuisse socium P. Petrum FABRUM.

* XXV. *Ferrum à magnete vires magneticas attrahit.*

VIRES ACQUIRIT AMICAS.
Imago fructuum, qui ex bono consortio proveniunt.

* XXVI. *Ferrum æruginosum, si ungatur, ærugine amissâ splendebit.*

VIS SPLENDEAT, UNGE.
Beneficiorum vim expressam habes, quâ animi ad obsequium reducuntur.

## CAPUT II.

# STANNUM.

* XXVII. *Stannum argenti speciem, non soliditatem habens.*

SPECIEM, NON SOLIDITATEM.
Hypocritæ imago.

* XXVIII. *Stannum in speculorum tergis appositum imagines refringit.*

RE-

RETUNDIT IMAGINES.

In impugnatores cultus imaginum.

## CAPUT III.

## AURICHALCUM.

* XXIX. *Aurichalcum auri colorem habens.*

ALIENOS SUMIT HONORES.

Imago Hypocritæ.

* XXX. *Aurichalcum, quod primo aurum apparebat, diuturno usu rubigine indutâ se prodit alium.*

SE PRODIDIT USU.

Imago detectæ per propria opera Hypocrisis.

## CAPUT IV.

## AURIPIGMENTUM.

* XXXI. *Auripigmentum Diosc. teste aliis metallis candorem conciliat.*

QUOS TANGO, DEALBO.

Sacramenti Pœnitentiæ id proprium, qua ex deformibus speciosos in Dei oculis nos reddere valeat.

## CAPUT V.

## ARGENTUM.

* XXXII. *Argentum, dum ab igne purgatur, simul nigro colore inficitur.*

ET PURGAT ET INFICIT IGNIS.

Quibus calumniis famam nostram subinde infici permittit Deus, iisdem simul nos expurgat clementissimus Pater.

* XXXIII. *Argentum, ut expurgetur prius ab igne deformatur.*

UT PURGER INFICIOR.

In idem ut supra.

* XXXIV.

* XXXIV. *Argentum longissima tempore in igne existens nil deperdit.*

NIHIL ABSTULIT IGNIS.

Imago hominis, inter calamitatum incendia infracti aut libidinum occasione intacti.

* XXXV. *Argentum ab origine suâ in fodinis nigrum apparens.*

SORDET ORIGO.

Imago humani generis, in originalis peccati sordibus concepti.

## CAPUT VI.

# ARGENTUM VIVUM SEU MERCURIUS.

* XXXVI. *Argentum vivum, liquati plumbi instar, supra se, corpora gravia non patitur.*

IMPATIENS GRAVIUM.

Imago delicati & immortificati.

* XXXVII. *Argentum vivum semper exspirans.*

CONSTANS IN LEVITATE SUA. vel NUSQUAM FIXUS.

Imago inconstantis & leviusculi hominis.

* XXXVIII. *Idem semper mobile.*

NUNQUAM NON MOBILE.

Imago motuum vulgi.

* XXXIX. *Mercurius, nisi in vase obturato servetur, mox expirat.*

EXSPIRAT, SI RESPIRAT.

Ab adversis respirans corpus, animam spiritualiter mori expirareque faciet.

* XL. *Mercurius præcipitatus, ad multa utilis.*

PRÆCIPITASSE JUVAT.

Imag eorum, quos ex honoribus præcipitatos, Deus æternæ saluti addixit.

* XLI. *Mercurio in fumum exspiranti lemma.*

TANDEM FUMUS.

 Ita

Ita omnia mundana.

In hominem Thrasonem, cujus miri conceptus in nihil desinunt.

* XLII. *Mercurius cupro allisus, primo quidem illud argenti instar illustrat, sed demum splendore illo desinente, magis deturpat.*

QUEM ILLUSTRO, DETURPO.

Imago honoris mundani, animas plerumque inficientis.

* XLIII. *Mercurius ab artifice præcipitatus.*

REPENTE PRÆCIPITAS ME.

Imago repentini cujusdam ex honoribus præcipitii.

* XLIV. *Ope argenti vivi, alia metalla, ab auro & argento separantur.*

IMPURA REDUCO.

Imago Confessarii, seu Concionatoris, reducentis obscœnos ad meliorem frugem.

* XLV. *Argentum vivum semper expirans, & in aerem evolans.*

VIVUM MEUM SEMPER TOLLITUR.

Viventem semper in nobis ambitionem ad honores enitentem, expressam habes.

* XLVI. *Mercurius auro & argento jungi gaudet.*

JUNGI VULT, AVIDUS AURO.

Avari itidem divitiis inhiantis idæa.

* XLVII. *Mercurius ab igne sublimatus.*

SUBLIMOR AB IGNE.

Imago Martyris, ignes pro Deo passi.

Imago Christi Ascendentis, ut nos summe diligens, in cœlis Advocatum nostrum agat.

* XLVIII. *Argentum vivum, seu Mercurius, nullo metallo figi potest.*

NULLI SOCIABILIS HÆRET.

Imago hominis inconstantis, in colendis amicitiis.

* XLIX. *Argentum vivum ab igne sublimatum.*

VIVUM MEUM ASCENDIT.

Animæ piæ jubilus is est, Christo in Cœlum Ascendente.

C A-

# CAPUT VII.

## AURUM.

* L. *Auro in igne candenti, in funere Electricis Saxoniæ inscribebatur.*

PRODIBO PURIUS.

Imago Animæ, in purgantibus flammis detentæ.
Imago justi, inter adversa.

* LI. *Aurum aliis metallis mixtum; igne ab iis separatur.*

DUM SEPARER UROR.

Imago hominis cupientis dissolvi, & esse cum Christo.

* LII. *Eidem eadem de causâ lemma.*

DUM SEPAROR UROR. vel DUM DIVIDOR UROR.

Imago afflictæ; ex morte mariti conjugis.
Imago B. Virginis; cum summâ amaritudine à Christo in Passione divisæ.

* LIII. *Auro sub malleo; in tenuissimas lamellas ducto, lemma.*

DURUM SED LEVIUS FIT PATIENTIA.

In vim patientiæ, dura quævis emollientis.

* LIV. *Auri frusto, ad lydium lapidem Resp. Gedanensis, aliquando inscripsit.*

PROBATA FIDE.

Exprimere volebat, fidelitatem suam Regibus Poloniæ, semper præstitam.
Imago etiam fidi, inter varias fortunæ revolutiones amici.

* LV. *Auro ex igne pulchrius prodeunti, apud Chovaynum inscribitur.*

AUGET FLAMMA DECUS.

S. Laurentium, aliosque SS. pro Deo ignes perpessos, expressos habes.

* LVI. *Auro ligonibus ex minerâ effosso; in Lubomirianis adverbiis lemma est.*

PATIOR UT LUCEAM.

Solatium hoc in paſſionibus corpori ſit, quod dote glorioſâ claritatis, fruiturum ſit in cœlis.

* LVII. *Auro è minerâ effoſo & ignis ope depurato, lemma.*

PURUM EX IMPURO.

Imago B. Virginis immaculatè conceptæ.

* LVIII. *Auri radio, per refractionem lucis, in oculum incidenti, apud Schonhard inſcribitur.*

ET EXOCULAT AURUM.

In vim auri, quamplures iniquos judices exoculantis.

* LIX. *Aurum malleo percuſſum, vix ſtrepit.*

PERCUSSUM SILET.

Imago patientis inter adverſa animi.

* LX. *Aurum ad lapidem lydium.*

AMANT PRETIOSA PROBARI.

Non horrent optimi quique, cum Jobo ad Lydium tribulationum lapidem, explorari.

* LXI. *Eidem ſub malleo lemma.*

AMANT PRETIOSA FERIRI.

In idem.

* LXII. *Aurum in minerali ſuo antro latens.*

AMANT PRETIOSA LATERE.

In commendationem amantium, Religioſæ ſolitudinis.

* LXIII. *Aurum in tenuiſſimas lamellas & folia ductile.*

PRETIOSUM EST, QUOD DUCTILE.

In pretium & commendationem ductilis indolis.

* LXIV. *Aurum aliis metallis mixtum, in igne permanet, aliis expirantibus.*

CONSUMPTIS ALIIS. vel DURANT PRETIOSA.

Ita deficientibus, inter adverſa fictis amicis, ſinceros permanere videas.

* LXV. *Aurum malleo percuſſum flectitur.*

VERBERE FLECTOR.

Imago eorum Religioſorum, qui vincendis affectibus malis, diſciplinis religioſis, corpora ſua coercent.

* LXVI.

* LXVI. *Auri informis massa è minerâ.*

INFORME, SED AURUM.

Imago eorum, quos sinistra mundi judicia informes & inutiles massas judicat, cum in Dei oculis sint admodum pretiosi.

## CAPUT VIII.

## PLUMBUM.

* LXVII. *Plumbum ex quo glandes ad bella, aliæque utilitates hominum sumuntur.*

NOCUMENTA ET COMMODA.

Diversum rerum quarumcunque usum expressum habes.

* LXVIII. *Plumbum ab igne guttatim liquescens & stillans.*

LACHRYMATUR, UT ARDET.

Imago lachrymantis peccata sua, veroque corde contriti.

* LXIX. *Plumbeum vas inane non tinniens.*

ETSI SIM INANIS, NON TINNIO.

Imago cujusdam, qui inscitiam suam prudenti silentio tegere noverat.

* LXX. *Plumbum præ aliis omnibus metallis ductile.*

AD QUASVIS DUCTILE FORMAS.

Ingenii ductilis ad quævis idea.

* LXXI. *Plumbo in globulos militares fuso lemma.*

IN PUBLICA FUNERA FORMOR.

In nativitatem cujusdam Hæresiarchæ seu Tyranni.

* LXXII. *Plumbum, cum ab igne liquatur, non murmurat, instar bullientis aquæ, sed omnino silet.*

CRUCIOR ET SILEO.

Patientis inter adversa imago.

## CAPUT IX.

## CUPRUM seu ÆS CYPRIUM.

* LXXIII. *Æs Cyprius, auro simile.*

SPECIEM NON VALOREM.

Imago ficti amoris, seu cujuscunque hypocritæ.

* LXXIV. *Æri lemma.*

SI TANGIS, CLANGIT.

Idea impatientis & murmuratoris.

* LXXV. *Cuprum acidis aspersum virescit.*

ACRORE VIROREM.

Mortificationum & regularis disciplinæ acrimonia, mirum Religionibus virorem conciliat.

* LXXVI. *Cuprum viridi, quam emittit, humore (qui flos æris dicitur) attenuatur.*

FLORE PERIT SUO.

Adolescentis flore juventutis suæ abutentis, imago.

## CAPUT X.

# MONETA.

* LXXVII. *Cuneus monetarius monetam cudens.*

EST OPERÆ PRETIUM.

In pretium meritorium, bonis justorum operibus annexum.

* LXXVIII. *Monetæ lemma.*

SECURA REPULSÆ.

Utinam sic virtus! Expressam sæculi hujus sacram auri famem habes.

* LXXIX. *Thesauro clam effosso, imago primi sæculi inscribit.*

SINE TESTE BEATIOR.

Exprimere symboli auctor volebat, thesauros spirituales, in recessu spiritualium exercitiorum scrutandos esse.

* LXXX. *Moneta falsa.*

NIHIL ILLA JUVABIT.

Imago operum, in mortali peccato, seu hypocrisi, peractorum sine merito.

* LXXXI. *Moneta, ad censum elocata, proderit anno effluxo.*

PRO-

PRODERIT HÆC OLIM.

In fructus eleemosynarum, in cœlo olim proventuros.

* LXXXII. *Monetæ, ab omnibus cultæ & amatæ lemma.*

NUMEN INEST NUMMIS. vel PRO NUMINE NUMMI.

In corruptum hoc seculum, quo plus Nummi quam Numen & Deus colitur.

* LXXXIII. *Eidem lemma.*

SPLENDET AB USU.

Imago cujusdam usu & multarum rerum experientiâ celebris.

* LXXXIV. *Eidem lemma.*

IPSA SIBI EST PRETIUM.

Ita virtus.

* LXXXV. *Moneta tantum valet, quantum est in cursu, ut dicitur.*

IN CURSU VALOR EST.

Imago operum nostrorum, solum meritoriorum in hujus vitæ cursu.

* LXXXVI. *Nummus antiquus & rarus.*

PRETIUM AUGET IPSA VETUSTAS.

Imago Consiliarii seu Senatoris, à senio æstimati.

* LXXXVII. *Moneta Imp. Civitatis Coloniensis, eâ parte, quâ Imperialem aquilam expressam habet, lemma tenebit.*

HABENT ADVERSA * CORONAS.

In commendationem adversitatum, quibus coronas in cœlo, nobis parat Deus.

* *Moneta urbis Colon. in unâ parte aquilam imperialem, in altera tres coronas urbis insigne habet.*

* LXXXVIII. *Nummo detrito, subobscurè antiquam formam referenti lemma.*

VETERIS SERVAT VESTIGIA FORMÆ.

Imago senectutis, quæ servat juventutis formam, sive in vitiis, sive in virtutibus.

* LXXXIX. *Monetæ aureæ lemma.*

NON MOLE SED PRETIO.

Deus non ſtaturæ aut dignitatum in nobis molem reſpicit, ſed valorem meritorum.

* XC. *Moneta ad cuneum, cui forma Imperatoris vel Regis imprimitur.*

DABIT ILLA VALOREM.

Animæ noſtræ pretium auget, ſignatum ſuper eam lumen divini vultus.

* XCI. *Monetæ in cujus adverſâ parte, valor ejus notatur lemma.*

NOTANT ADVERSA VALOREM.

Virtutum optima exploratrix adverſitas.

* XCII. *Nummus informis.*

ET VALET INFORMIS.

Virtuoſi deformi in corpore animi Emblema.

* XCIII. *Nummus qui falſo iniquus judicatur.*

ET CUM INIQUIS REPUTATUS EST.

Imago Chriſti in Paſſione ſuâ cum iniquis reputati.

* XCIV. *Nummus argenteus, non præciſus.*

INTEGER ACCIPITUR.

Integritatem animi & candorem, omnibus acceptum, Emblema pingit.

* XCV. *Nummi quidam adulterini, & antiqui, in pretio adhuc apud antiquarios ſunt.*

ET CONSTAT ADULTER.

Imago damnatorum, pro quibus etiam pretium SS. Sanguinis Chriſti in Paſſione expenſum.

* XCVI. *Monetæ falſæ, ſed ſplendidæ lemma.*

NON OMNIS QUÆ SPLENDET.

Nempe, non omnia prout apparent, in oculis Dei valent.

* XCVII. *Nummo adulterino lemma.*

FORMAM NON VALOREM.

Hypocritæ imago, ejuſdemque operum.

* XCVIII. *Nummus ſub monetario cuneo.*

ICTUS DANT PRETIUM.

Imago Martyris pro Deo flagellati.
Imago itidem juſti, pro Deo adverſitates paſſi.

* XCIX. *Nummus aureus in bilance.*

SE PONDERE PRODIT.

Humilitatis nos deprimentis pondus oſtendit, quantum quiſque valeat.

* C. *Nummi plures, ad monetarium cuneum ſignati.*

MILLIA SIGNATI.

Symbolum eorum de quibus ſignatis *Apocalypſeos 7. Cap.* Loquitur S. Joannes.

* CI. *Nummi probitas ex bonâ inſcriptione minime dignoſcenda.*

NON TITULUS, SED VALOR.

Dignitatum inanes titulos Deo minimè ſpectari docebit te ſymbolum.

* CII. *Moneta in manum operarii immiſſa.*

POST PONDUS DIEI ET ÆSTUS.

Imago æternæ reſtitutionis, juſtis olim dandæ, à cœleſti Patrefamilias, poſt portatos hujus mortalis vitæ æſtus & labores.

# LIBER XIV.

# INSTRUMENTA ECCLESIASTICA.



## CAPUT I.

## ALTARE.

* I. **P**rinceps Lubomirius, in suis Moralibus Adverbiis, altari in quo victima cremabatur, inscripsit.

NUNQUAM SATIS.

Ex-

xprimit Emblema, D. Deum nunquam SATIS coli
ſſe.

II. *P. Jacobus Coret in vitâ S. Catharinæ Sueca, manui altari impoſitæ inſcripſit.*

NIL ILLIC METUO.

Exprimere volebat, Sanctæ ejuſdem in virtutibus ſe-
ritatem.

* III. *Altari vacuo lemma.*

EXSPECTAT MUNERA.

Imago judicis corruptionum amantis.

* IV. *Altare victimas igne abſumens.*

QUOS CAPIT ABSUMIT.

Hominis prodigi idea, ſua omnia conſumentis.

* V. *Altare in Septimanâ Sanctâ denudatum.*

ETIAM CUM NUDOR HONOROR.

Imago Religionis ob rigidam quam ſervat pauperta-
m honoratæ.

* VI. *Altare ornandum nudatur.*

NUDOR UT ORNER.

Imago hominis paupertatem amantis, ut ejus remu-
erationem in alterâ vitâ capiat.

* VII. *Altare vacuum, ſine victima.*

NON SEMPER VICTIMÆ.

Raritatem veræ mortificationis, Emblema pingit.

## CAPUT II.

## CALIX. HIEROTHECA.

VIII. *Calix vino plenus (quod natum eſt ad exhilarandos hominum animos) lemma tenet.*

NIL ISTO TRISTE POTATO.

Imago SS. Euchariſtiæ præbentis animæ delitias.

* IX. *Eidem lemma.*

NIL SERVAT AMARI.

Calicem paſſionum, juſtis gratiſſimum, ſic exprime-
e poteris.

* X. *Hierotheca panem Euchariſticum ſervans.*

NON

NON ALIO MENS SATIANDA CIBO.

Innuit Emblema, animam ſolius Dei capacem ſ[illegible] Dei viſione ſatiari poſſe.

* XI. *Calix vino defœcato plenus.*

NIL TENET IMPURI.

Imago Sacerdotis ſummè caſti.

Imago Eccleſiæ Cath. puram & ſanam doctrina[illegible] propinantis omnibus.

* XII. *Calix vino plenus, è quo ſanitates, ut vocant, & ſ[illegible] lutes præbibuntur.*

HINC MILLE SALUTES.

Ex Calice Euchariſtico ſibi & populo mille ſalut[illegible] ſpirituales bibunt ſacerdotes in SS. Miſſæ Sacrificio.

* XIII. *Quando Papa Theodorus, Monothelitas damnavi[illegible] pennâ in calicem conſecrato Chriſti ſanguine plenum immerſâ, eorum damnationem ſcripſit.*

RES DURA, SALUTIS DAMNARI PRETIO

Imago eorum, qui indignè ſumptâ Euchariſtiâ, æter num pereunt.

* XIV. *Lapideus calix, ex lapide, ut vocant, ſerpentino, indito veneno diſſiliens.*

NE PERIMAT PEREAT.

Imago & documentum, occaſionum etiam utilium præſcindendi, dum ad peccata nos ſeducunt.

* XV. *Calices aliquot Euchariſtici.*

QUEM NON FECERE DISERTUM?

Imago SS. Euchariſtiæ, devotionem tribuentis eis, à quibus ſumitur.

* XVI. *Calix Sacerdotalis vacuus, à vulgo honoratus & intactus.*

ET COLITUR VACUUS.

Imago multorum indoctorum Sacerdotum, quorum multos nunc ligneos habet Eccleſia, quando aureos habet calices.

* XVII. *Calix conſecratus.*

SACRATUR NUMINI.

Imago Epiſcopi, Sacris ordinibus initiati, aut Religioſi cujuſcunque.

* XVIII.

* XVIII. *Calix ſacer attactu minimè violandus.*

NEQUE TANGERE FAS EST.

Immunitatem perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeu Deo conſecratæ virginis ſic exprimes.

* XIX. *Calix amico propinatus.*

PRÆBETUR AMICIS.

Imago obligationis, quâ in ſtatu gratiæ, ſumenda eſt SS. Euchariſtiâ.

* XX. *Hierothecam ſub ſpecie ſolis elaboratam, cum S. Hoſtia, ad quam Aquila pullos ſuos explorabat, inſcriptam legi.*

AUSTRIACOS SOL ISTE PROBAT.

Innuebat Emblema, verum Auſtriacum Ducem ex amore in SS. Euchariſtiam dignoſci.

* XXI. *Hierotheca cum S. Hoſtiâ.*

PANEM, NON TOXICA SERVAT.

Paternum Chriſti in nos amorem ſic explicabis, in hoc Sacramento relucentem.

* XXII. *Calix Euchariſticus in manu Chriſti.*

CUM MUNERE MUNERIS AUCTOR.

Imago hominis, dono ſuo, cor & affectum jungentis.

* XXIII. *Calix vacuus.*

IMPLETUR VACUUS.

Innuit Emblema, SS. Euchariſtiæ Sacramentum, maximè fructum ſuum in illis operari, qui terrenis concupiſcentiis ſe prius evacuant.

* XXIV. *Calici illud Lucani inſcribes.*

SACRAMENTA TENET. *Luc.*

Imago S. Eccleſiæ, extra quam nulla Sacramenta.

* XXV. *Eidem lemma.*

HAUD LIBASSE SAT EST.

Documentum, ſumendæ SS. Euchariſtiæ, non vulgari, ſed pleno & intimo cordis affectu.

* XXVI. *Calix Sacerdotalis.*

SERVAT INEXHAUSTUM.

Imago B. Virginis, utero gerentis Chriſtum Dominum.

* XXVII.

* XXVII. *Calix, & Hierotheca, mundo, corporali lineo imponendus.*

MUNDA SINDONE PONES.

Munditiam SS. Euchariſtiam ſumpturo neceſſariam Emblema repræſentat.

## CAPUT III.

## CAMPANA.

* XXVIII. *Campana Eccleſiæ, non pulſatur niſi ad orationes, funera aliaſque graves cauſas.*

NON NISI CAUSA GRAVIS.

Documentum, non inconſulto proferendi ſermonis

* XXIX. *Bornitius Campanæ inſcribit.*

VOCAVIT MULTOS.

Imago D. Dei qui vocavit multos, paucos elegit.

* XXX. *Campanulis pluribus, in turri ſuave melos inſonantibus, P. Engelgrave inſcribit.*

QUAM VARIUM, TAM DULCE MELOS.

Exprimere volebat, publicas fidelium diverſi ſtatus & ætatis preces, Deo gratiſſimas.

* XXXI. *Campana, linguâ ſuâ ferreâ percuſſa.*

HUNC FERO, QUO FERIOR.

Supportationem patientem calumniarum, Emblema pingit.

* XXXII. *Campana, è metallo fusâ, luteæ matrici prius inſerta.*

MATRE EDITA LUTO.

Facundiſſimi Concionatores & Oratores meminerint, luteæ in creatione ſuâ matris.

* XXXIII. *Campana, ad Eccleſiam vocans à Maſenio lemma tenet.*

QUO VOCO, NON VENIO.

Idea Concionatoris, minimè ipſo opere adimplentis ea, quæ docet.

* XXXIV. *Campana, debito tempore pulſata.*

OPPORTUNA LOQUOR.

Ima-

Imago ſermonis opportuno & debito tempore proati.

* XXXV. *Campana, pro defunctis ſonans.*
DEFUNCTOS PLANGO.
Imago, indebitæ pro morte ſuorum triſtitiæ.
Imago etiam hominis, ſatisfactoria opera pro purgantibus animabus offerentis.

* XXXVI. *Campana, ab intra ſe hærente ferreo malleo, pulſata.*
QUI ME FERIT, INTIMUS ILLE EST.
Imago adverſitatum ab amico ſuſcitatarum.
Conſcientiæ pulſus & remorſus, ſic quoque exprimes.

* XXXVII. *Campana, cælo tonante pulſata.*
CUM TONAT, SONAT. vel CUM ANGOR, CLANGO.
Imago hominis, inter adverſa per orationem ad Deum recurrentis.
Imago etiam impatientis animi.

* XXXVIII. *Campana etiam ferienti ſe, ad templum ſonat.*
FERIENTI QUOQUE.
Imago Concionatoris, etiam ſuis concionibus cor proprium ferientis.

* XXXIX. *Campana, cælo tonante ſonans.*
PRO FERIENTE QUOQUE.
Imago Chriſti, in Cruce pro Crucifixoribus ſuis Patrem exorantis.

* XL. *Campanæ ſono diſcordes, in unâ turre.*
DISCORDES DOMUS UNA TENET.
Imago diſcordis familiæ, ſeu Religionis. Carnis item contrà ſpiritum concupiſcentis.

* XLI. *Concordibus pariter in unâ turre campanis lemma.*
CONCORDES ÆDE SUB UNA.
Imago Concordis matrimonii.

* XLII. *Campana ſonans.*
EXCITO LENTOS.

* XLIII.

Imago Prælati, ſeu Excitatoris ad Laudes Nocturnas.

* XLIII. Campana, *cum attrahit & malleo ſuo feritur, ſurſum levatur.*

CUM FERIOR SURSUM.

Imago hominis, inter calamitatum ictus, ad Deum elevati.

* XLIV. Campana, *feriendo atteritur.*

ATTEROR, CUM FERIOR.

Imago, inter adverſa pœnitentiam agentis.

* XLV. Campana, *attrahitur ut pulſetur.*

ATTRAHOR, UT FERIAR.

Imago hominis, qui à mundo carne vel Dæmone ad mala abducitur, inde æternum cruciandus.

* XLVI. Campana *attracta.*

ATTRAHOR CUM FERIOR.

Imago hominis per adverſa ad Deum ſuaviter attracti.

* XLVII. Campana, *cum à ſuâ ferreâ linguâ feritur, ſimul eâ in parte ſplendorem recipit.*

FERIT ET ILLUSTRAT LINGUA.

In Commoda, & linguæ damna.

* XLVIII. Campana, *dum etiam feritur attrahentem ſe ad quamcunque partem ſequitur.*

QUO ME CUNQUE FERIT.

Imago animi inter adverſa, in Deum reſignati.

* XLIX. Campana, *inter pulſum, ad lignum, vel ſimile quid alliſa, frangitur.*

ALLISA FRANGITUR.

Imago animi, inter adverſa deficientis.

Imago obſtinati animi, Correctionis pulſibus emolliti.

* L. Campana, *interius à malleo feritur.*

INTIMA PULSANTUR.

Imago conſcientiæ inquietæ.

* LI. Campana, *intimum ſibi ferreum malleum ſuſpendens.*

SUSPENDIT INTIMUM.

Ima-

Imago Prælati, in intimum ſibi amicum ſuſpenſionis ſententiam proferentis.

* LII. *Campana ſeu nola; quâ mutus mendicus alimenta mendicat.*

ALIMENTA MINISTRAT.

Orationem ſic expreſſeris, quâ & corporalia, & ſpiritualia a Deo alimenta expoſcimus & obtinemus.

* LIII. *Campana interius attrita, & ſplendens.*

INTIMA SPLENDENT.

Imago hominis conſcientioſi.

* LIV. *Campana diebus Dominicis deputata.*

SABBATHA PANGO.

In Auctorem, qui de requie cœleſti ſcripſerat.

* LV. *Campana, quæ ſabbatha pangit, funera plangit, & altum clangit.*

CLANGO, PANGO, PLANGO.

Imago Chriſti in Cruce, quando *cum clamore valido, & lachrymis, preces & ſupplicationes obtulit.* *Clamore* enim *valido* clangebat, *lachrymis* plangebat, *preces & ſupplicationes offerens* laudes Patris pangebat. Heb. 5.

* LVI. *Campana, publico bono ſolum ſerviens.*

INDOCILIS PRIVATA LOQUI. *Luc.*

Imago Concionatoris, & Senatoris bono publico, non ſuo perorantis.

* LVII. *Campana in turrim elevata, ferreo ſuo malleo feritur.*

ELATA FERITUR.

Meminerint ii, qui ad Prælaturas elati ſunt, *ſe poſitos in ſignum, cui* linguis cavillantium *contradicatur.*

* LVIII. *Campana propriâ ſuâ ferreâ linguâ feritur.*

ME MEA LINGUA FERIT.

Imago eorum, qui propriâ garrulitate ſibi obſunt, ſinceræ etiam Confeſſionis idea.

* LIX. *Campanis lemma.*

PONDERA VOCIS HABENT. *Ovid.*

In juſtorum ſuſpiria, orationi vocali æquipollentia.

* LX. *Campana, Ferream linguam pendulam habens.*
AD VOCES PENDULA LINGUA EST.
Imago hominis, ad quasvis occasiones garruli.
* LXI. *Campana, cum elata est, solum sonum edit.*
CLANGOR AB ELATA.
Imago Christi, qui in Passione suâ coram Pilato tacens, demum in crucem elatus, Septem verba proferebat.
* LXII. *Campana, reo ad supplicium educto, sonans.*
PRO REIS SUETA FERIRI.
Imago hominis, de re quadam patientis, cujus alter reus est.
Imago cujusdam, qui pro peccatoribus, frequentibus disciplinis, corpus feriebat.
* LXIII. *Campana, dum à terrâ segregatur, pulsatur.*
PULSOR DUM SEGREGOR.
Imago ejus, qui ingressu in Religionem à terrenis separatus, tentationum malleis feriri à Deo permittitur.

## CAPUT IV.

# CANDELABRUM.

* LXIV. *Candelabrum aureum, legis veteris.*
SEPTENO LUMINE POLLET.
Imago Ecclesiæ, in quâ septem Sacramenta, novæ legis.
* LXV. *Ferienus, candelabro in formam coronæ formato, ac multis candelis ardentibus instructo, inscribit*
UNO EODEMQUE IGNI.
Imago Apostolorum, in festo Pentecostes, uno & eodem igne S Spiritus inflammatorum.
* LXVI. *Candelabro, à cerâ defluente foedato, lemma.*
DE MEO LUMINE, MEÆ MACULÆ.
Ima-

Imago cujusdam, qui eximio ingenio præditus, eo ad illicita abutebatur.

* LXVII. *Candelabro lemma.*

MEA LUMINA PALAM.

Imago hominis talenta sua minimè abscondentis.

* LXVIII. *Candelabro lemma.*

SUA LUMINA FULCIT.

Imago D. Dei qui, quos ad Prælaturas vocat, eosdem specialibus gratiis in iis fulcit & adjuvat.

* LXIX. *Candelabrum à proprio, quod fert, lumine, foedatum.*

QUEM FERO, ME FOEDAT.

In impium propriæ Religionis cavillatorem.

* LXX. *Candelabrum, quod superfluam ceram à candela recipit.*

ALIMENTA SUPERFLUA MIHI.

Imago pauperis de aliorum superfluis statui viventis.

## CAPUT V.

# CANDELABRUM TRIGONUM.

* LXXI. *In Candelabro Trigono, quo in septimanâ Sanctâ utimur, cereus eminentior, longius ardet.*

ELATUS LONGIUS ARDET.

Imago fastuosorum & Prælatorum, quibus longius purgatorium. *Judicium enim durissimum his, qui præsunt.* Sap. 6. Cap.

* LXXII. *Trigono eidem cum tot ardentibus candelis lemma.*

UNI TOT LUMINA.

SS. Ordini Trinitariorum, de Redemtione captivorum, referto multis virorum Sanctorum & doctorum luminibus, illud inscripserim.

* LXXIII. *In Trigono eodem, post quemlibet Psalmum, lumen unum extinguitur.*

EMENSO TEMPORE, QUISQUE SUO.

In mortem, suo tempore, omnibus imminentem.

* LXXIV. *Eidem Trigono, lumina sua gradatim habenti, lemma*

LUMINA GRADATIM.

Imago gratiarum, successu temporis accrescentium.
Imago Hierarchiæ Ecclesiasticæ.

* LXXV. *Inter hujus candelabri candelas, quæ infimæ sunt, primo extinguuntur.*

EXTINGUITUR INFIMA PRIMO.

Suppressiones pauperum, expressas habes.

## CAPUT VI.

## CRUX.

* LXXVI. *Cruces variæ, Andreatica, Melitensis, Antoniana &c.*

QUAM MULTÆ ET VARIÆ.

In multitudinem &, adversitatum hoc in mundo varietatem.

* LXXVII. *Crux ad vias, viatorum directioni posita.*

REVOCAT ERRANTES.

Concionatoris, Confessarii & Prælati idea.

* LXXVIII. *Crux Christi, boni, & mali latronis.*

IN CRUCE, DISCRIMEN QUANTUM?

Imago ejus diversitatis, quâ tolerantur calamitates, quot quidam innocenter & libenter cum Christo, alii nocenter sed libenter cum bono latrone, alii demum nocenter & illibenter cum malo portant.

* LXXIX. *In marmoreâ majori, arâ Celeberrimi Ord: nostri Asceterii S. Mariæ Sion Coloniæ, Christo inter S. Petrum & Andream Crucifixo, in cruce suâ intermedio, lemma est.*

SIC ITUR AD ASTRA.

Ima-

Imago ejus viæ, quâ cœlum nobis conſcendendum eſt, per multas tribulationes.

* LXXX. *Sedi cuidam plicatili, in crucis formam diſpoſitæ, P. Engelgrave inſcribit.*

IN CRUCE SOLA QUIES.

Per adverſitatum Cruces, animæ æterna in cœlo requies diſponitur.

* LXXXI. *Crucibus aureis, ſeu argenteis, in monetâ, lemma.*

CRESCET PRETIUM, CRESCENTIBUS IPSIS.

Imago meritorum apud Deum creſcentibus adverſitatibus juſtorum, pariter excreſcentium.

* LXXXII. *Crux Conſtantini, in militaribus Labaris.*

ASSUETA TROPHÆIS.

Ad exprimendam vim Crucis contra diabolicos inſultus, ſerviet Symbolum.

* LXXXIII. *Crux in Proceſſione præfertur.*

CRUCE DUCE.

In auſpicia rei cujuſque à Deo ſumenda.

* LXXXIV. *Crux aurea Melitenſis.*

NIHIL ISTA GRAVABIT.

Animam piam, adverſitates à Deo immiſſæ, minimè inflectunt.

* LXXXV. *Crux ad montis radicem poſita, ut viam monſtret.*

SIGNAT AD ALTA VIAM.

Imago adverſitatum, viam ad perfectionem & gaudia cœleſtia nobis ſternentium.

* LXXXVI. *Crux in altari poſita.*

EXPETIT ILLA COLI.

Cultum S. Cruci Chriſti debitum, imago exprimit.

* LXXXVII. *Crux abſque arâ, lemma tenet.*

NIL CRUX, SI DEFICIT ARA.

Nil adverſa nobis proderunt, niſi in arâ cordis Deo offerantur.

* LXXXVIII. *Cruci Christi Domini rectè illud Lucani inscribes.*

VICTIMA NOBILIOR. *Luc.*

Interior animi victima plus à Deo semper spectatur, quam ipsum opus.

* LXXXIX. *Cruces variæ.*

VIS OMNIBUS UNA.

Imago quarumcunque adversitatum, pro solo scopo nostram purgationem habentium.

* XC. *Crux ad viam cum Lucernâ appensâ.*

VIA CRUCIS, VIA LUCIS.

Securissimam & certissimam ad æternam requiem viam, adversa præbent.

## CAPUT VII.

# CREPITACULUM.

* XCI. *Crepitaculo leprosorio Burgundia inscribit.*

INDICIUM MORBI.

Exprimebat, garrulam linguam ægri admodum animi indicium esse.

* XCII. *Crepitaculo lemma.*

STREPITUS, PRÆTEREAQUE NIHIL.

Imago garruli.

* XCIII. *Eidem lemma.*

MIHI LIGNEA LINGUA EST.

Imago inepti Oratoris.

Imago hominis inter preces distracti.

* XCIV. *Eidem in Ecclesiâ crepitanti lemma.*

NON TACET IN SACRO.

Imago garruli in Ecclesiâ.

* XCV *Eidem lemma.*

CAMPANAM SIMULAT.

In quendam factum fuit, qui certi Ordinis Prædicator audiebat, cathedrâ nunquam conscensâ.

* XCVI. *Crepitaculi in solâ septimanâ sacrâ, usus.*

HOC

HOC PASSIONIS TEMPORE.

Imago hominis, inter adverſa impatientis & murmurantis.

* XCVII. *Eidem lemma.*

SIBI NON SONAT UNI.

Imago Concionatoris, aliis prædicantis non ſibi.

* XCVIII. *Eidem lemma.*

LINGUA, QUANTUM FIT MURMUR AB UNA.

In linguam murmuratoriam, & detractoriam.

* XCIX. *Expreſſurus nonnemo, in omnibus a ſe gloriam ſpectari, Crepitaculo, quod initium ſuum habet, poſt* Gloria *Jovis Sancti, & finem in Gloriâ Sabbathi Sancti, inſcripſit.*

GLORIA PRINCIPIUM, ET EST MIHI GLORIA FINIS.

## CAPUT VIII.

## LAMPAS.

* C. *Lampas, appenſo ſupra templi teſtudinem pondere, ultroneè ſurſum aſcendens.*

PONDERE SURSUM.

Imago hominis, adverſorum pondere ad Deum elevati.

Imago itidem hominis, gratiarum actualium pondere, ad ſuperna & cœleſtia enixi.

* CI. *Eadem, ut ſupra lampas, invita deorſum deſcendit.*

INVITA DEORSUM.

Imago naturæ, omnem humiliationem abhorrentis.

* CII. *Eadem Lampas ultronee aſcendens.*

SUPERASQUE EVADERE AD AURAS, HAUD LABOR EST.

Exprimit Emblema, facilitatem levandæ mentis in Deum, Cœlum itidem promerendi.

* CIII. *Lampas sine oleo minimè ardens, à Zinekgrefio inscribitur.*

NON NISI INFUNDAS OLIUM.

Imago animi, cui nil sapit præter JESUM. Cujus suavissimum *nomen Oleum effusum.* Cant. 1 Cap.

* CIV. *Ardenti Lampadi libris impositæ, nescio ubi inscriptum legerim.*

ILLUSTRAT FAMA LABORES.

* CV. *Lampadi, in obscuro loco Camerarius inscribit.*

SECRETA REVELAT.

Imago S. M. Birgittæ Revelantis orbi suis Revelationum Cœlestium libris ea secreta, quæ cœlitus hauserat.

* CVI. *Ecclesiæ candelæ, à Lampade ejusdem accenduntur.*

HINC CAETERA LUMEN.

Doctoris aut Prædicatoris imago.

* CVII. *Lampas emuncta.*

UT LUCEM PLUS ADFERAT.

Imago justorum, qui adversitatum emunctoriis à Deo purgantur, ut plus illustrentur.

* CVIII. *Lampas extincta fœtet.*

TANDEM MEPHITIS.

Imago honorum mundi.

Imago Ecclesiastici cujusdam, postquam diu bono exemplo præluxerat, demum in mala prolapsi.

* CIX. *Lampas nimio oleo affuso extincta.*

QUOD ALIT, ID ENECAT IDEM.

Imago excessus in sumendis alimentis, quibus uti modicè sumptis corpus alitur, ita immodicis suffocatur.

* CX. *Lampas melius lucet, quæ antefertur, quam quæ post tergum fertur.*

PRÆLATA MELIUS.

Opera bona morti præmissa securiora longe esse iis, quæ post mortem ab aliis exspectamus, Emblema pingit.

* CXI. *Lampadi ardenti P. Le Moyne inscribit.*

SUC-

SUCCO SPLENDESCIT OLIVÆ.

Factum fuit in divitias cujusdam, ex mercaturâ olei acquisitas.

Imago itidem Regis, Episcopi, sacerdotis uncti, aut insignis cujusdam Eleemosynarii: est enim oleum, misericordiæ Symbolum.

* CXII. *Lampas tecta.*

IGNIS LATET.

In secretos cujusdam amores.

* CXIII. *Lampades, in Ecclesiâ de Die ardentes.*

LUCENT OTIOSÆ.

Imago eorum, qui in Prælaturis otiosam vitam ducunt.

* CXIV. *Lampadi lemma.*

NUNQUAM FULIGINIS EXPERS.

Imago justorum, quibus venialium peccatorum quotidiana fuligo, semper hæret.

## CAPUT IX.

## MITRA.

* CXV. *Mitra phrygiata, auro, gemmis, unionibus &c.*

CIRCUMAMICTA VARIETATE.

Imago Episcopi, iis virtutibus circumamicti quas S. Paulus ab Episcopo exigit 1. *Tim.* 3 *Cap.* &c.

* CXVI. *Mitra Episcopo à Tertio semper imponitur.*

TERTIUS IMPONET.

*Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Hebr. 5. Cap.

* CXVII. *Mitra manibus compressa ampliatur.*

DUM PREMOR AMPLIOR.

Imago justi, qui quantum adversis extra premitur, tantum intra divinis consolationibus ampliatur.

* CXVIII. *Eidem lemma.*

PANDOR, DUM PREMOR.

Imago cujusdam, quem adversorum pressuræ, ad pœnitentiam & veram Confessionem adduxerant.

* CXIX. *Mitra Papalis, Regiæ coronæ juncta, ab Engels in operis sui fronte inscribitur.*

ALTERA ALTERIUS.

Innuere volebat, Civile & Canonicum jus, sibi mutuo auxilio esse.

* CXX. *Mitræ lemma.*

NON CUIVIS VERTICI.

Imago dignitatis Episcopalis, non cuique committendæ.

* CXXI. *Mitra supra aperta, nil retinet si ei quid immittatur.*

NIL CAPIT.

Imago Episcopi, turpis lucri minimè cupidi. Liberali cuique hoc etiam convenit.

* CXXII. *Eodem jure, Mitræ inscribes.*

NIL RETINET.

Imago munifici & liberalis Episcopi.

* CXXIII. *In Sacristiâ S. Joannis Varsaviæ Mitræ Episcopali, duas sub se complicatas manus habenti, lemma est.*

ILLI SERVO FIDEM.

Imago Episcopi, Ecclesiæ suæ tanquam spirituali sponsæ fidelis.

* CXXIV. *Mitræ lemma.*

PANDETUR AD ARAS.

Imago devoti in Sacrificio Missæ sacerdotis, in eoque intimos affectus pandentis Deo.

* CXXV. *Mitræ lemma.*

PANDOR VERTICI.

Idea Secretarii Pontificii, seu Episcopalis.

## CAPUT X.

# PEDUM EPISCOPALE.

* CXXVI. *Pedum Episcopale, in superiore sui parte, artificioso flexu ornatum.*

FLEXIBUS ORNATUR.

Imago & Commendatio Episcopi, flexilis & suavioris indolis.

* CXXVII. *Pedum idem, in Processione Episcopo prælatum.*

COMITATUR EUNTEM.

Meminerint Episcopi, socias sibi debere ubique esse Episcopales curas.

* CXXVIII. *Eidem Pedo lemma.*

GRAVAT, ET EXPETITUR.

Imago ambitionis circa graves Episcopatuum curas.

* CXXIX. *Pedum in summitate sui, deorsum flectitur.*

SUMMA DEORSUM.

Obligationem Prælatorum, ad humilitatem symbolum exprimit.

* CXXX *Pedo eidem lemma.*

FULCIT ET ORNAT.

Imago cujusdam, à Patrono præsidium & ornamentum apud populum habentis.

* CXXXI. *Pedo eidem lemma.*

CUM PONDERE RECTUM.

Imago sub Episcopalium curarum pondere inflexi animi.

* CXXXII. *Pedo eidem lemma.*

NON FERIT.

Imago Episcopi mansueti: aut juxta S. Pauli doctrinam *Non Percussoris. Ad Tit. 1.*

* CXXXIII. *Pedum Episcopale, viti in fulcrum junctum.*

NON

NON BENE CONVENIUNT.

Episcopum *Non vinolentum* Emblema exprimit. Pro ut eum exigit S. Paulus. *Ad Tit.* 1.

* CXXXIV. *Eidem lemma.*

QUAM BENE CONVENIUNT.

Exprimit Emblema, Episcopum vel maximè decere sacerdotium & Calicis consecrati oblationem.

* CXXXV. *Pedo lemma.*

PONDUS NON REQUIES.

Exprimitur Episcopalis dignitatis grave onus.

* CXXXVI. *Pedum Episcopo in Processione præfertur.*

DEFERET ALTER.

Meminerint Episcopi, Episcopalium curarum socios, sibi adsciscere.

## CAPUT XI.

## THUS. THURIBULUM.

* CXXXVII. *Thuribulo sine igne lemma.*

NIL THUS, SI DEFICIT IGNIS.

Imago orationis, sine charitate frustraneæ.

* CXXXVIII. *Thuri lemma.*

TANDEM FUMUS.

Imago Religiosi seu Ecclesiastici, post bona sua opera, demum vanæ gloriæ dediti.

* CXXXIX. *Thuribulo cum Thure lemma.*

NON FUMUS, SED ODOR.

In oratione Deus affectum plus pensat, quam alia.

* CXL. *Apud Auct. Coll. Thuribulo, cùm incenso, inscriptum legitur.*

ARDO Y ADORO.

ARDEO ET ADORO.

Imago Martyris, igne pro Deo cremati.

Ingentem etiam Religionis affectum sic exprimes.

* CXLI. *Fumus thuris, lachrymas excitans.*

ET HINC LACHRYMÆ.

Imago orationis, lachrymas conjunctas habentis.

* CXLII.

* CXLII. *Thus ardens fumo suo inficiens.*

FRAGRAT ET INFICIT.

Imago occulti seductoris, in bonâ famâ constituti.

* CXLIII. *Thus incensum bonum de se odorem proferens.*

MORIENS PLACET.

In mortem Sanctorum, pretiosam in conspectu Domini &c.

* CXLIV. *Thuricum crematur odorato, Chovaynus inscripsit.*

FLAMMA AUGET HONOREM.

In Justis calamitates, merita & æstimationem apud Deum & homines, augere videas.

* CXLV. *Thus si contritum fuerit gratiorem odorem spirat.*

CONTRITUM GRATIUS.

In orationem contrito è corde provenientem.

* CXLVI. *Thuri in incenso expiranti lemma.*

EXSPIRAT IN SANCTO.

Imago S. Thomæ Cant. ante altare pretiosam Deo animam, per Martyrium exspirantis.

* CXLVII. *In Sacristiâ RR. PP. Augustinianorum Varsaviæ, Thuribulo manu in cœlum directo, lemma est.*

DIRIGATUR.

Thus orationis in Deum solum intentione dirigendum Emblema innuit.

* CXLVIII. *Thuri in Thuribulo ardenti, & ob bonum odorem laudato, P. le Moyne inscribit.*

LAUDATUR ET ARDET.

Imago damnatorum, de quorum in hoc seculo laudibus, ait S. Aug. *Laudantur ubi non sunt, & cruciantur ubi sunt.*

* CXLIX. *Thuri in thuribulo lemma.*

REPETIT SUA MUNERA COELUM.

Gratum pro beneficiis animum, petunt superi.

## CAPUT XII.

# GAZOPHILACII ARCULA.

* CL. *Gazophilacii cujuſdam arca argillacea ita fabricata, ut nil niſi fracta reddat.*

PRO VULNERE NUMMOS.

Imago grati malefactoribus & inimicis animi.


* CLI. *Arcula eadem.*

FRACTA DABIT.

Imago avari, ſola in morte benefacientis.

# LIBER XV.

# INSTRUMENTA DOMESTICA.



## CAPUT I.

## OLLA.

* I. O*lla vertigine figulinæ rotæ formata.*
VERTIGINE FORMAM.
Imago cujuſdam, multâ peregrinatione ſumme qua-
ificati.

* II. *Ollæ plures in figulinâ fornace ardentes.*

ARDENTES SPECTANT SOCIOS. *Virg.*

Imago Damnatorum.

* III. *Olla cadendo confracta.*

UT CECIDI, UT PERII.

Imago hominis, ex primo lapſu ſuo minimè reſipiſcentis.

* IV. *Ollæ ſupra ignem ferveſcenti & ebullienti, igne ſimul ſubdito conſumpto, Verienus inſcribit.*

AMBO CONSUMIMUR.

In mutua Chriſtianorum bella.

* V. *Olla vacua, ad ignem poſita crepitat.*

CREPITAT INANIS.

Indocti garruli idea.

VI. *In aliquot Nummis Belgicis, duabus figulinis ollis, in flumine ſimul natantibus, inſcriptum eſt.*

FRANGIMUR, SI COLLIDIMUR. Eiſdem Batillus inſcripſit, lemma non multum abſimile.

UTRAQUE QUASSA PERIT.

Cui & illud Meiſneri lemma conſonum eſt.

DUM NON COLLIDAMINI.

Mutua Chriſtianorum bella, quibus ſeſe invicem collidunt Chriſtiani Principes, expreſſa habes.

VII. *Tres ollæ Gentilitiæ Innocentii XII. Papæ, orificio ad terram verſo inſcriptæ fuere.*

NIL RETINENT.

Exprimebatur ejuſdem Pontificis erga pauperes liberalitas & munificentia.

* VIII. *Ollis figulinis lemma.*

FINGUNTUR INANES.

Humiles & rerum temporalium inanes animæ, capaciſſimæ maximè ſunt, ad formandos ex eis viros ad divina & ſpiritualia idoneos.

* IX. *Olla pauperis figulina.*

SERVIO PAUPERIBUS.

Imago S. Birgittæ Romæ in Hoſpitali, ſervientis pauperibus & infimis.

* X. *Ollæ ſub igne bullienti lemma.*

SUC-

SUCCENSA TUMESCIT.

Imago iracundi.

XI. *Ollæ plures confractæ.*

OMNES EODEM COGIMUR.

Imago ſortis communis mortalis nuſquam à morte exceptæ.

XII. *Montanea Gallica virgo, ollæ, cujus ebulliens aqua primum aſcendit, deinde etiam ſupereffluens deſcendit, inſcribit.*

QUI SE EXALTAT, HUMILIABITUR.

* XIII. *Ollæ confractæ lemma.*

CONFRACTAQUE SERVAT ODOREM.

In bonam famam juſtorum poſt mortem eis ſuperſtitem.

In varia S. S. Corpora poſt mortem odorem ſuaviſſimum ſpirantia.

* XIV. *Olla in ipſâ figulinâ rotâ confracta.*

ANTE FRACTA, QUAM FACTA.

Imago brevis vitæ noſtræ.

Imago omnium in Adamo labentium, antequam ge niti eſſemus.

* XV. *Olla madido è luto ficta & igne excocta.*

FORMAM DEDIT IGNIS ET UNDA.

Imago S. Mariæ Mag. quæ ab exceſſivo in Deum amore & lachrymis, quibus Chriſti pedes rigavit, eum ſanctitatis gradum conſcendit.

## CAPUT II.

## AHENUM.

* XVI. *Ahenum bulliens.*

FLUCTUAT ÆSTU.

Imago iracundi, ſeu libidinoſi hominis.

XVII. *Aheno bullienti atque ex injecto modico ſale ſubſidenti Mullerus inſcribit.*

QUAM CITO SUBSIDET!

Imago hominis iracundi, rationis dictamine cito ad moderationem animi adducti.

* XVII. *Aheno vacuo lemma.*

VACUUM NON ÆSTUAT.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

* XVIII. *Ahenum, in quo carnes excoquuntur.*

ÆSTUAT OB CARNES.

Imago hominis in libidinem fervidi.

* XIX. *Ahenum æstuans.*

MEUS ÆSTUS AB IGNE EST.

Imago ejusdem.

Imago etiam ejus, qui intus divino amore succensus æstuat. Uti S. M. Magdalena De Pazzis, quæ internos æstus debuit subinde pannis aquâ immersis refrigerare.

## CAPUT III.

# ALABRUM.

XX. *Alabri filo apud Verienum lemma est.*

SI NON FATA SECENT.

Cuidam res magnas vitâ comite molienti Symbolum convenit.

* XXI. *Alabrum filum, quod attrahit, in orbem volvit.*

QUEM TRAHIT, INVOLVIT.

Imago mundi, carnis, & Dæmonis, qui, quos ad se trahunt, infinitis animæ difficultatibus involvunt, & implicant.

* XXII. *Alabrum, quod longum beneficio orbis sui filum attrahit, lemma tenet.*

LONGUS AB ORBE LABOR.

Imago gravium & longorum mundi laborum.

* XXIII. *Eidem alabro lemma.*

ORBIS LABOR OMNIS IN ORBEM.

Imago mundanorum laborum, quorum omnes fere mundum, paucissimi Deum pro scopo habent.

* XXIV.

* XXIV. *Filo è colo in alabrum convoluto, Meisnerus inscribit.*

UT ACCEPTA, SIC EXPENSA.

Imago Eleemosynarii.
Item Prodigi imago.

* XXV. *Alabrum, quod rotam suam orbicularem vertit, lemma tenet.*

ORBEM VOLVIT.

Imago hominis nil nisi mundana animo volventis.
Imago D. Dei orbem hunc nostrum quotidianis evolutionibus ad beneplacitum suum volventis.

* XXVI. *Filum, quod ultimo alabrum recipit, si evolvatur, ultima ejus pars primo recedit.*

VENIT ULTIMO, PRIMO RECEDIT.

Imago alicujus, qui in recedendo ex choro erat primus, & ultimus in accedendo.

* XXVII. *Eidem alabro lemma.*

FILO LABOR OMNIS IN UNO.

In benè pertexendo vitæ nostræ filo, omne studium nostrum desudet, necesse est.

* XXVIII. *Eidem lemma.*

IN FRAGILI LABOR EST. vel IN TENUI LONGUS LABOR.

In fragilibus & tenuibus mundi deliciis ac bonis longi mortalium labores desudant.

## CAPUT IV.

# ANNULUS.

* XXIX. *Annulo lemma.*

IN MANIBUS PORTABUNT TE.

Custodiam & curam SS. Angelorum Tutelarium circa nos Emblema depingit.

* XXX. *Annulus solaris horologus cum suspenditur, à sole illustratur.*

SUSPENSUS ILLUSTROR.

Imago Sancti pro fide suspensi, indeque orbi toti æstimati.

* XXXI. *Gemma annulum exornans.*

QUEM DAT, SERVABIT HONOREM.

D. Deum Emblema innuit, qui quos honores per miracula Sanctis suis tribuit, iisdem gloriosus in iis manet.

XXXII. *R. P. Joannes Thomas à S. Cyrillo, Ord. Carm. Discal. in Opusculi sui de S. Annâ fronte, annulo cum gemmâ suâ inscripsit.*

MEO ALIENOQUE DECORE.

Exprimere volebat, S. Annam ex propriis meritis & filiæ Mariæ Progenitura illustrem esse.

* XXXIII. *Annulus in quo sigillum insculptum.*

SERVO SIGILLUM.

Imago Confessarii, Secretarii &c. Taciturni.

* XXXIV. *Annulus, horologus horas docet, cum suspenditur.*

SUSPENSUS DOCEO.

Imago S. Andreæ ex Cruce docentis populum.

* XXXV. *Annuli gemma in eodem fixa lemma tenet.*

HIC FIXA MANEBO.

Imago animæ felicis æternitatis annulo jam insertæ.

* XXXVI. *Annulus idem horologus indicem non habens.*

INDICE NIL OPUS EST.

Exprimit Emblema vanæ gloriæ esse, qualificationes suas indebitè proferre velle.

* XXXVII. *Annulus cum gemmâ.*

PRETIUM GEMMA ADDIDIT AURO.

Charitatis auro innocentiæ candor ingens pretium superaddit.

XXXVIII. *Quando sponsæ suæ Hispanæ jungebatur Ludovicus XIV. Rex Christianissimus honori*

Re-

*Reginæ, annulo, cui gemma inserebatur, inscriptum fuit.*

SPLENDIDIOR NEXU.

S. Josephum ex nexu sponsalitio cum B. Virgine gloriosiorem Emblema repræsentat.

XXXIX. *Annulus horologus solaris, in quo incidenti radio una solum hora illustratur.*

ILLUSTRABITUR UNA.

Imago B. Virginis, quam solam Spiritus S. in Sponsam suam, in Ordine ad incarnandam secundam in SS. Trinitate personam delegit.

XL. *P. Engelgrave annulo, cui inserta gemma, inscribit.*

NON SINE TE EST MIHI PARTUS HONOS.

In honorem S. Josephi, qui honorem habuit summum ex Titulo Sponsi Virginis & Nutritii Christi.

XLI. *Chovaynus sigillari annulo, ex cujus sigillo Dominus mox agnoscitur, inscripsit.*

INDICAT AUTOREM.

Mundum annulo non absimilem dixeris, qui undique & ubique auctorem suum Deum sufficienter loquitur.

## CAPUT V.

## CALCEUS.

* XLI. *Calceis lemma.*

DEMUM ABJICIMUR.

Demum ad sepulchrum deferimur omnes.

* XLII. *Calcei ferrei glaciales glaciato mari vel fluvio inambulantes.*

PER LUBRICA LITTUS.

Imago attingendi æternæ beatitudinis littoris, per hujus sæculi lubricas & periculosas vias.

* XLIII. *Calcei iidem delectationi inambulantium deservientes.*

 LU-

LUBRICA DELECTANT. vel LUBRICA GAUDIA. *Ex Hym. S. Martinæ.*

Lubrica & obſcœna hujus mundi gaudia Emblema exprimit.

* XLIV. *Calceis glacialibus, tum demum uſu futuris, cum glacies aſtricta eſt, lemma.*

DUM TEMPUS HABEMUS.

Exprimit Emblema, tum demum æternæ beatitudinis littus quærendum, cum ejus nobis facultas eſt quamdiu viatores ſumus.

* XLV. *Glaciales iidem calcei, inambulantibus ad lapſum faciles.*

PER LUBRICA LAPSUS. vel PER LUBRICA LETHUM.

Imago eorum, quibus nimia cum altero ſexu familiaritas ad lapſum occaſio fuit.

* XLVI. *Calceo lemma.*

SUA PER VESTIGIA NOTUS.

Imago cujuſdam ex prolibus æſtimati.

* XLVII. *Glandibus Calcialibus lemma.*

NON QUOVIS INAMBULET.

In difficultatem quandam, à quocunque minime tentandam.

* XLVIII. *Calceo lemma.*

NON CUIVIS PEDI, SED MEO.

In ſingularem quendam affectum, cujus pedes ſymbolum ſunt.

* XLIX. *Calceo ex Horatio lemma.*

SI MAJOR SUBVERTET, SI MINOR URET.

Potentiam ſuperiorum malorum Emblema exprimit; quorum vis major juſtos dejicit, minorum vero aliis modis vexat.

* L. *Calceo lemma.*

PREMIT, NON PERIMIT.

Ita adverſitas.

* LI. *Eidem lemma.*

PREMITURQUE, PREMITQUE.

J

Juſto Dei judicio contingit, eas preſſuras, quas mali bonis ſuſcitant, redundare ſæpius in eos.

* LII. *Calceus priorum veſtigiis inſiſtens.*

OBSERVATA SEQUOR VESTIGIA.

Hominem majorum ſuorum veſtigiis inſiſtentem expreſſum habes.

## CAPUT VI.

# CANDELA.

* LIII. *Candela ſuperfluum ſibi ceræ alimentum in candelabrum diſtillans.*

SUPERFLUA ALTERI.

Imago Eleemoſynarii, qui de ſuperfluis ſtatui ſuo alteri largitur.

* LIV. *Candela papiliones circum ſe volitantes perimens.*

CULTORI PERNICIOSA SUO.

Imago Mundi, Carnis, & Dæmonis, qui cultores ſuos ad exitium æternum mittunt.

LV. *Apud Fevillæum candelæ, quæ alteram accendit, lemma eſt.*

SINE DAMNO SUÆ LUCIS.

Imago Doctoris, ſeu Concionatoris, ſine ſcientiæ ſuæ damno inſtruentis alios.

* LVI. *Ignis, ut innatam ſibi pabuli famam expleat, candelam abſumendo ſemper deſcendit.*

RES DEJECTA FAMES.

Avaritiam Emblema exprimit, ejuſque ſorditiem.

* LVII. *Flamma candelæ emorientis, ſubſiliens.*

SUBSILIENS MORITUR.

Imago eorum, qui cum gaudio agonem ſuum hoc in orbe concluſère.

* LVIII. *Cereus mortualis.*

MAGNÆ LUX ISTA NOVISSIMA PARTI.

Exprimitur Damnatorum multitudo, quibus hæc lux ultima eſt in æternas tenebras migraturis.

LIX. *Candelæ inversæ, quæ jam à defluente cerâ extinguenda erat, P. Bovius inscripsit.*

VERTATUR ET VIVET.

S. Ignatii conversionem Emblema exprimit.

LX. *Idem P. Bovius S. Ignatii excessivum fervorem explicaturus, candelæ ardenti inscripsit.*

ARDET IN INTERITUM.

Amorem cujusdam tam sacrum, quam profanum sic exprimes.

* LXI. *Candelæ emunctæ lemma.*

HÆC DAMNA JUVABUNT.

Consolationi eis sit, quibus temporalia bona subinde injuste adimuntur, sese in spiritualibus inde sæpe illustriores reddi.

LXII. *Candelæ Emunctorium patienti in suis Adverbiis Moralibus Lubomirius Princeps inscribit.*

PATIOR, UT LUCEAM.

Patiatur corpus fuliginem sibi superfluam demi, ut in alterâ vitâ gloriosum luceat.

* LXIII. *Candelæ ardenti lemmà.*

ALIIS, NON SIBI LUCEM.

Imago Concionatoris non sibi, sed aliis prædicantis.

LXIV. *Candela extincta apud Fævilleum lemma habet.*

AGITATA REVIVO.

Imago eorum qui adversis agitati, è morte animæ, ad vitam surrexere.

* LXV. *Candela ardens.*

SE PRODIT ET RELIQUOS.

Imago quorundam confitentium cum suis aliena peccata.

* LXVI. *Rogatus aliquando honori Innocentii XI. Papæ, à miris, quæ Ceris ab eo benedictis fiunt, celeberrimi aliquod Symbolum formare, Cereo ardenti inscripsi.*

SIC MICAT A CERA.

LXVII.

LXVII. *D. Jacobus Catzſius candelis duabus extinctis, ſibique mutuo applicatis, ut ſe accendant, inſcripſit.*

AH FRUSTRA TENTATUR AMOR, CUM FRIGET UTERQUE.

Duos frigidos amantes ſic rite exprimes.

* LXVIII. *Candela fumigans lumine proximo ſibi accenſa.*

DE FACILI NATURA RECURRIT.

Recidivarum pericula ſic exprimes.

LXXIX. *Eidem P. Heſius inſcripſit.*

DUM SPIRO, SPERO. vel SPERO LUCEM.

Innuit Emblema ſpem nunquam deponendam.

LXX. *Burgundia ardenti candelæ inſcripſit.*

ACCENDERET UNICA MILLE.

Imago linguæ ſeditioſæ.

* LXXI. *Candelæ accenſæ, ut aliis lumen communicent, lemma.*

UT SUMANT, ET DENT CÆTERIS.

Imago ſacerdotum in ſacrificio Miſſæ communicantium & conſecrantium.

LXII. *In Imagine Societatis Jeſu candela emuncta lemma tenet.*

DEME SUPERFLUA, CRESCET.

Paupertatis Religioſæ imago.

LXXIII. *Candelæ ardenti P.* Engelgrave *inſcribit.*

ACCENDIT ET ARDET.

Imago Paſtorum animæ, qui aliis accendendis capaciſſimi ſunt, ſi prius & ipſi arſerint.

* LXXIV. *Candela emoriens ſpirans.*

SPIRAT ADHUC MORIENS.

Imago ſpei in morte firmæ.

* LXXV. *Eidem in cœlum fumo ſuo ſpiranti lemma.*

SPIRAT MORIENS, QUO VIVA MIGRABAT.

K 5 Ima-

Imago hominis in morte adhuc cœlum, quod vivus tantopere desideraverat, suspirantis.

LXXV. *Flammæ, dum è candelâ emoriente spirat, sursum enitenti, P. Bovius inscribit.*

DESERUISSE JUVAT.

Exprimebat Emblemate isto S. Ignatii mortem.

* LXXVI. *Cereo mortuali lemma.*

LUX ADFERET ISTA QUIETEM.

In gratiarum actualium lumina, quietem perturbatæ conscientiæ adferentiam.

LXXVII. *Candelæ lucenti in Imagine Primi sæculi lemma est.*

UT SEMEL ACCENSA EST, MOX IMPLET LUMINIS ORBEM.

Repentinam Societatis Jesu per utrumque orbem propagationem, Emblema spectat.

LXXVIII. *Candelæ speculo ustorio extinctæ non nemo inscripsit.*

EXTINGUITUR IGNIBUS IGNIS.

Memoria infernalis ignis, libidinis obscœnos ignes, quantocius extinguit. Matrimonium Regis Christianissimi post bella Hispanica symbolum pingit.

## CAPUT VII.

# CANDELA SUB VITRO.

* LXXIX. *Candela vitro tecta magis splendens.*

A QUO OBSCURARI TIMEBAM.

Calumniæ, aliæque adversitates, quibus obscurandi videbamur, sæpe illustriores nos reddunt.

* LXXX. *Candela sub vitro à ventis immunis, quietius ardens lemma tenebit.*

UT VIVAM QUIETIUS.

Solitudinis & quietæ vitæ amorem sic exprimes.

* LXXXI. *Candela, vitris specularibus tecta major apparet.*

MAJOR CUM LATUI.

In commendationem solitudinis, quâ plures illustriores redduntur.

* LXXXII. *Candela vitro tecta à ventis immunis, diutius ardebit, cerâ nullâ præmature defluente.*

UT VIVAM DIUTIUS.

Eorum imago, qui Religionum tegmine ſe claudunt, ut in æternum vivant in cœlo.

* LXXXIII. *Candelæ tectæ, intra ventos ſpirantes lemma.*

NON TACTA, QUIA TECTA.

Optimam ad tactus cuſtodiam diſpoſitionem eſſe oculorum euſtadiam Emblema innuit.

* LXXXIV. *Candela vitro tecta, diuſius durabit, quam ſi ventis expoſita fuerit, abſumptâ præmaturè cerâ.*

TECTA DIUTIUS URAT.

Imago eorum, qui ſine Confeſſione tecti, conſcientiæ remorſibus ſe exponunt.

## CAPUT VIII.

# CRIBRUM POLLINARIUM.

* LXXXV. *Cribrum Pollinarium flore tranſmiſſo plures furfures reſervans.*

MULTO MIHI PLURA RELINQUET.

Raritatis bonorum idea. *Ovid.*

* LXXXVI. *Cribro per foramina ſua meliorem florem tranſmittenti, lemma.*

PER VULNERA FLOREM.

Imago Chriſti Domini, per Vulnera ſua, pretioſſimum Sanguinis ſui florem emittenti.

* LXXXVII. E*idem lemma.*

DE FURFURE COLLIGO FLORES.

In Novitiatus Religioſorum.

In Cautam librorum Lectionem.

* LXXXVIII. *Cribro, cui aqua affunditur, lemma.*

NON IMPLETUR.

Imago animæ noſtræ, quam, quidquid ei rerum terrenarum affuderis, inexplebilem comperies.

Imago avari.

* LXXXIX.

* LXXXIX. *Cribrum per foramina ſua florem à furfure diſcernit.*

VULNERIBUS DISCERNO BONOS.

Imago D. Dei, qui crucibus & adverſis à malis bonos diſcernit.

* XC. *Cribro lemma.*

CRIBRATA RETUNDET.

Novitiatus, Seminaria &c. ſic exprimes.

## CAPUT IX.

# CRATES FERREA.

* XCI. *Crati ferreæ lemma.*

CUSTODIT ET ARCET.

Status Religioſi imago,

* XCII. *Crati aculeatæ P. Bovius inſcribit.*

ULCISCOR, TUEORQUE.

Juſtitiæ id proprium eſt cives tueri, ulciſci ſcelera.

## CAPUT X.

# CRUMENA.

* XCIII. *Crumena Thaleris Hiſpanicis, quibus Burgundicæ cruces inſunt, patens lemma tenet.*

OPTAT HABERE CRUCES.

Imago hominis avari ſeu judicis corrupti.
Imago itidem à Deo ſibi adverſa exoptantis.

* XCIV. *Crumenæ pecuniariæ lemma.*

UNI PATET NUMMO.

Imago itidem avari.
Imago Secretarii corrupti, ut ſecreta prodat.

* XCV. *Crumena emiſſis Thaleris Hiſpanicis cum Cruce Burgundicâ.*

SINE CRUCIBUS INOPS.

Ima-

Imago hominis ſine calamitatibus minimè ſtudentis bonis operibus.

* XCVI. *Crumena pecuniis plena.*

ONUS LEVE.

Inordinatum pecuniarum amorem ſic exprimes.

* XCVII. *Crumena ad extractionem pecuniæ tractabilis.*

NIHIL ADVERSATA PETENTI.

Eleemoſynarii miſericordis imago.

Reſignati itidem in bonorum temporalium amiſſione in Deum animi.

* XCVIII. *Eidem lemma.*

PLURA DABIT, QUO PLURA CAPIT.

Imago profuſi Eleemoſynarii.

* XCIX. *Crumena Julio Italico nummo vacua, & languida.*

AMISSO JULIO.

In mortem Julii Roſpiglioſi Clementis X. Galliam lugentem Cardinalis JULII Mazarini mortem, ita induxit non nemo.

* C. *Crumena intricatis fibulis ſuis ægrè patens.*

ÆGRE PATET.

Imago avari. Hominis itidem inſcrutabilis.
Aut ſcrupuloſi, ægrè confitentis.

## CAPUT XI.

# CULTER-NOVACULA.

CI. *Novaculæ cutem radenti, D. Zahn inſcribit.*

NE QUID NIMIS. vel ut alter, TONDERE, NON DEGLUBERE.

Correctionis moderatæ & diſcretæ idæa.

In exactione tributorum ejus memores ſint Principis.

* CII. *Novacula coronas clericales radens.*

ARIS

ARIS PARAT ILLA MINISTROS.

Idea mortificationis, quæ bona ad aras facientibus & ſtatui Clericali diſpoſitio eſt.

* CIII. *Novaculæ lemma.*

SUPERFLUA DEMIT.

Imago D. Dei ſuos flagello paupertatis caſtigantis.

* CIV. *Novacula putridum membrum ſecans, ne reliqua ejus pars inficiatur.*

NE PARS SINCERA TRAHATUR.

Ejectionem incorrigibilium è Religionibus Emblema exhibet.

* CX. *Eidem novaculæ lemma.*

VULNERE VULNERA CURO.

Correctionem ſeu mortificationem exhibet ſymbolum, vulnera unimæ curantem quam optimè.

* CVI. *Novacula ſilentium ejus, quem radit, poſcit, ni lædi velit.*

SILENTIA POSCIT.

Correptionem ſine contradictione aut murmuratione ſufferendam Emblema exhibet.

* CVII. *Cultro lemma.*

NOXIUS HIC PUERIS.

Imago nimiæ in juvene poteſtatis, aut libertatis ſemper noxiæ.

* CVIII. *Culter uſu obtuſus.*

OBTUNDITUR USU

Imago acutiſſimonum etiam ingeniorum ætate deficientium.

* CIX. *Eidem lemma.*

NOXIUS USU.

Imago nimiæ & exceſſivæ correctionis ſemper noxiæ.

## CAPUT XII.

## CUNÆ.

* CX. *Cunæ infantem agitantes.*

AGITANDO INFANTI.

Factum fuit in juvenem quendam Miniſtrum, dum quæ-

quædam ei in speciem Commissio imponebatur.

CXI. *Mortuo in Hispaniâ Cardinali Infante expressa ejus mors vitam ei sempiternam paritura, cunis fuit, cum lemmate.*

UT QUIESCAT INFANS.

Mortem præproperam innocentis cujusdam, eodem Emblemate depinges.

* CXII. *Cunis eisdem, agitantibus infantem, lemma.*

AGITANT, AGITANTUR AT IPSÆ.

Imago eorum, qui dum alios exagitant, simul & ipsi eadem patiuntur.

* CXIII. C*unis lemma.*

RARO QUIETÆ.

Indesinentes matrimonii curas Emblema innuit.

* CXIV. E*isdem lemma.*

SINE PROLE QUIETÆ.

Quietissima nempe matrimonia improlium sunt.

* CXV. C*unæ Herculeæ.*

NON EXIGUNT ANNOS. vel VIRTUS NON POSTULAT ANNOS.

Juventutis ad virtutes æquè aptæ, ac major ætas, idea.

## CAPUT XIII.

# EMUNCTORIUM.

* CXVI. E*munctorio candelam emungenti lemma.*

ME DETURPO, ALIOS ILLUSTRO.

Imago Confessarii in malo statu Sacramentum Pœnitentiæ administrantis.

* CXVII. E*munctorium candelam casu extinguens.*

QUEM ILLUSTRARE VOLUERAM.

Imago Prælati correctione præter mentem subditum obturantis.

## CAPUT XIV.

# FULCRUM ROTARIUM PUERILE.

CXVIII. *Fulcro ſimili P. Maſenius lemma poſuit.*

QUI NUNQUAM SIC, NUNQUAM MELIUS.

Congruenter adagio: *Nunquam bene, qui nunquam male.* Progreſſus meliores à tenui principio ſic deſcribes.

## CAPUT XV.

# FILORUM CONGERIES.

CXIX. *Intricatæ filorum congeriei in Galliâ inſcriptum fuit.*

DABIT DEUS HIS QUOQUE FINEM.

Conſcientiæ ſcrupuloſæ & perplexæ emblemate iſto ſolatium facies.

* CXX. *Filum ex glomo remiſſum in ipſum ejus glomi orbem deducens.*

DUCET IN ORBEM.

Seductorem Novitiorum eis mundum ſuadendo ſic exprimes.

## CAPUT XVI.

# INFUNDIBULUM.

* CXXI. *Infundibulo, quod omnia tranſmittit, & ſuperfluit in ſui ſuperiori parte, lemma.*

SÆPE NIMIUM, NUNQUAM SATIS.

Idea inexplebilis avari.

## CAPUT XVII.

# CACABUS PRUNARUM ARDENTIUM.

CXXII. *In Thesibus S. Stanislao Kostkæ in Galliâ dicatis, eidem lemma est.*

MENSÆ SERVIRE PARATUS.

Imago ejusdem Sancti pauperibus in mensâ inservientis.

## CAPUT XVIII.

# LATERNA. LUCERNA.

CXXIII. *Lavernæ duabus manibus comprehensæ nescio ubi inscriptum legerim.*

UNA BINIS.

Cui & sequens lemma consonat.

PRO MULTIS SUFFICIT UNA.

Imago Concionatoris, seu Doctoris, aut boni Exempli.

* CXXIV. *Laterna ventis immoto lumine, afflata.*

NEC ACCENDUNT, NEC EXTINGUUNT.

Imago cujusdam, qui calamitatibus nec ab amando Deo retardabatur, nec ad idem concitabatur.

CXXV. *P. Niesporkowiz Lucernæ in musæo ardenti, inscribit.*

STUDIIS AFFULGET AMICA.

Innuebat, B. V. Mariam studiorum Patronam esse. Idem S. Catharinæ inscribes.

* CXXVI. *Lucernæ lemma.*

SPLENDOREM, NON ARDOREM,

In quendam Sanctitatis famæ minimè respondentem.

* CXXVII. *Lucerna seu Pharus pluribus candelis instructa.*

MAGNÆ NON SUFFICIT UNUM.

Imago supremi cujusdam Ministri, quem multis undique oculis perspicacem esse oportet.

* CXXVIII. *Laterna.*

ALIIS LUCEM, MIHI FULIGINEM.

Imago Doctoris bene docentis, malè operantis.

Imago Confessarii in malo statu administrantis Sacramentum Pœnitentiæ.

* CXXIX. *Eadem.*

MEA FULIGO, DE MEA LUCE.

Imago hominis, quem eximium ingenium præcipitavit, in tenebras æternales.

* CXXX. *Lucernæ lemma.*

SPLENDENT PROXIMIORA MAGIS.

Sanctos, Deo in cœlo proximiores, plus de ejus luce participantes, expressos habes.

* CXXXI. *Laterna versatilis tecta, sibi soli lucens.*

MIHI SOLI.

Imago Docti quidem, sed talenta abscondentis viri.

* CXXXII. *Lucerna eadem obducta.*

EXTINCTA VIDEOR, NON SUM.

Imago simulatæ mortificationis.

Imago clandestini amoris.

* CXXXIII. *Eadem.*

CLAUSIS SPLENDEO LUMINIBUS.

Imago Sancti cujusdam, oculorum custodiâ eximii.

Remuneratam variis Sanctis oculorum custodiam in cœlo, & hic in terris longâ oculorum incorruptione etiam sic depinges.

* CXXXIV. *Eadem lucerna obducta.*

POST TENEBRAS SPERO LUCEM.

Conscientiæ scrupulosæ solatium id sit.

Spem Resurrectionis sic etiam exprimes.

Ita etiam in adversis te solaberis.

* CXXXV. *Lucerna eadem, cum obducenda est.*

VERTETUR IN TENEBRAS.

Ima-

Imago honorum mundi, quibus æternæ ignominiæ ſucceſſuræ ſunt in inferno ; ſi malè adminiſtrentur.

* CXXXVI. *Eadem lucerna verſatilis furibus amica.*

FURIBUS AFFULGET.

Iniquum judicem furium fautorem ſic exhibebis.

## CAPUT XIX.

## MENSA.

* CXXXVII. *Menſæ lemma.*

SUSTENTAT AMICOS.

Beneficia, quibus amicitiæ ſuſtentantur ; expreſſa habes.

Menſæ etiam Euchariſticæ imago indignos minimè paſcentis.

* CXXXVIII. *Eidem lemma.*

NON STRATA CUIVIS. vel FORIS CANES.

Imago itidem Menſæ Euchariſticæ.

* CXXXIX. *Menſæ vacuæ lemma.*

EXSPECTO CONVIVAS.

Raritatem eorum, qui SS. Euchariſtiam frequentant, Emblema exhibet.

* CXL. *Menſa, quæ iis convivis, quos paſcit, per circuitum coronatur.*

QUOS PASCO, CORONANT.

Imago Chriſti ab iis in Regem aſſumendi, quos in deſerto paverat.

* CXLI. *Epulæ menſæ in formam coronæ impoſitæ.*

CORONANT EPULÆ.

Convivium Euchariſticum æternam in cœlo coronam præbiturum iis, qui illud dignè frequentaverint, Emblema exprimit.

* CXLII. *Menſa cœnæ tempore ſtrata.*

POST DIURNOS LABORES.

Imago cœnæ cœleſtis poſt hujus vitæ labores exhibendæ.

## CAPUT XX.
## PANIS.

* CXLIII. *Pani lemma.*
PLUS SUBACTUS, PLUS SAPIDUS.
Adverſitatibus ſubacti ſapidi in vitam æternam pane[s]
efformamur.

* CXLIV. *Panis clibano immiſſus.*
NON UT PROBER, SED UT EXCOQUAR.
Imago animæ purgantis.
Imago perfectorum, quibus Deus adverſa in maju[s]
eorum commodum immittit.

* CXLV. *Panes plures.*
EX EADEM MASSA OMNES.
Imago paris omnium conditionis.

* CXLVI. *Maſſa fermento elevata.*
ELEVAT, NON CORRUMPIT.
Imago honoris innocenter geſti.

* CXLVII. *Panis nullum ſui faſtidium aliorum ciborum inſtar generans.*
FASTIDIA NESCIT.
Imago refectionis Euchariſticæ, quæ replet ſine faſtidio.
Imago itidem cœleſtium gaudiorum.

* CXLVIII. *Panis excoctus.*
EXCOCTUS PASCET.
In eos, qui adverſis excocti demum verbo Dei alios
in Concionibus & Confeſſionibus paſcunt.

## CAPUT XXI.
## PILEUS.

* CXLIX. *Pileus aureus libertatis olim Symbolum.*
AUREA LIBERTAS.
In pretium libertatis.

CL. *Verienus pileo inſcribit.*

ÆSTA-

ÆSTATES ET HYEMES CONTRA.

Liberam & quietam conſcientiam, contrà quam prævaliturum nil eſt, ſic exprimes.

CLI. *Quando Cardinalis Radziejowski galero Cardinalitio donabatur, galerus ejuſdem lemma tulit.*

TEMPERAT ASTRA GALERUS.

Preces Sanctorum, quibus mundus ſtat, non abſimiles ſimili galero dixeris.

* CLII. *Pileo lemma.*

NON QUIVIS ÆSTIMET.

In inæſtimabile libertatis pretium.

* CLIII. *Pileus in capite totum corpus tegit.*

TOTUM VELAT IN UNO.

Species Euchariſticas quantitati inhærentes ſic exprimes.

## CAPUT XXII.

## PULVINAR.

* CLIV. *Pulvinar prementem allevians.*

PREMOR, ET ALLEVIO.

Imago benefici in adverſarios animi.

CLV. *Pulvinari P. Sebaſtianus à Matre Dei Carm: inſcribit.*

ALLEVIABIT.

Exprimere volebat B. Virginem dolores noſtros alleviantem.

CLVI. *Pulvinari juxta canem Zinckgrefius inſcribit.*

NON TIBI SUM STRATUS.

Conſcientiam quietam peccatoribus nequaquam eſſe poſſe, innuit Emblema.

## CAPUT XXIII.

## SCALA.

CLVII. *In Palatio suburbano Illustrissimi Stanislai Posnaniensis Episcopi scalæ, ex implicatis sibi invicem manibus gradus habenti inscribitur.*

SIC ITUR IN ALTUM.

Exprimere credo voluisse Illustrissimum symboli auctorem, patrociniis & mutuis auxiliis scandendos honores esse.

* CLVIII. *Scalæ in summo suo gradu rectè inscribes.*

POST SUMMA DEORSUM.

Imago vitæ humanæ, in quâ ceu scala ex summo sive perfectionis, sive honorum apice demum in abyssos peccatorum aut ignominiæ descenditur.

* CLIX. *Scalæ scandendæ lemma.*

PASSIBUS, NON SALTIBUS.

Exemplum, quomodo honores, & perfectio scandi debeant.

* CLX. *Eidem lemma.*

CALCATA LEVABIT.

Calcati mundani honores animam ad supernam felicitatem levant.

* CLXI. *Scala infra & supra innixa.*

EXCELSIS NITOR, ET IMIS.

Imago cujusdam excelso animo conjungentis virtutem humilitatis.

* CLXII. *Eidem lemma.*

SURSUM FERT, ATQUE DEORSUM.

Imago passionum seu affectuum animi, quibus sursum ferimur atque deorsum.

* CLXIII. *Scala superne angustior.*

ANGUSTA SUPERNE.

In honorum excelso statu angusta ad cœlum via est.

* CLXIV. *Eidem lemma.*

AD

AD ANGUSTA PER AUGUSTA.

Imago eorum, qui ad infernum per auguſtos mundi honores ſibi viam ſternunt.

CLXV. *Quando Aug: Imperator Leopoldus Belgradum recuperavit, ſcalæ inſcripſit nonnemo.*

IL PIU BELGRADO Id eſt. BELLO GRADU.

Exprimere velle videbatur, eâ victoriâ multis aliis præludi Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ.

## CAPUT XXIV.

# SCRINIUM.

* CLXVI. *Scrinio lemma.*

QUOD MINUS EST, ARCANA MAGIS.

Imago Revelandorum ſecretorum divinorum humilibus. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & revelaſti ea parvulis.* Matt. C. VI.

* CLXVII. *Scrinium ſcriptorium.*

SECRETA TENEMUS.

Imago ſecreti Confeſſarii, Conſiliarii, Secretarii, &c.

* CLXVIII. *Scrinium pecuniarium.*

CUSTODIÆ NON USUI.

Imago avari, cui pecuniæ plus in cuſtodiâ quam uſu ſunt.

* CLXIX. *Scrinium pretioſum, & deauratum.*

INSUNT MELIORA, LATENTQUE.

Imago ſpecierum Euchariſticarum.

* CLXX *Scrinio lemma.*

DEPOSITA SERVO. vel DEPOSITUM SERVASSE FIDES. Claud.

Imago fidelis depoſitarii.

Imago Prælati Regularis, fidelis in cuſtodiendo depoſito tot animarum apud ſe à Deo facto.

# SITULA.

## CAPUT XXV.

* CLXXI. *Situlæ lemma.*

PER ALTERNAS OFFICIOSA VICES. *Ovid.*
ALTERNA SORTE LABORES.

Imago Corporis per alternas quietis & vigiliarum vices deservientis animæ, ad salutem æternam operandam.

* CLXXII. *Situlæ in puteum demissæ lemma.*

CECIDISSE JUVABIT. *Virg.*

Imago eorum, qui post lapsum in majores Sanctos evasere.

* CLXXIII. *Situlæ lemma.*

ÆQUUS UTERQUE LABOR. *Virg.*

Imago laborum & onerum, in communitate Religiosâ & civili, æquâ sorte distribuendorum.

* CLXXIV. *Situla vacua in puteum immissa.*

DISCEDIT INANIS.

Imago eorum, qui bonis operibus vacui ex hoc orbe discedunt. In abyssum infernalem.

* CLXXV. *Situlæ lemma.*

ASCENDIT PLENA.

Imago B. Virginis assumptæ; dum gratia & meritis plenissima esset.

CLXXVI. *Duabus situlis lemma.*

UNUS ASSUMETUR, ET ALTER RELINQUETUR.

Imago ex eodem lecto damnandorum & salvandorum conjugum.

* CLXXVII. *Situlis alternâ vice haurientibus lemma dedi.*

ALTERNO HAUSTU.

Duobus conjugibus ebriis alternis fere diebus, inscripsi.

* CLXXVIII. *Eisdem lemma.*

ALTERNIS FACILIS LABOR.

* CLXXIX.

* CLXXIX. *Situla in putei fundo.*
IN ME VACUA NON FUIT.

Gratiæ Dei, quæ in Sanctis suis vacua non fuit imago, testimonio S. Pauli, *Gratia ejus in me vacua non fuit.* 1 *Cor.* 15.

* CLXXX. *Situlæ lemma.*
ALTERIUS ALTERA GESTAT ONUS.

Imago conjugii veri, in quo alter alterius onera portet, necesse est.

* CLXXXI. *Situla in puteum dimissa lemma tenet.*
REVERSURA RECEDO.

Consolationes spirituales ad tempus recedentes & subtractas sic exprimes.

* CLXXXII. *Situlæ lemma.*
VACUATUR ELATA.

Imago superborum, quos dimisit inanes Deus.

* CLXXXIII. *Eidem lemma.*
ITQUE, REDITQUE.

Idea vagi & inconstantis hominis.

## CAPUT XXVI.

# TELA. PANNUS.

* CLXXXIV. *Tela colori suo in tincturâ sæpius immersa.*
PLUS MERSA, PLUS TERSA.

Quo sæpius nos Sanguini Christi in Sacramento Pœnitentiæ immerserimus, quo mundiores & tersiores erimus.

* CLXXXV. *Tela dealbanda aquâ humectata, nonnihil offuscatur.*
CANDIDUS UNDE MINUS, CANDIDUS INDE MAGIS.

Imago S. Mariæ Ægyptiacæ, in deformi & nigra cute, candidæ in oculis Dei.

* CLXXXVI. *Tela à congenita sibi tinea depascitur.*
PERDIT, QUÆ GIGNITUR EX ME.

 Ima-

Imago ingrati filii.

* CLXXXVII. *Telâ excussâ tinea concidens.*

EXCUTE, LABETUR.

Imago acediæ per acrem diſciplinam amovendæ.

* CLXXXVIII. *Panni lanei in obſcuris mercatorum officinis ægre probandi.*

LUCE PRORANTUR.

Ad honorum lucem optimè animi hominum dignoſcuntur.

* CLXXXIX. *Tela linea in lotione à ligneo malleo pulſata.*

CANDOR AB ICTU.

Imago eorum, quos adverſitatum ſeu mortificationum ictus in innocentiâ ſervant.

* CXC. *Tela ad ulnam expanſa.*

METIOR EXPANSUM

Meditationem Chriſti in Cruce expanſi Emblema exprimit.

* CXCI. *Tela convoluta funiculis circumligata.*

VINCIOR, UT SERVER.

Imago Religioſi Religioſis votorum vinculis ſeſe pro Deo innodantis.

Imago eorum, quōs carceribus ad meliorem frugem reduxit Deus.

* CXCII. *Pannus laneus carduorum aculeis expurgatus.*

DUM PUNGOR PURGOR. vel PUNGANT, DUM PURGENT.

Imago ejus, qui mortificari à Deo exoptat, ut expurgetur.

* CXCIII. *Tela acu Phrygionis compuncta.*

TORQUEOR UT NITEAM.

Imago ejuſdem.

* CXCIV. *Pannus expanſus inciſus.*

VULNEROR EXPANSUS.

SS. Chriſti quinque Vulnera, quæ expanſus in cruce paſſus eſt, Emblema exprimet.

* CXCV.

* CXCV. *Tela aut pannus nunquam discinditur, quamdiu convolutus est.*

COMPENDIA SERVANT.

In laudem compendiosæ œconomiæ, quâ familiæ conservantur.

* CXCVI. *Telæ albæ lemma.*

NÆVOS CANDOR ADAUXIT.

In examine Conscientiæ à perfectis plures nævos apprehendi symbolum docet.

* CXCVII. *Tela dealbanda.*

NON SATIS EST, RIGASSE SEMEL.

Imago repetendæ sæpius SS. Pœnitentiæ.

Imago etiam repetendæ sæpius à Concionatoribus & Confessariis doctrinæ spiritualis, quâ irrigantur animæ.

* CXCVIII. *Tela expansa, ut dealbetur.*

PANDITUR, UT NITEAT.

Imago pandentis in Confessione animum suum pœnitentis, ut à peccatis mundetur.

* CXCIX. *Panno inciso lemma.*

FECIT PATIENTIA PULCHRUM.

Patientiæ imago, quâ expurgamur a maculis animæ.

* CC. *Panno novo lemma.*

CUM NOVUS EST, SPLENDET.

Adjicit novitas rebus pretium.

* CCI. *Pannus lineus à duabus manibus hinc inde tortus, ut aqua exprimatur.*

UT MOESTA RECEDANT.

Imago torquentis corpus suum, ut scrupulis & tribulationibus liberetur.

* CCII. *Pannus carduis expolitus superfluis floccis spoliatur.*

CUM SPOLIOR, POLIOR.

Imago Paupertatis, quæ animos expolit.

## CAPUT XXVII.

## UTER.

* CCIII. *Uter, cum se alteri subjicit, capax est ab eo liquorem recipere.*

SUSCIPIO, CUM SUBJICIOR.

Imago humilitatis, disponentis nos ad recipiendas à Deo gratias.

CCIV. *Utri coriaceo ventris ad instar formato, atque auribus, ut vocant, lateralibus carenti, P. Masenius inscribit.*

VENTER AURIBUS CARET.

Difficile est esurienti, famis solatium verbis facere.

* CCV. *Utri à vino novo disrupto, lemma.*

SUMPSIT IN INTERITUM.

Imago indignæ Communionis.

* CCVI. *Simili utri, vino effuso lemma.*

IPSE SUI SIBI CAUSA MALI.

Imago multorum, vindictâ sibi summè noxiorum.

* CCVII. *Uter in terram dilapsus minimè confractus.*

QUATIOR, NON FRANGOR, vel CUM CECIDERIT, NON COLLIDETUR.

Imago peccatoris ex lapsu resurrecturi.

* CCVIII. *Uter ex animalium pellibus vino servando confectus.*

ANTE CARNES, NUNC VINA MINISTRAT. vel POCULA POST CARNES.

In quandam, quæ post prostitutum diu corpus deinde œnopolam agebat.

## CAPUT XXVIII.

## VAS.

CCIX. *Vas plenum, labio deorsum verso, nil effundens.*

NIL DAT, QUOD ABUNDAT.

Ima-

Imago immifericordis divitis.

CCX. *Expreſſurus Burgundia memoriæ vanitatem, vaſi pertuſo inſcripſit.*

UT INFLUIT, EFFLUIT.

Animam noſtram quo ad mundi bona, vaſi illi ſimilem dixeris, nil enim ex iis eandem replere poteſt.

CCXI. *Vas vino plenum primo vinum, ultimo fæces reddit.*

DABIT OPTIMA PRIMO.

Imago juventutis Deo conſecrandæ.

* CCXII. *Vaſis aſſerculi igne intra vas ardente, arctè ad invicem coeunt.*

PRÆSTAT NUBERE, QUAM URI.

CCXIII. *Imago I. Sæc. Soc. Jeſu, vaſculis, qui ad portus navales aquæ innatant, ut navibus arenarum pericula detegant, inſcripſit.*

JACTEMUR, DUM PROSIMUS.

Utilitatem Navalium Societatis Miſſionum Emblema innuit.

CCXIV. *Vaſi figlino P. Maſenius inſcribit.*

SEMPER PERICULUM.

Imago periculorum, quæ innocentiæ & virginitati imminent.

* CCXV. *Capaci vaſculo, per orificii anguſtias ſpiritum recipienti lemma.*

ANGUSTIIS SPIRITUM.

Tribulationum anguſtiæ Spiritus Sancti gratiam nobis adducunt.

CCXVI. *Vaſculo circulis ligneis ruptis diſſilienti, Zinckgrefius inſcribit.*

VIOLENTA NEMO IMPERIA RETINUIT DIU.

* CCXVII. *Vaſculum plenum.*

NIL AMPLIUS OPTET.

Imago divitis.

CCXVIII. *P. Engelgrave vaſi, per cujus orificium ope æneæ fiſtulæ ſpiritus attrabitur, inſcripſit.*

ATTRACTUS AB ALTO.

Imago Spiritus Sancti, orantibus Apoſtolis ſupervenientis.

* CCXIX.

* CCXIX. *Vasi ligneo multis orbicularibus ligneis circulis constricto lemma.*

ORBIS NON SUFFICIT UNUS.

Imago efferæ cujusdam indolis, cui domandæ missio militaris in Indias parabatur.

* CCXX. *Vasculo circulis eisdem adstricto lemma.*

CONSTRINGOR AB ORBE.

Imago cujusdam mundanis vanitatibus irretiti.

CCXXI. *Acido & corrupto vasi, Chovaynus inscripsit.*

QUODCUNQUE INFUNDIS, ACESCIT.

Exacerbati & nullis beneficiis flexilis idea.

# CAPUT XXIX.

# SPECULUM.

* CCXXII. *Speculum ejus effigiem adhuc fideliter repræsentans, à quo effractum est.*

ET HOSTI FIDUM.

Documentum servandæ hostibus promissæ fidei.

* CCXXIII. *Speculo lemma.*

VISA REVELAT.

Imago S. M. Brigittæ, Revelantis orbi ea, quæ cœlitus revelata cognoverat.

* CCXXIV. *Speculum gestus omnium imitatur.*

QUOSVIS IMITABITUR ÆQUE.

Imago adulatoris omnium factis applaudentis.

CCXXV. *R. P. Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ speculo velo tecto inscribit.*

HOC PRÆSERVOR.

Exprimere nitebatur ejusdem Sanctæ castitatem, assumpto Religionis voto & VELO, mirè præmunitam fuisse.

* CCXXVI. *Quæ à dextris sunt, speculum à sinistris monstrat & vice versâ.*

ORDINE PERVERSO.

Imago perversi alienæ intentionis interpretis.

CCXXVII.

* CCXXVII. *Speculum plura objecta repræsentans vapore unico omnia illa amittit.*

VAPOR UNICUS OMNIA TOLLIT.

Vel unicus lethalis peccati vapor omnem animæ ſanctitatem expungit.

CCXXVIII. *Speculo, quod acceptis à ſole radiis in objecto ignem excitat, Chovaynus inſcribit.*

PURO MEUS IGNIS AB IGNE EST.

Caſti cujuſdam amoris idea.

CCXXIX. *P. Maſenius ſpeculo inſcribit.*

OMNEM INDUO VULTUM.

Imago adulatoris.

* CCXXX. *Speculo omnia ſincere monſtranti lemma.*

NON AGIT PERPERAM.

Imago candidi & ſinceri animi.

* CCXXXI. *Speculis duobus lemma.*

PAR NITOR INTACTIS. *Claud.*

Imago duorum conjugum caſtè viventium.

* CCXXXII. *Speculum non ſolum res, ſed omnium quoque colores monſtrans.*

PINGIT PROPRIO QUOSCUNQUE COLORE.

Imago veri Hiſtorici.
Imago Excellentis pictoris.

* CCXXXIII. *Speculo, quod halitu intuentis inficitur lemma.*

DOCET ET INFICITUR.

Imago calumniam paſſi à diſcipulis Doctoris à ſubditis Prælati, à Pœnitente Confeſſarii, ab Auditoribus Concionatoris. Chriſtum Dominum in Prædicationibus ſuis Samaritani calumniam paſſum Emblema exhibet.

CCXXXV. *In Theſibus S. Staniſlao Koſtkæ dicatis ſpeculo inſcribitur.*

IN UNO CUNCTA RELUCENT.

Exprimebatur idem Sanctus Emblemate iſto, tanquam omnium virtutum exemplar & vivum ſpeculum.

* CCXXXV. *Speculo lemma.*

NIL

NIL DEMO, NEC ADDO.

Veritatis imago.

* CCXXXVI. *Speculo lemma.*

RECIPIT OMNES.

Imago hospitalis.

Meretricis item imago.

CCXXXVII. *Apud Fevilleum speculo lemma est.*

DICO VERA. vel CONSULE, VERA REFERT.

Imago sinceri Consultoris & Consiliarii.

* CCXXXVIII. *Speculum à quo muscæ abiguntur.*

A NOBIS ABIGAS LUBRICA GAUDIA.

Hoc animæ cujuscunque coram Deo votum sit.

CCXXXIX. *Speculo moto inter solares radios, lemma.*

SPLENDIDIUS MOTU.

Imago eorum, qui peregrinationibus qualificatiores facti.

Imago item eorum, qui adversis à Deo moti, inde illustriores Deo & orbi facti sunt.

* CCXL. *Speculum seipsum quoque in alio speculo fideliter repræsentans.*

SIBI FIDUM ET ALIIS.

Imago eorum, qui dum aliorum salutem curant, propriam quoque non negligunt.

CCXLI. *In fronte imaginis primi sæculi, speculo lemma est.*

SINE LABE.

Puritatem Societatis in materia castitatis Emblema exprimit.

* CCXLII. *Speculo alios, non se repræsentanti lemma.*

NOSCE TE IPSUM.

In eos, qui in aliorum defectibus lyncei, in suis cœci sunt.

* CCXLIII. *Speculum in terrâ supinum cœlum infra repræsentat &c.*

QUÆLIBET INVERTO, DUM JACEO.

Imago dejecti animi, qui indebitè repræsentat & apprehendit tribulationum gravitatem &c.

CCXLIV. *Speculo à simiâ confracto, apud Sconbardum lemma est.*

QUIA VERUM EXHIBET.

Veri-

QUIA VERUM EXHIBET.

Veritatis omnibus odiosæ imago.

CCXLV. *Apud eundem speculo inscribitur.*

NESCIT ADULARI.

Animi sinceri Idea.

CCXLVI. *Speculo quod solis radiis objectum ejus ignes recipit, Chovaynus inscribit.*

ARDOR AB ASPECTU.

S. Petri à Christo aspiciente conversi, & amore flagrantis imago.

CCXLVII. *Speculo in plures partes fracto P. Masenius inscribit.*

TANTUM LATET SUB FRAGMENTO, QUANTUM TOTO TEGITUR.

Rudis idea SS. Eucharistiæ.

* CCXLVIII. *Speculum in lignea thecâ custoditum.*

SERVARE MEMENTO.

In curam castitatis, seu propriæ conscientiæ, quæ speculo haud absimilis est.

* CCXLIX. *Speculum in thecâ.*

UNDIQUE ILLÆSUM.

Castitatis servandæ optima custodia, Regulare claustrum est.

* CCL. *Speculo lemma.*

NOVIT PAR REDDERE PARI.

Imago vindicativi.

Imago etiam grati animi.

* CCLI. *Speculum omnia objecta intra se repræsentans.*

OMNES COMPLECTOR IN UNO.

Ordinatæ charitatis imago, cujus est omnes in Deo amare.

CCLII. *In Abbatiæ Olivensis refectorio speculo inscriptum legi.*

COGNOSCENS AGE.

Documentum activæ vitæ, contemplativæ jungendæ.

* CCLIII. *Speculo lemma.*

HIC CENSOR OMNIBUS IDEM.

Imago Prælati, nulli plus æquo in correctionibus addicti.

CCLIV. *Speculo, quod Draco inspiciens fugiebat, inscriptum legi.*

SE, NON ME FUGIT.

Imago malæ Conscientiæ.

CCLV. *Hominis imagini, in speculo repræsentatæ, P. Masenius inscribit.*

ALTER EGO. vel PAR DISPAR.

Imago dilecti amici.

* CCLVI. *Sphæricum speculum, objecta indebitè repræsentans.*

SIC DECIPIT ORBIS.

Mundi fallacias symbolum exhibet.

* CCLVII. *Speculo lemma.*

OSTENDIT NÆVOS, NON AUFERT.

Imago Confessarii peccata explicantis, at minimè per debitam absolutionem auferentis.

* CCLVIII. *Speculo ob maculas aliquot despecto, lemma.*

OBSERVANT MACULAS, NON COMMODA.

Imago eorum, quibus proprium est exiguos proximorum nævos, non virtutes inspicere.

CCLIX. *Auct Coll. Speculo inscribit.*

OMNIBUS ET NULLI.

Imago cujusdam, qui humanitate suâ ita se reddebat omnibus, ut nulli tamen se indebite implicaret.

* CCLX. *Speculum in terrâ supinum, totum intra se cœlum repræsentans.*

DUM JACET, ÆTHERA GESTAT.

Imago cujusdam, qui in dejectâ fortunâ cœlestia meditabatur.

* CCLXI. *Idem speculum, jacens nil præter cœlum continet.*

ÆTHERA, NON CAETERA.

Imago animi, nil præter cœlestia curantis.

CCLXII. *In Canonizationis pompâ S. Franc. Salesio Gratianopoli factâ, speculo inscriptum fuit.*

OSTENDIT NÆVOS, NON CONTRAHIT.

In ejusdem Sancti in sæculo integritatem in tot peccatorum utriusque sexus conversione.

CCLXIII. *Polito speculo apud Auct. Coll. lemma est.*

POR MI LIMPIEZA ME QUIEREN.

GRATUM QUOD LIMPIDUM.

Imago animi ob candorem dilecti.

CCLXIV. *Apud eundem Auct. Coll. speculis duobus, sese mutuo repræsentantibus inscribitur.*

ALTER IN ALTERO.

In duos amicos intimè dilectos.

* CCLXV. *Speculo lemma.*

NEC FALLI, NEC FALLERE.

Imago D. Dei qui cum æterna sapientia sit falli, cum æterna veritas sit, nequit fallere.

CCLXVI. *Speculo apud Engelgrafe, lemma est.*

EX FRAGILI TE NOSSE POTES.

Ex tot hominum mortibus ac morbis, quinam simus apparet.

* CCLXVII. *Sphærico speculo lemma.*

EX ORBE TE NOSSE POTES.

Ex quotidianis orbis revolutionibus videmus, quibus subjecti simus.

CCLXVIII. *Speculo fracto, objecta sæpius repræsentanti lemma.*

DE VULNERE PLURES.

Imago parentis post mortem in multâ prole superstitis.

CCLXIX. *Speculo lemma.*

NEMINI PARCO, NEMINEM LÆDO.

Imago Concionatoris, in vitia generaliter detonantis.

CCLXX. *Speculo P. Masenius inscribit.*

TURPIBUS INGRATUM.

Imago peccatricis conscientiæ, quæ inspectionem sui negligit.

# CAPUT XXX.

## SPECULUM USTORIUM.

CCLXXI. *P. Lyræus ſpeculo uſtorio ex receptis radiis objectum accendenti inſcribit.*

UNIUS SPLENDOR, ALTERIUS ARDOR.

Zeloſi Concionatoris idea, gratiarum ſuarum lumine in peccatorum converſionem utente.

* CCLXXII. *Speculum uſtorium naves è turri accendens.*

COELESTIBUS ARMIS.

Imago Patris ſpiritualis, qui cœleſti magis gratiâ quam propriis viribus pœnitentis animum igne divino ſuccendit.

CCLXXIII. *Sol in ſpeculo uſtorio reſplendens.*

MAXIMUS IN MINIMO.

Imago Chriſti ſub Euchariſticis ſpeciebus exiſtentis.

* CCLXXIV. *Speculo uſtorio ad Lunam lemma.*

FRUSTRA, NAM FRIGET UTERQUE.

Imago duorum frigidè ſeſe adamantium.

CCLXXV. *Speculo uſtorio ab igne ſolis illæſo P. Niezporkowitz inſcribit.*

NON SENTIT VULNERA LUCIS.

Imago B. Virginis, ſine pudoris læſione utero gerentis eum, qui eſt candor lucis æternæ.

* CCLXXVI. *Speculo uſtorio omnem a ſole lucem & ardorem habenti lemma.*

HABET OMNIA SOLIS.

Apoſtolici viri Chriſto in prædicando Euangelio aliqualiter ſimilis idea.

CCLXXVII. *Princeps Lubomirius in Adverbiis ſuis Moralibus, Uſtorio ſpeculo, lucem à ſole ſibi datam in objectum vicinum derivanti, inſcribit.*

DATA DAMUS.

Imago munifici & liberalis eleemoſynarii.

CCLXXVIII

CCLXXVIII. *In funere Philippi III. Reg. Hisp. Speculo ustorio armorum fascem incendenti, D. Thesaurus inscribebat.*

CURA HUC TRADUCITUR OMNIS.

Exprimebat ejusdem Monarchæ pacificam indolem, uo molimina sua omnia tanquam radios ad punctum, acificus sol ille dirigebat, paci Europæ conservanæ.

* CCLXXIX. *Speculo ustorio, trajecto radio, incendium in vicino objecto formanti lemma.*

TRAJECTO FLAMMÆ.

In eos exercitus, qui Rheno TRAJECTO nobilissima Germaniæ loca in cineres redigebant.

CCLXXX. *Otto Vænius in suis de divino amore symbolis speculo ustorio, flammam in vicino objecto excitanti inscribit.*

CRESCIT IN IMMENSUM.

Efficaciam divini amoris credo repræsentare voluit.

# LIBER XVI.

# ÆDIFICIA.



## CAPUT I.

## MOLENDINUM IN GENERE.

* I. *Molendino lemma.*

NULLA QUIES INTUS. vel MURMURE CONTINUO.

Imago mundi.

Imago malæ & ſcrupuloſæ conſcientiæ.

Ima-

Imago [illegible]ratoris.

* II. *Molendino, ex turbine ventorum & aquarum molenti lemma.*

EX TURBINE LUCRUM.

Ex adverſarum rerum turbine, lucrum juſtis apud Deum eſt.

* III. *Lapidibus molaribus lemma.*

HIC FIXUS, AT ILLE MOVETUR.

Imago activæ & contemplativæ vitæ jungendæ.

IV. *Molendino apud Chovaynum inſcriptum eſt.*

VARIUM ET MUTABILE SEMPER.

Inconſtantis & varii hominis imago.

* V. *Molendino lemma.*

IN PUBLICA COMMODA VOLVOR.

Imago legati, variis peregrinationibus in publicum patriæ commodum clari.

* VI. *Molendino lemma.*

QUO PLURA PROFUNDIT, PLURA CAPIT.

Imago Eleemoſynarii, qui quo plures eleemoſynas profundit, eo plures à Deo benedictiones recipit.

* VII. *Mola quo plura capit, eo plura reddit.*

QUO PLURA CAPIT, EO PLURA PROFUNDIT.

Imago Eleemoſynarii.

* VIII. *Molæ frumenta injecta.*

CONTRITA REFUNDET.

Imago Sacramenti pœnitentiæ quo confitentium corda conteruntur.

* IX. *Molari lapidi lemma.*

CIRCUMIENS CONTERIT.

Imago Miſſionarii vicatim Concionibus & Confeſſionibus peccatorum corda conterentis.

* X. *Molæ quæ frumenta accepta reddit lemma.*

ACCIPIT ET REDDIT.

Imago Eleemoſynarii.

Idea itidem grati in benefactores animi.

* XI. *Eidem molæ lemma.*

CUM MURMURE CUNCTA REFUNDIT.

Imago avari, ſeu tetrici benefactoris.

* XII. *Mola inter tot revolutiones ſuas conſiſtens.*

IMMOTA REVOLVOR.

Imago immoti inter varios fortunæ revolutiones animi.

## CAPUT II.

# MOLA PNEUMATICA.

XIII. *Molæ pneumaticæ P. Niezporkowitz inſcribit.*

DUM FAVET AURA.

Documentum gratiæ divinæ, dum datur, non rejiciendæ.

Documentum itidem operandi nunc, dum tempus habemus.

* XIV. *Mola pneumatica non niſi adverſo vento circumacta.*

PRÆSTANT ADVERSA SECUNDIS.

Imago calamitatum animæ magis quam proſpera ſint, ſalutarium:

* XV. *Eadem molâ.*

LUCRA PER AURAS.

Imago adulatoris, promoti adulationum ſuarum aurâ.

* XVI. *Eadem non quovis vento agenda.*

NON QUALIBET AURA.

Imago hominis quavis adulationum aurâ minimè decipiendi.

* XVII. *Molæ eidem lemma.*

NOCTU VOLVENDO DIUQUE.

Imago inquietæ Conſcientiæ.

* XVIII. *Mola ſolo ſui tecto circumagenda, ſtructurâ inferiori lapideâ & immobili.*

VERTICE NON CONSTAT.

In inconſtantis cerebri hominem.

XIX.

XIX. *Molæ, dum quieta stabat, Sambucus inscribit.*

EXPECTANT OTIA SORTEM.

Animæ gratiam Dei exspectantis idea.

* XX. *Simili molæ lemma dabis.*

DEUS NOBIS HÆC OTIA FECIT. *Virg.*

Exprimit Emblema quietam Conscientiam ingens Dei Donum esse.

XXI. *Dominus Aresius in quodam Operum suorum frontispicio molam sine vento feriantem, hoc lemmate loquentem sistit.*

DULCIS AURA VENI.

Imago animæ gratiam Spiritus S. sibi exoptantis.

## CAPUT III.

# MOLA HYDRAULICA.

XXII. *Hydraulicæ molæ, juxta aquarum copiam plus vel minus molenti Verienus inscriptum habet.*

LACHRIMIS ÆQUABO LABORES.

Imago pœnitentiæ & mortificationis, viribus commensurandæ.

* XXIII. *Eidem molæ lemma.*

CONTERIT UNDIS.

S. Monicam expressam habes, cujus lachymæ S. Augustino contritionem impetrarunt.

* XXIV. *Eadem ex aquarum lapsu frumenta conterens.*

LAPSU CONTRITA REFUNDIT.

Imago cujusdam, cujus lapsus multis ad resipicentiam occasio fuit.

* XXV. *Eidem lemma.*

DE TALI COMMODA LAPSU.

In multos ex aliorum lapsibus resipiscentes.

* XXVI. *Mola secundis torrentis aquis circumacta.*

REBUS MEA LUCRA SECUNDIS.

Dæmonis idea, rebus proſperis plurimum lucri à nobis reportantis.

* XXVII. *Plura molendina hydraulica, à lapſu torrentis acta.*

RAPIT OMNIA CASUS. *Luc.*

Imago cujuſdam, cui repentinus ex honoribus lapſus, amicos, bona, honores, & omnia abſtulerat, & inverterat.

## CAPUT IV.

## CALX.

* XXVIII. *Calx, niſi aquis maceretur & diſſolvatur, nil prodeſt.*

NIL INTEGRA PRODEST.

Imago immortificatæ carnis, de quâ vere dices: *Caro non prodeſt quidquam.*

* XXIX. *Calci aqua ſuperfuſa.*

ALIOS EXTINGUIT, ME ACCENDIT.

Imago adverſitatum; quibus juſti magis in amore Dei incaleſcunt, dum iiſdem impii tepeſcunt.

* XXX. *Calci, aquâ ſuperfuſâ deſtructæ, lemma.*

FORMOR, CUM DESTRUOR.

Imago corporis, morte ad glorioſas dotes diſponendi.

* XXXI. *Calx, lapides propugnaculi in unum murum jungens.*

MUNIT ET UNIT.

Imago charitatis mutuæ, & concordiæ, quâ Reſpublicæ in ſe ipſis uniuntur, & contra alios muniuntur.

* XXXII. *Eidem lemma.*

EMOLLIOR UNDIS.

Imago D. Dei, contriti cordis lachrymis emolliendi.

* XXXIII. *Calx in fornace igne excocta, dein aquâ reſtincta.*

PER IGNEM, ET AQUAM.

Juſtorum hoc in mundo tribulationes, Emblema pingit.

* XXXIV.

* XXXIV. *Calx aquæ juncta calescit.*

JUNCTA CALESCET.

Pericula amorum in conjunctione alterius sexus, Emblema spectat.

* XXXV. *Eidem restinctæ, prius virtus inest uniendi lapides.*

CRESCIT AB ADVERSIS VIRTUS.

Imago animorum hæroicorum, qui æmulis magis excitantur.

* XXVI. *Calx aquis obruta.*

ACCENDITUR OBRUTA VIRTUS.

In idem.

* XXXVII. *Eidem lemma.*

OCCULTOS CONTINET IGNES.

In occultos cujusdam amores.

* XXXVIII. *Calx, defunctorum corpora absumens.*

DEVORAT EXUVIAS.

Imago blasphemi in Sanctorum Reliquias.

## CAPUT V.

## TUGURIUM.

* XXXIX. *Tugurio lemma.*

LATA SATIS, SI LÆTA DOMUS.

Nil super familiæ Domesticam pacem, omnibus palatiis præstantiorem.

XL. *Tugurio P. Masenius inscribit.*

PARVA DOMUS, PAUCI HOSPITES.

Contractæ familiæ solatium id est.

## CAPUT VI.

## DOMUS. ÆDIFICIUM.

* XLI. *Domui fundamento innitenti lemma.*

CONFIRMATA EST SUPER NOS.

Ima-

Imago Ecclesiæ Christo, tanquam fundamento suo innixæ.

* XLII. *Arcis, seu Domus amplæ ruinæ.*

QUÆ FUERIM, DOCUERE RUINÆ.

Imago viri post lapsum ex honoribus infracti.

* XLIII. *Domus ad regulam fabrilem erectæ firmæ, aliis sine hac ruituris.*

MANENT MONUMENTA BONORUM.

Immortalem memoriam justorum Emblema exhibet.

* XLIV. *Domus fundamentum.*

QUOD LATET, HOC FULCIT.

Imago occultæ cujusdam humilitatis, quæ reliquis virtutibus pro fundamento erat.

* XLV. *Domus lapsura deseritur.*

LAPSURA RELINQUOR.

Imago cujusdam ex honoribus præcipitati, deserti eapropter ab omnibus.

* XLVI. *Domus inclinatis, seu pronis ad terram muris, mox ruitura.*

RUINAM PRONA TRAHIT. *Virg.*

Pericula à natura nostra ad lapsum pronâ nobis imminentia sic exprimes.

* XLVII. *Domus ad falsam libellam & regulam ædificata.*

CUM PERVERSO PERVERTERIS.

Damna malæ societatis Emblema spectat.

* XLVIII. *Fundamentum in terrâ latens nunquam ruit.*

NUNQUAM QUÆ LATUERE RUENT. vel STAT QUIA MAGNA FUGIT. *Luc.*

Optima gratiæ conservatrix solitudo & humilitas est.

* XLIX. *Domus lemma tenet.*

NULLI CERTA.

Brevitatem & rerum mundanarum incertudinem Emblema exhibet.

L. *Domui jam erectæ, cui laurus in apice imposita est, lemma P. Engelgrafe ponit.*

OPE-

OPERIS VICTORIA FINIS.

Perſeverantiam Emblema ſiſtit.

* LI. *Domus altius erigitur, quo demiſſius fundamentum habet.*

PLUS DEMISSA, PLUS ALTA.

Quo profundius quis foderit fundamentum humilitatis, quo altiorem fabricam imponet perfectionis.

* LII. *Domus ardenti domui vicina.*

TANGIT VICINIA FATI. vel PROXIMUS ARDET.

Documentum ſumendæ ex proximorum lapſibus & infortuniis, cautelæ.

LIII. *Fredro Caſtellanus, Teſtudini arcuatæ lapideæ inſcribit*

CASURÆ NI HÆREANT.

Imago rerum publicarum exitio proximarum exſciſſuris, & diffidiis propriis.

* LIV. *Amphitheatri veteris ruinæ.*

IN SE MAGNA RUUNT. *Luc.*

In pericula, quæ juſtiſſimis imminent, ne labantur. Imago ſuperbiæ viam ſternentis ad lapſum.

* LV. *Domus fundamento per aquas eliſo, corruens.*

HIS ELISA JACET. *Ovid.*

Perfectio humilitatis fundamento deſtituta, ruinæ proxima eſt.

## CAPUT VII.

# CISTERNA.

* LVI. *Ciſterna aquis pluvialibus impleta.*

COELI BENEDICTIO DITAT.

Omne donum perfectum deſuper eſt.

* LVII. *Eadem ex pluvialibus aquis repleta.*

SINGULA COLLECTA JUVANT.

Minima minimè negligenda.

* LVIII. *Eadem dulces aquas servans.*
NON SERVAT AMARAS.
Idea mansueti animi.

## CAPUT VIII.
## CIVITAS.

* LIX. *Civitas à speculatore in turre custodita.*
SPECULATOR ADSTAT DESUPER.
Imago constitutorum semper in oculis Dei hominum. *Speculator adstat desuper, qui nos diebus omnibus, actusque nostros prospicit à luce prima in Vesperam.* Ex Hym.

* LX. *Civitas munita, & intercepta.*
NIHIL UNDIQUE FIRMUM.
Imago Sanctissimorum, quos aliquando suæ potestati subjugat Dæmon.
Consonat lemma, quod Juliaco An: 1610 expugnato, in nummo Belgico apparuit.
NIL INEXPUGNABILE.

* LXI. *Eadem Civitas intercepta.*
MURIS NULLA FIDES.
Meminerint etiam claustrales, nec intra ipsos claustrorum muros & crates sibi omnimodam securitatem à Dæmonis insultibus esse.

* LXII. *Civitas obsessa.*
INTENTANT OMNIA MORTEM.
Imago moribundi & agonizantis.

LXIII. *Trojanæ urbi inscripsit Nonnemo sequens lemma.*
STAT MAGNI NOMINIS UMBRA.
Exprimebatur quidam familiâ sua præclarâ indignus, multumque ab eâ degener.

* LXIV. *Obsessæ urbis aggeres Tormentis bellicis instructi.*
SUA PER TORMENTA SECURI.
Imago SS. Martyrum.
Imago eorum, quos continuæ mortificationes gratiæ securos faciunt.

* LXV. *Civitas incensa.*

AB UNO EXITIUM.

Innuit Emblema, ab uno sæpe homine, ab unâ occasione, exitium animæ oriri.

* LXVI. *Civitas ab hostibus obsessa, & vallis coronata.*

OBSESSA CORONOR. vel OBSIDENT, SED CORONANT.

Ita æmulis & adversis obsessi, à Deo coronamur.

* LXVII. *Civitatis portæ clausæ.*

QUEIS CLAUDOR, MUNIOR.

Custodiam sensuum optimum animæ contra dæmonis assultus munimentum esse, Emblema exprimit.

* LXVIII. *Civitas munita aggeribus.*

CORONOR, QUEIS MUNIOR.

Imago mortificationum, quibus sicuti contra Dæmonem munimentum, ita simul in cœlis coronam habemus.

LXIX. *Allusura Ao. MDCLX. Græcensis urbs ad August. Imp: Leopoldi lemma:* Consilium & industriâ, *munitæ urbi, ab hostibus frustra obsessæ inscripsit.*

CONSILIUM ET INDUSTRIA DEFENDIT.

Vim prudentiæ & industriæ expressam habes.

LXX. *Munitæ pariter urbi Civitas eadem inscribebat.*

CONSILIUM ET INDUSTRIA SALVANT.

In idem.

LXXI. *Chovaynus obsessæ urbi ad extrema redactæ inscribit.*

AUT CONVERTI, AUT EVERTI.

Ita agonizantem peccatorem admonebis.

LXXI. *Civitas, cujus munitiones solo æquantur.*

VENIT AD EXTREMUM.

Ad extremum veniunt ii Religiosi, qui mortificationes quibus muniebantur, intermittunt.

* LXXIII. *Urbs Pyrobolis immissis ad deditionem coacta.*

AB ALTO EXITIUM.

Tu-

Tutelæ divinæ, quâ solâ urbes servantur, subtractæ, vim expressam habes.

* LXXIV. *Urbs speculatorem in turre habens.*

SERVATUR AB ALTO.

Imago ejusdem ut supra.

* LXXV. *Idem.*

NON DORMIT, QUI CUSTODIT.

Imago vigilis Prælati.

LXXVI. *Civitati, ad quam per parvam lateralem portam ingressus patet, lemma.*

SIC TUTO SUBITUR.

Imago humilitatis certissimum ad regnum cœlorum ingressum præbentis.

* LXXVII. *Civitas aggeribus suis ordine dispositis, non tantum armatur, sed & ornatur.*

ORNATUR, QUIBUS ARMATUR.

Animæ non tantum mortificationes in munimen, sed & in ornamentum cedunt.

LXXVIII. *Montan:a virgo tres viatores urbem egredientes, lemmate donavit isto.*

FUTURAM INQUIRIMUS.

Imago justorum, qui viatores se mundi sciunt.

LXXIX. *Civitati Schonhard inscribit.*

HIC SEMPER NUNDINAE.

Inquieti hominis idea.

LXXX. *Civitati idem Schonhard inscribit.*

NON SINE TESSERA.

Nomen JESU, indubitata ad vitam æternam Tessera est. *Non enim est aliud nomen, in quo nos oporteat salvo fieri. Act.* 4.

LXXXI. *Civitati, quæ sole illustrata sui umbram parit, Burgundia inscribit.*

ET UMBRAS PARIT

Exprimebat nobilis patriæ vanitatem.

LXXXII. *Civitas obsessa cum hoste colloquia miscens, brevi danda est.*

COLLOQUIIS SI GAUDEAT, ACTUM EST.

Pe

Pericula Colloquiorum, utriusque sexus Emblema depingit.

* LXXXIII. *Civitas munita.*

HIC STATIO TUTA.

Imago Ecclesiæ, seu cœlestis Jerusalem.

* LXXXIV. *Civitas obsessa obliquis fossis, veluti viis aditur*, aproches *Galli vocant.*

HAC ITER EST BELLIS. *Luc.*

In bello nempe vix aliquid recti agitur, sed omnia obliquo tramite incedunt.

* LXXXV. *Civitas è multis domibus conflata.*

CONFLATUR PLURIMIS.

Imago Cœlestis Jerusalem de quâ Christus. *In domo Patris mei mansiones multæ.* Joan. 14.

LXXXVI. *Cuniculo militari, qui urbis obsessæ aggeres diruebat in funere M. Turenii inscribebatur.*

NEGATA TENTAT ITER VIA.

Ejusdem Ducis militaria stratagemata, Emblema innuit.

LXXXVII. *Cuniculo simili, Zinckgresius inscribit.*

VIRTUTI PLACUIT DOLUS.

In Commendationem militarium stratagematum, & etiam spiritualium, quibus multæ ad Deum animæ, conversæ sunt.

* LXXXVIII. *Cuniculo simili dum foditur lemma.*

FIENT ISTA PALAM.

Multa, quæ nunc per cuniculos agit orbis, dies extremus patefaciet.

## CAPUT IX.

# ARX. CASTELLUM.

LXXXIX. *Arci munitæ lemma.*

A MARTE MUNIMEN ET ARTE.

*vel ut in Villanovano Regis Joannis III. Palatio habetur.*

HIC MARTIS ET ARTIS ARENA.

Innuit ſymbolum, Regna armis & conſiliis fulciri.

* XC *Arx defectu frumentarii commeatus expugnata.*

PABULI DEFECTU.

Imago eorum, qui ex defectu frequentioris communionis dæmonis inſultibus ſubjacent.

* XCI. *Arx militibus undique eam defenſuris munita.*

ADEST DEFENSOR UBIQUE.

Cuſtodiam SS. Angelorum Emblema exhibet.

Vigilantiam itidem Prælatorum expreſſam habes.

* XCII. *Arx multis præacutis ſudibus munita.*

ADVERSUS EOS, QUI TRIBULANT ME.

Mortificationum ſymbolum adverſus dæmonem.

XCIII. *Arci, cujus muri à tormentis bellicis nil fatiſcunt, P. Coret in vitâ S. Catharinæ Sueca inſcripſit.*

RIEN FAIT BRECHE. vel NIL INDE FATISCUNT.

Ejuſdem Sanctæ infractum animum exprimebat.

XCIV. *Arci, quæ in rupe marinâ aquis undique cincta ædificata eſt, apud Fevillæum lemma eſt.*

EXTRA PERICULUM.

Sanctorum in cœlo impeccabilitatem & feliciſſimum ſtàtum ſic exprimes.

* XCV. *Arci in editâ rupe lemma.*

EXCELSA TUETUR ET IMA.

Imago D. Dei ſummis & imis ſuam cuſtodiam impartientis.

* XCVI. *Arci in altâ rupe, ad quam una ſolum vi ducit, lemma.*

UNUS AD ALTA TRAMES.

Imago virtutis, quæ unicus ad ardua trames eſt.

XCVII. *Arci in editâ rupe ventis & tormentis impetitæ apud R. R. P. P. Auguſtinianos Varſariæ lemma eſt.*

NEC

NEC VI, NEC METU.

Infracti animi ſymbolum.

* XCVIII. *Munimentis arcis cujuſdam lemma.*

TUENTUR ET ARCENT.

Clauſuræ Religioſæ commoda Emblema exprimit.

* XCIX. *Aggeres arcis mutuæ defenſioni extructi.*

ALTER IN ALTERIUS MUNIMEN.

Una nempe virtus alteram fulciat, neceſſe eſt. Fraterna etiam auxilia Emblema exprimit.

* C. *Arx pulveris pyrii defectu tradita hoſti.*

PULVERIS DEFECTU.

Imago cujuſdam, cui lapſus occaſionem nimia elatio præbuit.

## CAPUT X.

## LABYRINTHUS.

* CI. *Labyrinthus plures intrà ſe errantes homines habens.*

SUUS HUC ILLUC, QUEMLIBET ERROR AGIT.

Diverſa hominum peccata Emblema repræſentat.

CII. *Haynovius homini in Labyrinthi centro quieſcenti inſcribit.*

HEUS SATIS ERRORUM EST!

Deploranda priora peccata, nova cavenda, Emblema docet.

CIII. *Homini labyrinthum ingreſſo Boxhornius inſcribit.*

RESPICE FINEM.

Quidquid agis, prudentes agas, & reſpice finem.

* CIV. *Eidem lemma.*

REDIRE, AUT PERIRE.

Documentum, accelerandæ quantocius pœnitentiæ.

* CV. *Labyrintho lemma.*

HEU QUANTUM ERRORUM EST.

Pericula ubique peccandi expressa habes.

* CVI. *Labyrinthus viam quandam ab ingressu suo rectam, sed fallacem habens.*

DECIPIMUR SPECIE RECTI. *Horat.*

Conscientiæ erroneæ imago.

* CVII. *Hominibus aliquot labyrinthi anfractibus deceptis lemma.*

ERGO ERRAVIMUS!

Imago feræ damnatorum pœnitentiæ.

CVIII. *Apud Favillæum labyrintho lemma est.*

FATA VIAM INVENIENT.

In divinæ Sapientiæ thesauris, varii modi Deo sunt, suos ex difficultatum labyrintho extrahendi.

* CIX. *Labyrintho, cum anfractibus suis superato lemma.*

INVIA VIRTUTI NULLA EST VIA.

* CX. *Labyrintho à variis, recreationis ergo, inambulato lemma.*

QUEMLIBET OBLECTAT SUUS ERROR.

Complacentiam in peccatis, Emblema exhibet.

* CXI. *Labyrintho lemma.*

NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORE.

In recidivas peccatorum, prioribus peccatis ob majorem ingratitudinem, semper graviores.

* CXII. *Labyrintho lemma.*

LONGIS AMBAGIBUS ITUR.

Imago aulicæ vitæ.

CXIII. *Homini, labyrinthum ingresso, Ariadnæ filum, è cœlo porrectum lemma faciet.*

HOC SECURUS.

In Commendationem S. Scapularis, quo velut Ariadnæ filo extra hujus vitæ errores asserimur.

* CXIV. *Homini in labyrintho ambulanti lemma.*

SI

SI RESPICIS, ERRAS.

Nemo mittens manum ad aratrum & retro reſpiciens, aptus eſt regno Dei.

## CAPUT XI.

# COLUMNA.

* CXV. *Columnæ, ordine ſemel poſito, ſemper conſiſtentes.*

NEC AB ORDINE CEDUNT.

Imago Conſtantium in Religione ſuâ Regularium.

CXVI. *Columna ædificii.*

ME CONSTANTE STABIT.

Imago ingentis Patroni.

* CXVII. *Columnæ lemma.*

VERTICE RECTO.

Imago Miniſtri ſinceris conſiliis, & infracto animo, ingentia Regni cujuſdam pondera ſuſtinentis.

* CXVIII. *Columna teſtudinis fornices, premendo fulciens.*

FULCITQUE PREMENDO.

Imago D. Dei juſtos adverſitatum preſſuris magis in ſuo timore fulcientis.

* CXIX. *Columnæ lemma.*

RECTE, ET CONSTANTER.

Perſeverantiam in bono Emblema pingit.

* CXX. *Columna teſtudinem fulciens ſimul & ejus pondere fulcitur.*

QUEM FULCIO, FULCIOR IPSO.

Imago S. Joſephi Chriſtum in ulnis portantis.

Imago etiam humanarum amicitiarum mutuo auxilio indigentium.

* CXXI. *Columnæ aliquot, ad ornamentum ſolum deſervientes.*

UT ORNENT, NON UT FULCIANT.

Factum fuit in quoſdam ſupernumerarios in aula Miniſtros.

CXXII. *Columna lapsa major post casum, quam ante apparens apud Auctorem Coll. inscribitur.*

MAJOREM OSTENDIT CASUS.

Imago viri, cujus virtutes & dotes post degradationem ab honoribus primum apparuerunt.

* CXXIII. *Columna obliquas trabes sustinens.*

SUSTINET OBLIQUAS RECTA.

Sufferentiam justorum in malorum defectibus sufferendis expressam hic vide.

CXXIV. *Columnæ inter ventorum turbines immotæ; Lubomirius Princeps inscripsit.*

NON COMMOVEBITUR.

Fortitudinis Emblema.

CXXV. *Columnæ Bruckius inscribit.*

NON CEDAM GRAVIBUS. vel NEC ME LABOR ISTE GRAVABIT.

Imago imperterriti animi.

CXXVI. *Columnis binis, quarum uni corona laurea, alteri secures consulares innixæ erant, Zinckgrefius inscripsit.*

HIS NITITUR ORBIS.

Innuebat pœnas & prœmia bina regnorum fulcra esse.

* XXVII. *Columnæ lemma.*

ALTA ET ERECTA.

Imago in dignitate & virtutibus eminentis Prælati.

CXXVIII. *Thesaurus Columnæ ignis & nubis inscribit.*

ALTERNO EXORTU.

Conscientiæ nubibus serena ejus lux succedit.

Imago prosperorum & adversorum per vices alternantium.

* CXXIX. *Eidem columnæ lemma.*

LUSTRAT NOCTEMQUE, DIEMQUE.

Aut si mavelis lemma dividendo.

PER DIEM.

Quo S. Xaverium intelliges orienti prædicantem.

PER

PER NOCTEM.

Quo S. Ignatium Lojolam exprimes, Occidentis ducem ac lucem.

CXXX. *Columna, cui Cupido amorum Deus innixus, lemma tenet.*

AMOR MEUS. PONDUS MEUM.

In naturam amoris, de quo S. Auguſtinus. *Amor meus pondus meum, illo feror quocunque feror.*

* CXXXI. *Columna ſinuosè torta, ſed ſimul erecta.*

OBLIQUO TRAMITE RECTA.

Imago Conſcientiæ invincibiliter erroneæ.

CXXXII. *Apud Auct. Coll. Columnæ lemma eſt.*

MI DERECHURA, ME SUSTENTA. Id eſt RECTA SUSTINEOR.

Imago Miniſtri fidelis inter aliorum degradationes nil paſſi.

CXXXIII. *Columnæ apud P. Moyne lemma eſt.*

MOLIS GRAVITATE PROBATUR.

Imago Miniſtri ex mole officii, quod portat, æſtimati.

CXXXIV. *Idem eidem inſcribit.*

ONERE HAUD INFLECTITUR ULLO.

Fortitudinem virtutem ſymbolum pingit.

CXXXV. *Eidem lemma ab eodem.*

SUBLIMIA FULCIT.

Imago D. Dei fulcientis Prælatos Eccleſiæ.

CXXXVI. *Columnis in ædificio idem inſcribit.*

HINC NASCITUR ORDO.

Ex Magiſtratibus debitus Reipublicæ ordo accedit.

CXXXVII. *Eidem lemma ab eodem.*

MODUM STATUITQUE, TENETQUE.

Imago Legiſlatoris, eas, quas facit, Ordinationes obſervantis.

CXXXVIII. *Ab eodem lemma.*

CONCIDET OBLIQUA.

Abſque enim juſtitiâ Regna & Principes perire, neceſſe eſt.

CXXXIX. *Idem lemma eidem posuit.*

SE QUOQUE METITUR, DUM SINGULA.

Imago Prælati, se quoque non negligentis, dum aliorum curam gerit.

* CXL. *Columnæ, quæ primò eriguntur, Ultimò in templorum aut palatiorum ruinis consistunt.*

PRIMA SURREXIT, ULTIMA STETIT.

In quendam, qui primus ad laudes nocturnas surgebat, & ultimus ex iis recedebat.

* CXLI. *Columnæ lemmà.*

RECTA TENAXQUE.

Prælati boni, & gubernaculum benè sustinentis idea.

CXLII. *Eidem lemma.*

MOLE PREMOR PROPRIA.

Peccatoris propriorum peccatorum pondere pressi imago.

CXLIII. *Columnæ Israëliticæ nubis & ignis, lemma à Menestrerio est.*

VIS DUPLEX FULGET IN UNO.

Potestatis duplicis temporalis nempe & spiritualis in uno homine imago.

CXLIV. *Variis columnæ segmentis lemma à P. Bovio est.*

ORDO DABIT FORMAM.

In commendationem Ordinis.

* CXLV. *Columnæ lemma.*

FULCIT ERECTA.

Erecti & interriti animi est, proximos doctrinis & exemplis fulcire.

* CXLVI. *Columna tortuosa.*

ET TORTA DECOREM.

Imago variorum SS. Martyrum, qui velut infractæ pro Ecclesiâ columnæ à Tyrannis variis suppliciis torti, in oculis Dei minum decorem contraxere.

* CXLVII. *Columna vario florum apparatu circumamicta.*

CIR-

CIRCUMAMICTA VARIETATE.

Imago Prælatorum, quos inſtar Columnarum, vario virtutum ornatu circumamictos eſſe, quam maximè decet.

* CXLVIII. *Columna ſinuoſe torta, cum ſuo coronamento.*

ET TORTA CORONAM.

Imago Coronæ aureolæ, SS. Martyribus in cœlo ſervatæ.

## CAPUT XII.

# FORUM.

* CXLIX. *Foro, quod ſuperflua, quæ divendere non poteſt, ſervat, lemma.*

SUPERFLUA SERVAT.

Imago avari, qui ſuperflua ſtatui ſuo, quæ pauperibus elargiri tenebatur, ſibi ſervat.

## CAPUT XIII.

# FENESTRA.

* CL. *Feneſtra vitrea, ferreo reticulo obducta.*

SIC TUTA, ET TOTA MANEBO.

Imago virginalis innocentiæ, quæ fragili vitro non abſimilis eſt, ſub clauſurâ & ſolitudine tutæ.

CLI. *P. Sebaſtianus à Matre Dei, feneſtræ, qua aviculam dimittebat, inſcribit.*

IPSA DIMISIT.

B. Virginis plures captivos ex ergaſtulis ſuis liberantis, imago.

* CLII. *Feneſtra, quæ admiſit, etiam dimittens.*

ADMISSA DIMITTO.

 Ima-

Imago Societatis Jesu dimittentis eos, quos minus sibi idoneos comperit.

Rejectionem turpium specierum intra phantasiam admissarum, Emblema etiam repræsentat. Sive rejectionem distractionum inter Horas Canonicas occurrentium.

* CLIII. *Vitrea fenestra solis radios quos accipit, illustriores in conclave dimittens.*

QUOS ACCIPIT, AUGET.

Imago justorum adnitentium augere ea, quæ à Deo acceperant, talenta, exemplo fidelis in Euangelio servi.

* CLIV. *Fenestræ Cancellatæ lemma.*

PERVIA PARVIS.

In aditum cœli humilibus pervium.

* CLV. *Fenestra vitrea solam lucem, ac radios solis admittens.*

NON NISI ILLUSTRES.

Imago Capituli, aut Asceterii, in quo solum illustris prosapiæ personæ admittebantur.

* CLVI. *Fenestra ficta ornando ædificio facta.*

ADMITTIT NEMINEM.

Imago diligentis custodiæ sensuum exteriorum.

* CLVII. *Eidem fenestræ fictæ lemma.*

NON LUCET, ET ORNAT.

Humilis Religiosi idea.

## CAPUT XIV.

# FORNAX.

* CLVIII. *Ferrariæ fornaci lemma.*

HIC DURA LIQUESCUNT.

Imago Sacramenti pœnitentiæ, quo indurati animi emolliuntur.

Imago itidem tribulationum, quibus idem præstatur.

CLIX. *Favillis ex fornace evolantibus P. Le Moyne inscribit.*

EX

EX MAGNO, ET TENUES.

Imago degeneris ex magnâ parentelâ.

* CLX. *Fornax metallica.*

PURGATA REFUNDET.

Imago Purgatorii.
Imago tribulationis.

* CLXI. *Fornax ferraria in quâ arma formantur.*

ARDET IN ARMA. *Virg.*

Imago hominis ad bella & lites proni.

* CLXII. *Fornax aurifabri.*

QUOS CREMAT, EXPLORAT.

Imago calamitatis, quâ jufti velut aurum excoquuntur & probantur.

* CLXIII. *Eidem lemma.*

CREMAT PRETIOSA, PROBATQUE.

In idem.

* CLXIV. *Fornaci accenfæ lemma.*

INTUS AGUNT FLAMMÆ.

Iracundi & obfcoeni imago.

* CLXV. *Fornax, quâ mufæa calefiunt.*

STUDIIS DESERVIT AMICA.

S. Catharinam, aut alium quemvis ftudiorum Patronum fic exprimes.

* CLXVI. *Eidem lemma.*

FRIGIDA FOVET.

Spiritus Sancti proprium eft, fovere frigida fidelium corda.

## CAPUT XV.

# OFFICINA.

* CLXVII. *Officinæ pigmentariæ lemma.*

QUAM VARIUS, TAM SUAVIS ODOR.

Imago Afceterii cujufdam, ex quo variarum virtutum fuaviffimus odor in orbem fpirat.

* CLXVIII. *Officina, in qua fphæræ cœleftes, aftrolabiâ, & fimilia venduntur.*

PARVO VENALIS OLIMPUS.

Fa-

Facilitatem consequendæ beatitudinis Emblema docet.

* CLXIX. *Officina pharmaceutica.*

DULCIA MISCET AMARIS.

Ita in hoc orbe cum suis procedit Deus, ut tribulationum acrimoniam, Consolationum suarum melle attemperet.

CLXX. *Imago* I. *Sæculi eidem Officinæ inscribit.*

CAUSAS MILLE SALUTIS HABET.

Exprimebatur, Societatem Jesu mille modis, curandæ proximorum saluti invigilare.

CLXXI. *P. Lohner in sui Auctarii fronte, eidem Officinæ inscribit.*

HÆC PHARMACA CURANT.

Exprimebat, salutaribus Concionum documentis quamplurimos spiritualiter curari.

* CLXXII. *Eidem officinæ lemma.*

UTILE DULCI.

Imago Confessarii in convertendis animabus utilis Confitentibus, sed simul suavi modo procedentis.

Imago cujusdam Concionatoris, utiles conceptus, jucundis intermiscentis.

* CLXXIII. *In eadem officinâ, pixides deauratis titulis lemma tenent.*

INSUNT MELIORA, LATENTQUE.

Gaudia cœli, omnibus exaggerationibus majora, Emblema exprimit.

CLXXIV. *P. Niezporkowitz eidem officinæ inscribit.*

HIC QUÆRENDA SALUS.

B. Virginem Mariam omnimodæ salutis officinam, Emblemate designabat.

* CLXXV. *Eidem officinæ, in quâ in Theriacis serpentes in medicinas vertuntur, lemma.*

HIC NOXIA PROSUNT.

Nempe aliorum peccata justis ad suam salutem majori adjumento sunt.

* CLXXVI. *Eidem lemma.*

PLUS

PLUS ALOES, QUAM MELLIS HABET.

Imago mundi, pro modico mellis, æternæ damnationis aloen referentis.

Imago voluptatum, graves conſcientiæ remorſus, poſt ſe relinquentium.

CLXXVII. *In Theſibus S. Staniſlao Coſtkæ dicatis, urna cui aureis litteris MRA inſcribebatur, lemma tenuit.*

HÆC URNA SALUTIS.

Sanctum eundem, miraculoſe à B. Virgine ſanitati reſtitutum, innuebat.

CLXXVIII. *Officinam pharmaceuticam depingens nonnemo, Pharmaceutam Tempus exhibuit, cui pro famulis deſerviebant, Oblivio, Reſolutio, & Conſuetudo, cum lemmate.*

REMEDIANT OMNIBUS.

Senſus erat, malis hujus vitæ, optimè mederi, Temporis decurſu, oblivione, firmâ reſolutione, ac conſuetudine.

## CAPUT XVI.

## PONS.

* CLXXIX. *Ponti lemma.*

IN PUBLICA COMMODA STERNOR.

Chriſtum in agonia ſua coram Patre cœleſti in orbis ſalutem proſtratum, Emblema exhibet.

* CLXXX. *Pons flumini ad belli neceſſitates inſtratus.*

IN PUBLICA FUNERA STERNOR.

Imago Tyranni ad honores elati in Patriæ ingentia funera.

* CLXXXI. *Ponti lemma.*

DUM STERNOR, ERIGOR.

Imago hominis, à Deo adverſis ſtrati, ſed magis inde erecti.

* CLXXXII. *Eidem lemma.*

NE-

NEGATA PRÆBET ITER VIA.

Imago Generalis cujusdam Cæsarei, qui transitum Rheni ab exercitu Gallico sibi impeditum singulari stratagemate fecerat.

* CCXXXLIII. *Pons navalis flumine assurgente surgens.*

SURGIT SURGENTIBUS UNDIS.

Eorum imago, quos calamitatum undæ & fluctus ad Deum elevant.

## CAPUT XVII.

## PORTA.

* CLXXXIV. *Portæ Sanctæ, quæ Jubilæi tempore Romæ solum aperitur, lemma erit.*

DUM LICET, ET PATET.

Divinæ gratiæ portam, dum in hac vitâ omnibus aperta est, subeundam esse, innuitur.

* CLXXXV. *Portæ ovilis lemma.*

PERVIA PASTORI.

Conscientiam Confessario perviam expressam habes.

* CLXXXVI. *Portæ lemma.*

NUNQUAM PROCUL A LIMINE.

Imago solitarii, & domus suæ custodis.

* CLXXXVII. *Eidem lemma.*

NON SINE CLAVE PATET.

Confessionem frustra ei, cui Jurisdictionis clavis deest, fieri, symbolum docet.

* CLXXXVIII. *Portæ apertæ, dum clauditur, lemma.*

AD LIMINA NOTA REVERTOR.

Imago Apostatæ à fide, qui ad Apostolicæ Sedis limina per errorum suorum revocationem, revertebatur.

* CLXXXIX. *Portæ domus clausæ lemma.*

NON PERVIA CUIVIS.

Ocu-

Oculorum cuſtodiam ſymbolum exprimit.

CXC. *Portæ Triumphali Zinckgrefius inſcribit.*

MELIORI PERVIA CAUSÆ. *Claud:*

Cœli portam ſic exprimes, perviam beatis.

* CXCI. *Porta urbis à vigile dereliЀa.*

DESERUISSE NEFAS.

Senſuum cuſtodiam Emblema docet.

## CAPUT XVIII.

# PYRAMIS. OBELISCUS.

CXCII. *Pyramidi lemma.*

IN RECESSU NIHIL. vel TANTUM OCULIS.

Imago puellæ inſtar Pyramidis ornatæ exterius, inte-
us nil ſolidæ virtutis habentis.

* CXCIII. *Ægyptiacæ Pyramides à propriis umbris repercuſſæ.*

PROPRIIS FERIUNTUR AB UMBRIS.

Imago ſcrupuloſorum, quos propriæ, quas formant,
mbræ & timores excruciant.

* CXCIV. *Pyramis in acumine ſui crucem habens.*

A CRUCE CREVIT APEX.

Vexatio dat intellectum.

In quendam, quem tribulationes ad hoc adduxerant,
t etiam minima, & apices quoſvis obſervare ſtu-
eret.

CXCV. *Pyramidi apud Fævillæum inſcribitur.*

SIC SEMPER. vel SEMPER PYRAMIS.

Imago conſtantis, & in Deum ſemper erecti animi.

CXCVI. *Pyramidi honori cujuſdam erectæ Verte-nus inſcriptum habet.*

EVEXIT AD ÆTHERA VIRTUS.

In Sancti cujuſdam Canonizationem.

* CXCVII. *Pyramidi, quæ in apice ſui ſubtilior, lemma.*

DEFICIT IN SUMMO.

Ima-

Imago hominis inter dignitates deficientis.

* CXCVIII. *Pyramidi quo altior, eo majorem umbram habet.*

CRESCENT APICES, CRESCETIS ET UMBRÆ.

Creſcentibus dignitatum, aut virtutum apicibus, invidorum & æmulorum umbras protinus etiam accreſcere videas.

CXCIX. *In funere Philippi Wilhelmi, Palatini Electoris, pyramis teſſulatis gradatim lapidibus efformata, inſcribebatur.*

GRADATIM.

Innuebatur, Sereniſſimum Electorem gradatim ſummum virtutum apicem conſcendiſſe.

* CC. *Pyramis vento ſtrata.*

ÆMULI STRAVERE, NON ANNI.

Imago cujuſdam in flore ætatis ex honoribus præcipitati.

CCI. *Apud Verienum, Pyramidi lemma eſt.*

SOLO HÆRET, COELUM SPECTAT.

Imago juſti, hoc in orbe erectam mentem in Deum habentis.

* CCII. *Pyramis ſemper immobilis, tempus umbrâ ſuâ artificioſe docens.*

SED NESCIT SISTERE TEMPUS.

Imago temporis celerrime abeuntis.

* CCIII. *Pyramidi lemma.*

TREMULA NEQUAQUAM.

Imago virtutis nunquam pavidæ.

* CCIV. *Eidem lemma.*

ACUMINE COELUM.

Hominis, ſive mortificationes ſuas, ſive omnem ingenii aciem in cœlum dirigentis, imago.

* CCV. *Pyramidi ſtratæ, lemma.*

NEC STRATA MOVETUR.

Imperterriti & infracti inter adverſa animi, idea.

* CCVI. *Pyramidi ex humili fundamento aſſurgenti lemma.*

VIR-

EX HUMILI SUBLIMIS HONORE.

Hominis, ex humili conditione ad magnos honores evecti, imago.

* CCVII. *Pyramis variis funibus & rotis in altum elata.*

QUANTI TORQUENTUR OB UNUM!

Exemplum eorum Principum, qui ſtatui ſuo exaltando, premunt & injuſtè exhauriunt ſubditos.

* CCVIII. *Pyramis, cum perfecta eſt, in altum effertur.*

PERFECTA LEVATUR.

B.V. Mariæ in cœlum elatæ imago.

Viri itidem perfecti, ad ſuperbiam demum deflectentis idea.

* CCIX. *Pyramidi ingenti lemma.*

NESCIA CELARI.

Ita virtus.

* CCX. *Pyramis, cujus baſi honorum & benefactorum Tituli inſcripti ſunt.*

VIRTUS IN IMO. vel IN BASI VIRTUS.

Virtuoſorum id proprium eſt, ſemper in humilitate e continere.

* CCXI. *Pyramis ſimul & horas circum ſe deſcriptas oſtendens.*

QUANTUS TEMPORIS INDEX!

Celebris cujuſdam Hiſtorici, vel Chronologi idea.

* CCXII. *Pyramis ſub velo variis figuris inciſa lemma habebit.*

VELOR, UT INCIDAR.

Religioſæ Virginis idea, ideo ſeſe ſub velo Deo onſecrantis, ut victimam carnem ſuam Deo faiat.

* CCXIII. *Pyramis baſi quadrangulâ terrâm, uno acuminis puncto cœlum reſpiciens.*

MINIMA PARTE COELUM.

Mundani hominis de cœlo parum curantis, imago.

* CCXIV. *Pyramis multis rotis in altum evecta.*

TOT SCANDITUR ORBIBUS ALTUM.

Imago plurium revolutionum, per quas mundani ad terrenos, & justi ad æternos honores ascendunt.

* CCXV. *Pyramis, seu obeliscus, in valle seu puteo.*

ET IN HUMILI MAGNA.

Imago animi, inter ignominias adhuc erecti.

* CCXVI. *Pyramis, multis funibus constricta, sursum effertur.*

PER VINCULA SURSUM.

Imago cujusdam, ex vinculis ad honores evecti.

Imago SS. Martyrum, carceres & vincula pro Deo perpessorum.

Imago Religiosi, per Religiosorum votorum vincula ad perfectionem, & demum ad cœlum evecti.

* CCXVII. *Pyramis, rotâ erecta.*

HAC ERECTA STETI.

S. Catharinæ Martyri, rotam passæ, eâque in cœlum evectæ, illud merito inscripseris.

* CCXVIII. *Pyramidi lemma.*

STAT OTIOSA. vel NIL FULCIO.

Ministri cujusdam, aut Titularis tantum Prælati idea.

CCXIX. *Pyramis, multis ictibus firmata.*

MULTO FIRMATUR AB ICTU.

Imago cujusdam, qui multis adversis in timore Dei solidatus fuit.

* CCXX. *Pyramis, teræ motu strata.*

NON VULGARI FUNERE.

Imago Belli Ducis, in prælio occumbentis.

* CCXXI. *Eadem, terræ motu strata, quem deficiente Atlante contingere fabulantur.*

DEFICIENTE ATLANTE.

Imago hominis, post mortem Magni Patroni, ex honoribus præcipitati.

* CCXXII. *Pyramidi acuminatæ, ob meritum cujusdam, extructæ.*

VULT VIRTUS ACUMEN.

Vir-

Virtuoſorum eſt, mortificationum acumina amare.

* CCXXIII. *Pyramidi acuminatæ, in baſi ſua ſolidatæ lemma.*

BASI SOLIDATUR ACUMEN.

Mortificatio, pro fundamento humilitatis baſin non habens, minimè ſolida erit.

* CCXXIV. *Pyramis, meritum & demeritum pandens, inſcriptione ſuâ.*

ET SCELUS, ET MERITUM PANDO.

Imago ſinceri Hiſtorici.

* CCXXV. *Pyramidi lemma.*

PRO TEGMINE COELUM.

Imago cujuſdam, qui ſolum Dei patrocinium ſpectabat.

* CCXXVI. *Pyramis inclinata.*

INCLINATA RUET.

Ruinæ ſpirituali, vicinos eos judicabis Religioſos, qui nimium ad terrena affectum monſtrant.

CCXXVII. *Poſt pugnam Pragenſem, Anno MDCLXXIV. Pyramis fulmine inconcuſſa in nummo Imperiali exhibebatur, cum lemmate.*

INCONCUSSA MANET.

Credo voluiſſe inclytam Domum Auſtricam orbi & inimicis ſuis, notam facere potentiam Dei, ſub quâ inter quæcunque bellorum fulmina, ipſa ſemper inconcuſſa ſtetit & ſtabit.

* CCXXVIII. *Pyramis parva, ſphæris innixa, ne corruant.*

ORBI NIXA RUET.

Imago eorum, qui in terrenis fiduciam ſuam fruſtra ponunt.

* CCXXIX. *Pyramis ſtrata.*

HAUD STRATA RESURGAM.

Imago mortui in lethali peccato, vel damnati.

* CCXXX. *Pyramis, ſub velo nautico exciſa, & perfecta.*

VELATA PERFICIOR.

Religiosæ Virginis idea, in Religioso velo perfici studentis.

* CCXXXI. *Eidem Pyramidi velatæ lemma.*

VELOR, NE VIOLER.

Ejusdem Virginis, velo Religioso, illibatam Deo Virginitatem studentis conservare, idea.

* CCXXXII. *Pyramidi lemma.*

SPECTATUR ERECTA.

Homines in honoribus elatos, in infortuniis dejectos expressos habes, quorum primi spectantur, postremi ab omnibus negliguntur.

* CCXXXIII. *Pyramidi imperfectæ lemma.*

DEEST APEX.

Hominis elati, sed minimè ingeniosi idea.

* CCXXXIV. *Pyramis fulmine dejecta.*

DESUPER ICTA JACET.

Peccatoris Damnati imago, seu Excommunicati cujusdam.

* CCXXXV. *Pyramis quam plurimis instrumentis in altum evecta.*

SURGIT ADACTA.

Hominis invito animo ad honores promoti imago.

CCXXXVI. *Pyramidi, Verienus inscripsit.*

UT SEMPER ASPICIAR.

Elati hominis idea, qui semper amat suspici.

* CCXXXVII. *Pyramis, destructâ facinorosi cujusdam domo, exsurgens.*

ALTERIUS RUINA.

Hominis aliorum depressione emergentis, imago.

* CCXXXVIII. *Pyramis collapsa.*

ETIAM NUNC FRACTA QUIESCO.

Dejecti ab honoribus viri, imperterriti nihilominus imago.

CCXXXIX. *Pyramis in spatiosâ areâ erecta.*

VULT CAMPUM VIRTUS. vel IN ANGULO NUNQUAM.

Hinc disce, virtutem exerendi, campum requiri.

CCXL.

* CCXL. *Pyramis cum multis virtutum ſeu vitiorum Titulis.*

TITULOS HAUD PORTAT INANES.

Hominem famæ ſuæ parem, expreſſum habes.

* CCXLI. *Pyramis Ægyptiaca umbras ſuas abſorbens.*

UMBRAS NESCIVIT AB ORTU.

B. Virginis immaculatæ conceptæ, imago.

* CCXLII. *Pyramis parva in aris exponi ſolita, pro ornatu.*

SURREXI NUMINI. vel SOLI DEO.

Prælati Eccleſiaſtici imago.

* CCXLIII. *Pyramis honori cujusdam erecta.*

DOMINO SUO STAT, ET CADIT.

Hinc diſce, quemlibet ſoli Deo ſtare & cadere, adeoque & ejus, non tuo judicio ſubjacere.

* CCXLIV. *Pyramidi ſtratæ, & de novo erectæ, lemma.*

ET STRATA RECURGAM.

Peccatoris, ſeu reſurgentis ex dejecto ſtatu hominis, imago.

* CCXLV. *Pyramis multis virtutum Titulis inſcripta fulmine dejecta.*

VIRTUS, NIL FATA MORATUR.

Hinc diſce, maximè etiam virtuoſis, ſive morte, ſive aliorum perſecutionibus pereundum.

* CCXLVI. *Pyramis multis criminibus inſcripta, inter fulmina ſervata templorum turribus minimè tactis.*

MULTOS SERVAT FORTUNA NOCENTES.

Hinc diſce, meliorem ſortem malorum hoc in orbe eſſe, quam juſtorum.

* CCXLVII. *Pyramis ſtrata hederâ, ſeu herbis undique vireſcens.*

ET STRATA VIRESCIT.

Hominis inter adverſa calamitatum gaudentis, imago.

* CCXLVIII. *Pyramis per varios funes & cochleas elata.*

PER VINCULA SURSUM.

Eorum imago, quos vincula & carceres propter Deum perpeſſi, cœlo adſcripſere.

* CCXLIX. *Pyramides Ægypti Regibus, pro ſepulchro & monumento gloriæ erectæ.*

SEPULCHRA TENEMUS.

Eas puellas ſymbolum exhibet, quæ ſub ſpeciosâ veſte deformia corpora tegunt.

* CCL. *Pyramis quanta ſit, ex ejus umbrâ dignoſci poteſt.*

NOSCAR AB UMBRA.

S. Petrum Apoſtolum ſic exprime, cujus umbrâ languores curabantur.

* CCLI. *Pyramis erecta in locum demolitæ ædis malefactoris.*

ALTERIUS RUINA.

Eos qui aliorum degradationibus ſurgunt, expreſſo habes.

## CAPUT XIX.

## SEPULCHRUM.

* CCLII. *Specioſo ſepulchro lemma.*

OMNIS AB EXTRA DECOR.

Imago hypocritæ.

* CCLIII. *Sepulchrum cum titulis.*

TITULOS NIL PRÆTER INANES.

Ejuſdem hypocritæ idea.

CCLIV. *Gedanenſis quidam civis, poſtquam varia inti domum ſuam de mundi vanitate ſymbola poſuiſſet demum ſepulchro ſuo inſcripſit.*

FINIS VANITATIS. *Cui illud Fevillæi conſonat.*

HIC TERMINUS ESTO.

Omnium nempe vanitatum terminus, mors eſt.

CCLV. *Sepulchro, ſeu tumbæ Iſabellæ, è quâ S. Fran Borgias converſionis ſuæ initia hauſit, inſcriptum legi.*

A TUMULO VITÆ MELIORIS ORIGO.

*vel uti P. le Moyne placet.*

ÆTERNÆ INCUNABULA VITÆ.

Imago eorum, quibus converſionis ſuæ initia morti meditatio præbuit.

Re

Resurrectionem quoque corporis in Ext: Judicio Emblema depingit.

CCLVI. *Sepulchro P. le Moyne inscribit.*

OMNIBUS UNA QUIES. vel OMNIBUS UNA SALUS.

Humilitatis sepulchrum, seu latibulum sic exprimes.

CCLVII. P*ompæ funebri speciosæ, & amplæ, Burgundia inscribit.*

POMPÆ, NON ANIMÆ.

Eo fere pleraque nostra collimant.

* CCLVIII. *Sepulchro lemma.*

CONSTITUTA DOMUS OMNI VIVENTI.

Meminerint mortales harum domuum, quas modo incolunt, se solum ad breve tempus, illius vero ad longum futuros incolas.

* CCLIX. *Sepulchro lemma.*

HINC ELUCTABIMUR OMNES.

Imago justorum à malorum linguis & gutture quod *sepulchrum patens* Psalmista dicit, liberandorum suo tempore.

## CAPUT XX.

# STATUA. COLOSSUS.

* CCLX. *Statuæ lemma.*

OLIM TRUNCUS ERAM. *Horat.*

Meminerint mortales, se ex informi massa ad imaginem Dei formatos.

Meminerint item in dignitates elevati suæ prioris conditionis.

CCLXI. *Obelisco Ægyptio variis Hieroglyphicis ornato lemma.*

INTENDE ME CHI PUO.
QUI POTEST CAPERE, CAPIAT.

Paradoxum quoddam spirituale sic exprimes.

CCLXII. *Statuæ undique scalpris vulneratæ lemma.*

SIC INCLYTA PRODIT IMAGO.

Diſcant hinc juſti, ſeu mortificationum voluntariâ cæde, ſeu adverſarum rerum, ſe in inclytas & Deo gratas ſtatuas & imagines Chriſto conformes, transformari.

CCLXIII. *Memnonis ſtatua, Calendis Maji ad ortum ſolis, umbrâ ſuâ ingentem theſaurum demonſtrans, à Meneſtrerio lemma tenet.*

ORTUS FACIT ESSE LOQUACEM.

S. Joannem Baptiſtam, in Nativitate ſuâ Patri Zachariæ loquelam reſtituentem, expreſſum habes.

CCLXIV. *Idem Meneſtrerius ejuſdem Memnonis ſtatuæ inſcribit.*

SI NON LOQUOR, NON RESPICIOR.

Diſcant Chriſtiani, orandum ſibi, ſi à Deo reſpici velint.

* CCLXV. *Statua quæ preciſione ſuperflui ligni perficitur.*

ADIMENDO PERFICITUR.

Tollendo id, quod ſive in affectibus, ſive pecuniis ſuperfluum eſt, perfectio obtinetur.

* CCLXVI. *Statuæ dimidiâ ſolum ſui parte perfectæ, lemma.*

AUT NUNQUAM TENTES, AUT PERFICE.

Perſeverentiam in bonis, aut conſiliis, Emblema ſuadet.

CCLXVII. *Cereæ ſtatuæ, quæ in amorem prototypi ſpectantes rapiebat,* P. *Le Moine inſcribit.*

IGNESCIT, NEC LIQUESCIT.

Hominis inter amores aliorum intacti imago.

* CCLXVIII. *Statua in facie à ſtatuario diverſimode cæſa.*

HILARI FERT OMNIA VULTU.

Patientis animi, inter adverſarum rerum cædes, imago.

* CCLXIX. *Variis Deorum, Dearumque ſtatuis, intra officinam ſtatuarii conſtitutis, lemma.*

DEUM FINGIT SUA CUIQUE LIBIDO.

Va-

Varios homines expreſſos habes, in diverſis creaturis, ultimum ſuum finem conſtituentes.

* CCLXX. *Statuis in horto lemma.*

SPECTANT, ET ORNANT.

Sanctos in cœlo exprimit ſymbolum.

* CCLXXI. *Eiſdem lemma.*

SEMPER INEXPLETUM SPECTANT.

In eoſdem Sanctos.

* CCLXXII. *Variis Deorum ſtatuis, ex informi trunco elaboratis lemma.*

MEMORES, QUA SITIS ORIGINE NATI.

Abjectæ conditionis noſtræ memoriam, nunquam deponendam, ſuadet Emblema.

CCLXXIII. *Coloſſo collapſo in funere Mareſcalci Turenii inſcribebatur.*

QUIS FUERIM, NUNC SCIRE LICET.

Chriſtum in morte ſuâ à percutientibus pectora ſua Judæis, prius agnitum ſic exhibebis.

* CCLXXIV. *Coloſſo ingenti lemma.*

NON LICUIT VIDERE PARVUM.

Elati hominis idea.

CCLXXV. *Statuis duabus è viridibus ramis artefactis, P. Bovius inſcripſit.*

SERVAT SOLERTIA FORMAM.

Conſcientiæ per Examen ejuſdem ſemper in timore Dei ſervandæ documentum.

CCLXXVI. *Pedibus collapſi Coloſſi in nummo Friderici Imperatoris inſcribitur.*

ADHUC STAT.

Imperium Romanum, amiſſo Orientis Imperio, in unâ adhuc tibiâ in Occidente perfecte adhuc ſtans, expreſſum credo.

CCLXXVII. *Statuæ P. le Moyne inſcribit.*

PERCUTIAR, UT PERFICIAR.

Juſtum expreſſum habes, in flagella Dei paratum, quo vel iis perficiatur.

CCLXXVIII. *Statuæ ſub ſcalpris ſtatuarii conſtitutæ, P. le Moyne inſcribit.*

PERCUTIAR, UT PERFICIAR.

Imago animi, ad cruces & tribulationes reſignati.

* CCLXXIX. *Pluribus in officinâ ſtatuariâ ſtatuis, lemma.*

MILLE HOMINUM SPECIES.

Ingeniorum & animorum in qualibet Communitate differentiam, Emblema ſpectat.

* CCLXXX. *Eidem lemma.*

CONCORDES DOMUS UNA TENET.

Imago pacificæ familiæ.

* CCLXXXI. *Statua artificioſa in vili materiâ elaborata.*

ET IN VILI PRETIOSA.

Hominis in vili ſuâ carne ob Dei imaginem pretioſi Idea.

CCLXXXII. *Statua vel coloſſus ad terram ſtratus, ac paulatim virentibus herbis obductus.*

STRATA VIRESCIT.

Eos, qui ex calamitatibus illuſtriores redditi, imago ſpectat.

## CAPUT XXI.

## TEMPLUM.

* CCLXXXIII. *Templa omnia, ſuorum Patronorum nomina ſervantia.*

NULLI SUA NUMINA DESUNT.

Imago Angelicæ tutelæ, cuique à Deo datæ.

CCLXXXIV. *Romana aliquot templa, de quibus* Poëtæ *dictum pro lemmate.*

FICTILIBUS CREVERE DIIS.

Factum fuit in palatia ædificata à quodam, qui recenter nobilis creatus fuerat.

* CCLXXXV. *Templum à fulmine tactum.*

NIL UNDIQUE TUTUM.

* CCLXXXVI.

* CCLXXXVI. *Templo ſine altari lemma.*
NIHIL HOC, SI DEFICIT, ARA.
Templa eorum, qui juge ſacrificium non offerunt, Emblêma ſpectat.

* CCLXXXVII. *Templum cum cruce in faſtigio.*
PLURES AB INTRA.
Imago Magnatum, quorum cruces & adverſitates interiores non apparent.

* CCLXXXVIII. *Templum, cui plures in parietibus cruces appictæ.*
UNDIQUE CRUX EST.
In adverſitates juſtis undique obvenientes.

* CCLXXXIX. *Templum honoris præpoſterè ingreſſurus quidam, ante Templum virtutis lemma tenebit.*
ERRAS, HAC ITUR AD ILLUD.
Viam virtutis ſolam ad honores æternos ducere, Emblema docet.

* CCXC. *Templum in faſtigio crucem habens.*
SERVANT FASTIGIA CRUCEM.
Imago adverſitatum, quæ dignitatibus plerumque annexæ ſunt.

* CCXCI. *Templum reorum aſylum.*
MOESTIS PRÆSIDIUM REIS. *Horat.*
B. Virginem Refugium Peccatorum Emblema innuit.

* CCXCII. *Templum Deum intra ſe continens.*
SERVO, QUO SERVOR.
Imago B. Virginis utero gerentis Chriſtum.

* CCXCIII. *Templo lemma.*
REGIQUE, GREGIQUE.
D. Deum etiam minimos non aſpernantem expreſſum habes.

* CCXCIV. *Templum locus orationi deſtinatus.*
HIC OPTATA PETES.
Imago B. Virginis, ad quam velut ad Templum Salomonis in neceſſitatibus recurres.

## CAPUT XXII.

# THALAMUS.

* CCXCV. *Thalamo lemma.*

SPONSIS DABIT ILLE QUIETEM.

Cœleſtis beatitudinis idea, quæ ſponſis animabus ſempiternam requiem tribuet.

CCXCVI. *Thalamo obductis cortinis undique clauſo lemma erit.*

VULT ILLE SECRETUM.

Diſcant hinc conjuges, thalami conjugalis ſecreta ſibi ſervare.

CCXCVII. *Thalamus ſolum adultioribus in uſu eſt, cum cunæ ſint puerorum.*

PARATUR ADULTIS.

Diſcant hinc parentes, filios & filias ſuas ante maturam Matrimonii Sacramento ætatem & judicium, minimè ad matrimonium dare.

## CAPUT XXIII.

# THEATRUM.

* CCXCVIII. *Theatro lemma.*

ETIAM SCELERUM SPECTACULA PRÆBET.

Hiſtorici imago.

CCXCIX. *Auctor Periſtromatum Regiorum, Theatro in quo populo Comediæ exhibentur, inſcripſit.*

DELICIÆ POPULI.

Principem vel Prælatum quendam, Populis ſuis ſummè æſtimatum & amatum ſic depinges.

* CCC. *Theatro lemma.*

MISCENTUR TRISTIA LÆTIS.

Hic mundi curſus eſt.

* CCCI. *Theatrum in quo Muſicalia ſpectacula (vulgò* OPERA) *coram Rege exhibentur.*

OPERA MEA REGI.

Ho-

Hominis opera sua, bonâ intentione, ad D. Deum dirigentis, idea.

* CCCII. *Theatrum, prout scenæ exhibendæ id exigunt, modo sylvam, modo Palatium & cæt. repræsentat.*

SCENÆ COAPTOR.

Politici, sese scenæ ubique coaptantis idea.

* CCCIII. *Eidem Theatro, ob scenarum diversitatem sæpius immutato, lemma.*

MUTATUR IN HORAS.

Inconstantiæ humanæ, & vitæ nostræ idea.

* CCCIV. *Theatrum ob leges Perspectivæ eminus aspectum, gratiùs est.*

EMINUS INSPICIES.

Hinc disce, elongare te ab omnibus, quæ caro, mundus & dæmon, inspicienda tibi offerunt.

## CAPUT XXIV.

## TURRIS. PHARUS.

* CCCV. *Pharus de die & nocte navigantibus iter monstrans.*

PERDIUS ET PERNOX.

Assidui Prælati, seu Ecclesiastes idea.

* CCCVI. *Pharus ab alto mare illuminans.*

LUX OMNIS AB ALTO EST.

Discas hinc, omnia gratiarum actualium lumina, nusquam alio, quam è cœlo tibi obvenire.

* CCCVII. *Pharus etiam hostilibus navibus ardet.*

ET HOSTIBUS ARDET.

Ben fici in hostes animi, idea.

* CCCVIII. *Simili Pharo, eadem de causâ inscribes.*

IN SUA DAMNA MICAT.

Hominis propriis honoribus & Prælaturis sibi perniciosi, imago.

* CCCIX. *Pharo lemma.*

INVIGILAT PELAGO.

Supremi Rei Maritimæ Præfecti, idea.

* CCCX. *Pharo lemma.*

NUNQUAM SPECTATA FEFELLIT.

Ima-

Imago animi ſinceri, & minime fallacis.

* CCCXI. *Eidem lemma.*

PRÆLUXIT IN AVIA NULLI.

Imago ſinceri Doctoris, & Prælati nullum mala doctrinâ, ſeu exemplo ſeducentis.

* CCCXII. *Pharus navibus lucens.*

LUX OMNIS AB ALTO.

Gratias à ſolo Deo exſpectandas, docet imago.

* CCCXIII. *Pharo lemma.*

UT LUCEAT OMNIBUS.

Prælati imago.

* CCCXIV. *Eidem navibus hoſtilibus lucenti lemma eſt.*

ET HOSTIBUS ARDET.

Imago dilectionis inimicorum.

* CCCXV. *Eidem à pluribus in mari navibus ſpectatæ.*

SPECTATUR AB OMNIBUS UNA.

Imago S. Sedis Apoſtolicæ.

CCCXVI. *Eidem lemma.*

EX CULMINE COLUMEN.

Omne donum perfectum deſuper eſt.

* CCCXVII. *Turris multis circum ſe theatris aſſurgens.*

TOT SCANDO THEATRIS.

Imago inſignis cujuſdam Comœdi, famam ingentem adepti.

CCCXVIII. *Eidem Pharo lemma.*

LUX PUBLICA MONSTRAT.

S. Scripturam Pharum non immerito dices, aut ſummum Pontificem.

* CCCXIX. *Pharo propinquas naves clarius illuſtranti lemma.*

PROPINQUIS CLARIOR.

In viſionem in cœlo beatificam Dei, clariorem iis Sanctis, qui Deo propinquiores fuerint.

CCCXX. *Turrium aliquot vertices fulmine dejectæ.*

HIC FINIS AD ALTA LEVATIS.

Ima-

Imago periculi, quod iis eſt, qui in honorum culmine conſtituti ſunt.

* CCCXXI. *Pharus etiam recedentibus navibus adhuc prodeſt.*

ET RECEDENTES QUOQUE.

Imago D. Dei, non ceſſantis peccatores à ſe recedentes gratiarum ſuarum luce illuſtrare.

* CCCXXII. *Pharo lemma.*

TERRIS SPLENDET ET UNDIS. vel SALOQUE, SOLOQUE.

Virum bellis marinis & terreſtribus clarum ſic exprimes.

CCCXXIII. *In funere Electoris Brandenburgici Pharo navibus aliquot in tempeſtate conſtitutis lucenti inſcribebatur.*

NE PEREANT PROFUGI.

Reſpiciebat ſymbolum, Electorem defunctum exules clementer recipientem.

* CCCXXIV. *Turris, è quâ decidens eſt homo ex alto.*

IN ALTO PERICULUM.

Imago periculorum, quæ dignitates comitantur.

* CCCXXV. *Turris tormenta bellica in culmine ſui habens.*

IN ALTO TORMENTA.

Imago adverſitatum eaſdem dignitates comitantium.

CCCXXVI. *Pharo lemma Auctor Periſtromatum Regis Galliæ dedit.*

IN PUBLICA COMMODA FULGET.

Publicas Regis curas, quibus nocte, dieque bono & ſaluti populorum prælucet, exprimere volebat auctor.

* CCCXXVII. *Turris exaltata, ut altius Chriſti Crux aſcendat.*

EXALTANDÆ CRUCI.

Imago S. Helenæ, quam inveniendæ & exaltandæ Cruci ſuæ paravit Chriſtus.

CCCXXVIII. *Turri, ſeu Pharo lemma.*

COLUMENQUE, DECUSQUE.

Magna-

B. V. Mariam profugis ad ſe peccatoribus in ſalutem & decus ſingulare eſſe hinc doceberis.

* CCCXXIX. *Pharo ſeu Turri, quæ poſitis ſolum fundamentis, prius exſtrui incipit, lemma poſui.*

QUALIS ERO, JAM SCIRE LICET.

Præclaram Sancti, aut Principis cujuſdam indolem, ſic depinges. In adoleſcentiam.

* CCCXXX. *Pharus, ad quem plures in nocte & tempeſtate naves accurrunt, inſcriptum habuit.*

EXHILARAT PROFUGOS.

Principem in profugos miſericordem ſic exhibebis.

B. itidem Virginis Mariæ imago, quæ eſt omnium exulum & peccatorum Refugium & aſylum.

CCCXXXI. *Pharo lemma.*

IN LITTORE, LITTORA MONSTRO.

B. V. MARIÆ imago, è cœleſtis beatitudinis littore viam ſalutis monſtrantis cultoribus ſuis.

CCCXXXII. *In vitâ Symbolicâ B. Joſaphati, Polocenſis Archi Epiſcopi, Turris lemma tenet.*

PETIT ALTOS FABRICA COELOS.

Exprim. volebat ſymb. auctor ſtudium Th.S. ejuſdem.

* CCCXXXIII. *Turri Babylonicæ linguarum confuſione extrui intermiſſæ lemma.*

CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT, DISCORDIA MAXIMÆ DILABUNTUR.

* CCCXXXIV. *Pharus navibus non ſolum iter mònſtrat, ſed eaſdem etiam in portu recipit.*

ET RECIPIT QUEIS MONSTRAT ITER.

Confeſſarii in Confeſſionali pœnitentes benevole recipientis, iterque ſalutis eis commonſtrantis imago.

CCCXXXV. *Turri editæ, è quâ elatæ ad eam aquæ peregrè variis machinis derivantur,* P. *Niezporkowitz inſcripſit.*

QUAM PEREGRE DEDUCIT AQUAS!

B.V. Mar. gratiarum omnium adminiſtram exprimebat.

CCCXXXVI. *Zinckgrefius Pharo inſcribit.*

SALUS TANTILLO PUBLICA CONSTAT.

Imago ſalutis publicæ in unius viri bonis conſiliis ſæpe (conſiſtentis.

* CCCXXXVII. *Pharo lemma.*

NOCTU MONSTRANDO DIUQUE.

Gratiæ divinæ, ac propriæ conſcientiæ diu noctuque nos increpantis imago.

* CCCXXXVIII.

* CCCXXXVII. *Pharus naves errantes reducens.*

REDUCO DEVIOS.

Imago Confeſſarii, vel cujuſcunque Prædicatoris.

* CCCXXXVIII. *Pharus cum pluribus navibus lemma tenet.*

QUI ME NON RESPICIT, ERRAT.

B. V. Mariam in hoc mundi pelago Navigantium Pharum ſic exprimes.

* CCCXXXIX. *Pharo eidem lemma.*

QUI SEQUITUR ME, NON AMBULAT IN TENEBRIS.

Chriſtum D. imago exhibet.

* CCCXL. *Pharus de nocte nullis nubibus obſcuratur.*

NULLA ADIMUNT HANC NUBILA LUCEM.

Deſolati & calamitoſi conſtantis imago.

CCCXLI. *Geminis Pharis recte Chovaynus inſcripſit.*

PAR CURA SALUTIS UTRIQUE.

S. Ignatio Loyolæ, & S. Franciſco Xaverio Occidentis & Orientis Apoſtolis id rectè meo judicio adſcribes.

# LIBER XVII.

# INSTRUMENTA MECHANICA.



## CAPUT I.

## RESTIS.

* I. *Funarius retrocedendo funem torquens.*

OPERA EORUM SEQUUNTUR EOS.

Justorum opera eos in alteram vitam sequentia Emblema exhibet.

* II.

* II. *Eidem, quo plus de cannabe, qua circumligabatur, dimittit, eo majorem funem recipit.*

PLUS RECIPIT, QUO PLURA DEDIT.

Imago mercedis Eleemoſynæ reſpondentis in cœlo.

Imago paupertatis in cœlo remunerandæ.

III. *Eidem funem retrocedendo torquenti lemma.*

CRESCUNT MEA LUCRA RECESSU.

Imago humilitatis, in cœlo remunerandæ.

* IV. *Eidem lemma.*

CRESCUNT MEA VINCLA RECESSU.

Imago peccatoris quotidiè à Deo plus recedendo majorem ſibi damnationem parantis.

* V. *Funi lemma.*

DISCORDIA NECTO.

Imago Matrimonii quo pax inter duos formabatur.

Imago pacificatoris cujuſdam.

* VI. *Funis, dum torquetur, formatur.*

QUEM TORQUEO, FORMO.

Dei ſuos calamitatibus torquentis ut in perfectos viros excreſcant, imago.

## CAPUT II.

## FURNUS CAMPANUS CUM SIPHUNCULIS.

* VII. *Furno Campano ex variis Syphunculis ſtillanti liquorem, lemma.*

FLEVERUNT PARITER.

Communem quendam luctum ſic exprimes.

* VIII. *Alembicus aquæ calidæ impoſitus (Balneum chymici vocant:) varias guttas exſtillans.*

ISTI PER BALNEA FLETUS.

Imago filiæ cujuſdam, quæ in balneo talia egerat, quorum poſtea longâ patientiâ ducebatur.

IX. *Alembico, qui extra uſum otioſus erat, lemma.*

NON SEMPER IMBRES.

Vocationem aliquam ab adverſis Emblema èxprimit.

X. *Alembico ſub ſe ignes habenti, atque guttas exſtillanti Coll: Auct: inſcribit.*

NEFA FEDE IL PIANTO

NULLA FIDES LACHRYMIS.

Simulatæ pœnitentiæ, vel luctus cujuſdam imago.

* XI. *Alembico medicinales guttas exſtillanti lemma.*

VIRTUS EXIBAT AB ILLO.

Miracula Sancti cujuſdam ſic exprimes.

XII. *P. Bovius pluribus alembicis ſub uno igne inſcribit.*

SATIS OMNIBUS UNUS.

Exprimere volebat, S. Ignatium Generalem Societati ûnum ſufficere.

* XIII. *Alembicus ex fæce vinorum guttas deſtillans.*

ET LACHRYMAS DE FOECE TRAHIT.

Imago cujuſdam de obſcœnâ ſuâ vita pœnitentiam agentis.

* XIV. *Eidem alembico lemma.*

TRAHIT DE FOECE MEDELAS.

Imago ejus, qui ex aliorum malis bona elicit.

* XV. *Alembicis eiſdem lemma.*

LACHRYMAS ANGULUS ONNIS HABET.

Imago flebilis hujus in hac lachrymarum valle vitæ.

* XVI. *Alembico diſtillanti lemma.*

NOCTU LACHRYMANDO DIUQUE.

Jugem cujuſdam pœnitentiam ſic exprimes.
Imago S. Petri pœnitentis, aut S. M. Mag.

* XVII. *Alembicis lemma.*

FERVENTES SPIRITU.

Fer-

Fervorem Religiosæ cujusdam Communitatis sic exprimes.

* XVIII. *Alembicus, quas primo stillas exsudat, medicatæ sunt, quas in fine, nullius vigoris, quas Chymici phlegma dicunt.*

LACHRYMÆ SERÆ, RARO VERÆ.

Dictum S. Augustini Emblema confirmat.

*Pœnitentia sera, raro vera.*

* XIX. *Aquæ medicinales in fragili & vitreo alembico destillatæ.*

VIRTUS AB INFIRMO. vel VIRTUS IN INFIRMITATE PERFICITUR.

Docet symbolum, virtutem cujusdam, etiam in lecto, dum infirmus est, spectatam.

* XX. *Eidem destillanti Alembico lemma.*

VIS LACHRYMAS TOLLERE, TOLLE FOCUM.

Imago abijciendorum obscœnorum amorum, unde dolores ex sera pœnitentia exspectanda.

* XXI. *Spiritus in alembici capitello residentes guttatim emissi.*

EX CAPITE VIRTUS.

In cujusdam politicam, seu militarem prudentiam.

* XXII. *Alembico lemma.*

LACHRYMAS SURSUM VIS PROMOVET IGNIS.

Veras lachrymas à verâ contritione Dei super omnia Dilecti ortas symbolum depingit.

* XXIII. *Alembicus guttas exsudans.*

SUDOR AB IGNE.

Christi in horto sudorem, ab intensissimo in genus humanum amore expressum rectè sic exhibebis.

* XXIV. *Aridis floribus seu herbis guttas ex alembico emittentibus lemma.*

LACHRYMANTUR ET ARENT.

Imago fictæ pœnitentiæ.

* XXV. *Flores eidem balneo ut Chymici vocant, ardentes, & natantes.*

NATANT, ET ARDENT.

Obſcœnos amores, qui in balneis contingere ſolent, ſic exprimes.

* XXVI. *Alembicus ſudans.*

ALIIS, NON SIBI SUDAT.

Imago Chriſti pro humano genere in agoniâ ſuâ ſudantis.

* XXVII. *Flores in balneo chymico ardentes.*

ARDENT, ET OLENT.

Imago eorum, quorum bona fama, vitæ zeloſæ convenit.

Imago etiam damnatorum, de quibus Auguſt. *Laudantur, ubi non ſunt, cruciantur, ubi ſunt.*

* XXVIII. *Alembicus vitreus odoratos ſpiritus diſtillans.*

ODOR AB INFIRMO.

Imago eorum Sanctorum, qui ex fœdis ulceribus bonos odores miraculosè ſpirarunt.

* XXIX. *Alembici vapores aſcendentes tum demum in guttas coëunt, cum ad capitellum aſcendentes vi frigoris in guttas coëunt.*

IN ALTO LACHRYMÆ.

Dolores, qui honorum comites eſſe ſolent, exprimit ſymbolum.

## CAPUT III.

## AMUSSIS FABRILIS.

* XXX. *Amuſſis fabrilis, ſeu funiculus colore tinctus, elevatur, ut ligno alliſus lineam formet.*

ELEVANS ALLISISTI ME.

Imago eorum, qui in exitium ſuum ad honores promoti.

* XXXI. *Eidem funiculo, qui quo plus torquetur, eo rectior eſt, lemma dabis.*

PLUS TORTUS, PLUS RECTUS.

Imago Calamitatum juſtos perficientium.

* XXXII. *Amuſſis lignum ferit, lineamque in eo format, ut idem fabricæ aptetur.*

FE-

FERIT, UT APTET.

Imago D. Dei ſuos adverſis ferientis, ut eos aptos & idoneos Regno ſuo faciat.

* XXXIII. *Amuſſis manu elevatur, ut lignum feriat.*

ELEVOR, UT FERIAM

Imago Tyranni, quo Deus utitur in ſuorum caſtigationem.

* XXXIV. *Eadem amuſſis, quò arctius torquetur, eo minus elevari poteſt.*

ELATA MINUS, QUO TORTA MAGIS.

Imago calamitatum, quibus, quo plus à Deo torquemur, eo magis intra nos humiliamur.

## CAPUT IV.

## ACUS.

* XXXV. *Acus phrygionis vulneri à ſe facto ſericum vel aureum filum inſerens.*

INSERO VULNERIBUS MELIORA.

Imago cujuſdam, qui detractionem à ſe factam multis proximi laudibus compenſabat.

* XXXVI. *Acui lemma.*

SIBI PANDIT ITER PER VULNERA.

Imago Martyris.

Imago ſingularis Cultoris SS. Vulnerum Chriſti, quibus ſibi viam ad cœlum ſternit.

Imago Belliducis inter hoſtiles acies glorioſe confoſſi.

* XXXVII. *Acus.*

NUNQUAM NON LÆDIT AGENDO.

Imago hominis omnibus injurii.

* XXXVIII. *Acus Phrygionis.*

DUM PUNGIT, PINGIT.

In vim calumniarum, quibus in honore compuncti apud Deum exornamur.

* XXXIX. *Brevis acus Phrygionis longum aureum filum attrahens.*

 QUOD

QUOD PLACET, HOC LONGUM EST, ET BREVE, QUOD CRUCIAT.

Imago gaudiorum cœleſtium, brevibus hujus vitæ cruciatibus ſuccedentium.

* XL. *Acui lemma.*

PUNGIT ACUTA.

Imago mordacis ſatyrici.

* XLI. *Acus Phrygionis aliâ ſemper viâ revertens.*

ALIA MOX REDITURA VIA.

Imago Dæmonis juſtos aliis & aliis modis tentantis, & torquentis.

* XLII. *Sericum filum ab acu attractum.*

SUCCEDUNT MOLLIA DURIS.

Conſolationes juſtorum, deſolationibus eorundem ſuccedentes expreſſas habes.

* XLIII. *Acus nullo diſcrimine fila aurea ſerica, ex lino, lanâ &c. attrahens.*

ATTRAHO QUOSVIS.

Imago meretricis indiſcriminatim quoſvis amoribus ſuis implicantis.

* XLIV. *Acus manu attracta, ſimul etiam filum attrahit.*

TRAHITURQUE, TRAHITQUE.

Meretricis itidem imago, quoſvis attrahentis ad amplexus ſuos, & pariter ſe attrahi patientis.

* XLV. *Acui lemma.*

FERREA SUM, TRAHO TAMEN.

Imago meretricis parum moribus ſuavis.

* XLVI. *Acus acuta, ſed ſine oculo, quo filum attrahitur.*

NIL APEX, OCULO DEFICIENTE VALET.

Exprimit Emblema, nil mereri ingenia magna, niſi actionibus ſuis comitem bonam intentionem habeant, cujus oculus ſymbolum eſt.

* XLVII. *Vice verſâ eidem lemma.*

NIL OCULUS NISI COMES APEX.

Prælatorum oculis ſeu vigilantiæ, prudentiæ apicem jungendum ſuadet ſymbolum.

* XLVIII. *Acus foramine seu oculo suo filum attrahens.*

OCULO TRAHIT.

Imago puellæ, oculis suis ruinam præbentis proximo.

## CAPUT V.

## CATENA.

XLIX. *Catenæ ex pluribus ferreis nexibus constanti lemma.*

FORTIOR EX NEXU.

Mutuum auxilium, ejusque vim expressam habes.

* L. *Catenæ lemma, cum pendet.*

FINISQUE AB ORIGINE.

Finem ordinariè vitæ conformem Emblema pingit.

* LI. *Catenæ lemma.*

NEXIBUS EXCRESCIT

In quendam honores parentelæ & matrimonii nexibus adeptum.

* LII. *Catenæ pendentis annuli omnes ab uno pendentes.*

OMNES PENDEMUS AB UNO.

Dependentiam nostram à Deo Emblema sistit.

* LIII. *Ejusdem catenæ annulis lemma.*

CASU PENDEMUS AB UNO.

Corporis & animæ communem in alterâ vitâ sortem Emblema exhibet.

* LIV. *Catenæ annuli.*

CONNEXI INVICEM.

Imago peccatorum, quæ ferè ut annuli sibi invicem connexa hærent.

* LV. *Catenæ annulis ferreis auctis lemma.*

CRESCUNT MIHI VINCULA NEXU.

Consuetudinem expressam habes, aucto peccatorum numero & nexu, nos arctius constringentem.

LVI. *Catenæ, cujus partes posteriores prioribus attractis sequuntur, Castellanus Fredro inscribit.*

TRAHITUR NEXA, NISI PRÆSCINDATUR.

Errorem unum ex altero nasci, nisi maturè abrumpatur, innuitur.

LVII. *Vulcani catena in fabulis, cujus vinculis nec Mars, nec Venus se poterant extricare.*

VINCIT UTRUMQUE.

Imago consuetudinis, quæ firmissimè obstrictos sibi habet milites malos, & obscœnos amatores, ne resipiscant.

* LVIII. *Catena portæ domus interius obducta.*

SECURITAS MELIOR.

Exteriori sensuum custodiæ interior animi præstat.

## CAPUT VI.

# TEXTORIA MACHINA.

LIX. *In textoriâ machinâ, major orbis pluribus minoribus circumactus.*

TOT VERTITUR ORBIBUS ORBIS.

Imago tot revolutionum, quibus mundus agitur.

## CAPUT VII.

# CIRCULUS DOLIARIS.

* LX. *Circulus doliaris nimis fortiter constrictus & dissiliens à Boxhornio lemma tenet.*

NE QUID NIMIS.

Imago disciplinæ non nimium arctandæ.

* LXI. *Circuli doliares cum ruptis suis, ubi coeunt, ligamentis dissiliunt, vas integrum sæpe dissolvitur.*

E MINIMIS MAXIMA.

Curam minimorum symbolum suadet, ex neglectis enim venialibus mortalia peccata sequuntur.

* LXII. *Circulo doliari lemma.*

UTILIS, CUM FLEXILIS.

Obe-

Obedientem & flexilem indolem ſymbolum commendat.

* LXIII. *Circulus doliaris, cum rigidus eſt, aquis immiſſus flexilis evadit.*

SIC RIGIDA FLECTES.

Imago S. Auguſtini lachrymis S. Matris ſuæ Monicæ, ad meliorem vitam flexi.

* LXIV. *Circulus doliaris vas ambiens.*

UT VINCIAT, AMBIT.

Dæmonis amores noſtros ambientis imago, ut æternæ damnationis vinculis nos illiget.

* LXV. *Ampliores circuli, quoniam orificio vaſis vicini ſunt, plùs arctantur malleis, ut ad idem pertingant.*

AMPLIOR ARCTIOR.

Eorum, qui in amplis divitiis & honoribus ſunt, adverſitates expreſſas habes.

* LXVI. *Circulus ferreus vas conſtringens, quod ligneos circulos diſruperat.*

LEVIORE REJECTO STRICTIUS IMPERIUM.

Eos ſymbolum pingit, qui ſuavi Chriſti jugo excuſſo graviori dæmonis ſe ſubdunt.

* LXVII. *Circulus doliaris vas vacuum ambiens.*

AMBIT ADHUC VACUUM.

Fidi in paupertate amici idea.

## CAPUT VIII.

## CLAVIS.

* LXVIII. *Claves duæ Papales in modum Crucis decuſſatæ.*

HÆC RATIO TENTANDI ADITUM.

Crucem & adverſitatem aptiſſimam cœlo reſerando clavem eſſe, Emblema docet.

LXIX. *Clavi, quam Logica in manibus tenebat, inſcriptum in Theſibus legi.*

AD MAJORA VIAM PANDET.

In-

Innuebat Symbolum, ſcientiam hanc omnium aliarum clavem eſſe.

LXX. *Papalibus clavibus ex annulo pendentibus, in quo circumvolvi poſſunt lemma.*

SERIE IMMORTALI.

Succeſſionem Pontificiam ad finem mundi duraturam ſymbolum innuit.

* LXXI. *Clavis fruſtra torta, ut oſtium aperiat, lemma tenebit.*

TORQUEOR INCASSUM.

Imago Confeſſarii fruſtra torti, ut ſigillum Confeſſionis pandat.

Imago S. Laurentii fruſtra torti, ut theſauros Eccleſiæ panderet.

* LXXII. *Clavis ſeram pandens, quam intus torquet.*

QUAM TORQUEO, PANDO.

Imago D. Dei ſuos adverſis, ad veram peccatorum confeſſionem adducentis.

LXXIII. *Clavi parvæ P. Maſenius inſcribit.*

QUÆ MINOR EST, HÆC PLURA POTEST.

Imago orationis eo efficacioris, quo eſt humilior.

* LXXIV. *Eidem parvæ clavi lemma.*

QUÆ MINOR EST, HÆC TORTA MINUS.

Humiles aliorum vexationibus plerumque liberos exprimit Emblema.

* LXXV. *Clavi lemma.*

SOLI DOMINO.

Juriſdictionis Eccleſiaſticæ clavem ſæcularibus minime competentem exprimit ſymbolum.

LXXVI. *In Sacriſtiâ RR. PP. Auguſtinianorum Varſaviæ, clavis ingentem ſeram vertens inſcribitur.*

TOT PONDERA VERTIT.

Clavis Sacramentalis tot per Abſolutionem peccatorum pondera vertentis idea.

C A-

## CAPUT IX.

# CLAVUS.

* LXXVII. *Clavus malleo confixus.*

UT CONFIGAR TOTUS.

Calamitas Deo nos totos configit.

* LXXVIII. *Clavus malleo adactus.*

URGET NOS.

*Charitas Christi urget nos. 2 Cor. 5. Cap.*

* LXXIX. *Clavo in lignum immisso.*

PROMPTIUS IMMITTES, QUAM EXTRAHES.

Monet symbolum, non eâ facilitate fieri honoris reparationem, quâ diffamationem.

* LXXX. *Clavus caput, ut vocant, habens, sed suo acumine privatus.*

CAPUT ADEST SED DEFICIT APEX.

Imago obtusi & indocti Superioris.

* LXXXI. *Clavus flexilis inutilis.*

UTILIS, CUM RIGIDUS.

Justitiam inflexilem esse debere, ut reos configat, symbolum innuit.

* LXXXII. *Clavus malleo in lignum vi immissus.*

CONFIGOR ADACTUS.

Eorum imago, quos calamitates Deo uniunt.

* LXXXIII. *Eidem lemma.*

DESCENDIT ADACTUS.

Naturæ nostræ ad humiliationes invitæ idea.

* LXXXIV. *Clavi calceis militum de hyeme affixi, ut facilius lubrica hostium munimenta ascendere assultu possint.*

ADJUVAT ASCENSUM.

Imago clavorum Christi, quibus in Cœlum via paratur.

CA-

## CAPUT X.

# CUNEUS.

LXXXV. *Cuneo lemma P. Masenius ponit.*
UT FERIOR, FERIO.
Imago vindicativi, ac quas accepit, injurias, in aliorum damna ferocis.

* LXXXVI. *Cuneus ingens ferreus forti malleo adactus.*
FORTEM VIS FORTIOR URGET.
Vi cedendum esse monet symbolum.

* LXXXVII. *Cuneo lemma.*
FERIOR, NON FRANGOR.
Infracti animi idea.

* LXXXVIII. *Cuneo lemma.*
URGET, URGETUR AT IPSE.
Carnis, dum Spiritui infesta est, ab eo per mortificationes compressæ imago.

* LXXXIX. *Cuneus lemma tenet.*
UNITA SECARE.
Susurronis, ac cujuscunque seminatoris discordiarum inter fratres, imago.

## CAPUT XI.

# FOLLIS.

* XC. *Folli in vivos carbones sufflanti lemma.*
QUO VITA NUSQUAM DECIDAT. Ex Hym. S. Spiritus gratiam justis incessanter necessariam, ne spiritualiter vivere desinant, expressam vides.

* XCI. *Folles, cum aere seu spiritu inanes sunt, elevantur.*
LEVANTUR INANES.
Imago plurium indoctorum ad honores elevatorum.

* XCII. *Folles organici, cum ſubſiderunt & inanes ſunt, calcantur ut aſſurgant.*

CALCANTUR INANES.

Imago ignorantiæ, & paupertatis, ubique contemptæ.

* XCIII. *Organici folles.*

QUI CALCAT, IS ERIGIT IDEM. vel CALCA, LEVABIS.

Quæ nos proterere videntur adverſa, vel maximè nos levant.

* XCIV. *Eiſdem follibus, mox ut elati ſunt, ſubſidentibus lemma.*

ELEVATI SUNT AD MODICUM.

Imago impiorum hoc in mundo.

* XCV. *Follis elevatur.*

SPIRAT ELATUS.

Imago Thraſonis faſtuoſi.

* XCVI. *Follis elatus.*

SCANDIT ADACTUS.

Eorum imago, qui inviti dignitatibus præficiuntur.

* XCVI. *Follis ſubſidens ſpirat.*

DUM SPIRO, SUBSIDO.

Vitæ noſtræ indies deficientis imago.

* XCVIII. *Folli lemma.*

DUM IMPLEOR EFFEROR.

Imago divitis faſtuoſi.

* XCIX. *Folli lemma.*

EFFLAT, UT INFLATUR.

Imago cujuſdam aliorum inſtigationibus ſua agentis.

* C. *Follis elevatus, aëre impletur.*

ERIGOR AURA.

Imago cujuſdam, aliorum adulationibus, in faſtum elati.

## CAPUT XII.

## INCUS.

* CI. *Incudi, in quâ ferrum ignitum flectitur lemma.*

HIC RIGIDA FLECTES.

Calamitati proprium eſt, obduratos animos ad pœnitentiam emollire.

CII. *In Sacriſtiâ S. Joannis Varſaviæ incus lemma tenet.*

GAUDET PATIENTIA DURIS.

Viri patientis idea, duris quibuſcunque delectati.

CIII. *P. Pineda in fronte Commentariorum ſuorum in Jobum, incudi inſcribit.*

IMPAVIDUM FERIENT.

Ejuſdem Sancti patientiam Emblema ſpectat.

* CV. *Incudi lemma.*

OMNIA SUFFERT, OMNIA SUSTINET. vel QUIDVIS PERFERRE, PATIQUE. *Hor.*

Imago animi, ad omnia ſufferenda reſignati.

* CV. *Incudi, quæ & ignita ferramenta, & malleorum ictus perfert, lemma.*

FERRUM PATIETUR ET IGNES.

In S. quendam Martyrem, poſt ferreos ſcorpiones, demum pro Deo igne crematum.

## CAPUT XIII.

## LIMA.

* CVI. *Limæ, quæ metalla acuit, lemma.*

ACIEM DEDIT ILLA METALLIS.

Hoc in laudem Chriſtianiſſimi Regis non exiguam cedit, quod, quotannis in Re Metallicâ eo agente prodierint numiſmata ingenioſiſſimis Symbolis ornata.

CVII.

CVII. *Lima, dum argento vel auro aliquid detrahit, ejusdem metalli splendorem assumit.*

SPLENDET ADEMPTIS.

Prælati Regularis idea, qui exactam paupertatis observantiam introduxit.

CVIII. *Limæ apud Auct: Coll: lemma est.*

ADDO DUM ADIMO.

Paupertati, dum terrena bona nobis adimit, proprium est, spiritualia nobis augere.

CIX. *Lima, ferramentis informibus non tantum formam, sed & polituram dat.*

FORMATA POLIRE.

Eloquentiæ imaginem habes.

* CX. *Limæ omne suum robur est ab inflictis et transversis scissuris & fissuris.*

A VULNERE ROBUR.

S. Ignatium Lojolam occasione vulneris conversum expressum habes.

* CXI. *Lima, dum metallis aliquid detrahit, simul & idem sibi facit.*

ALIIS ADIMENDO SIBIQUE.

Paupertatis Religiosæ, in se & aliis exacti observatoris, imago.

## CAPUT XIV.

## MALLEUS.

CXII. *Malleis P. Masenius inscribit.*

TOLLUNTUR, UT RUANT.

Eorum imago, qui ad mentem Poëtæ.

*Tolluntur in altum,*
*Ut lapsu graviore ruant.* Claud.

CXIII. *Malleus modicum auri frustum in tenuem, sed ingentem lamellam extendens.*

MAXIMA DE MINIMIS SCIT FACERE.

Hominis, proximi defectus exaggerantis, imago.

* CXIV. *Malleus, nummos in monetario cuneo feriens.*

FERIT, UT FORMET.

Calamitatis idea juſtos ferientis, ut aptos formet Regno Dei.

* CXV. *Malleus aurifabri.*

ET PRETIOSA FERIT.

D. Dei, ſuos calamitatum ictibus ferientis imago.

* CXVI. *Malleus auri fruſta jam ponderata & probata in monetario cuneo feriens.*

PROBATOS FERIO.

In idem.

* CXVII. *Malleus, plerumque deorſum feriens.*

PLERUMQUE DEORSUM.

Ideam habes naturæ noſtræ ad mala pronæ.

* CXVIII. *Malleus lavatorius.*

VERBERE PURGAT.

Calamitatis juſtos hoc in orbe expurgantis imago.

CXIX. *Malleo cor in incude ferienti, P. Chriſtophorus Braun, in Concionum ſuarum fronte inſcribit.*

CONTERE.

Officium præcipuum Concionatoris innuere volebat, obdurata ad pœnitentiam corda ferire, ut conterantur.

## CAPUT XV.

## MODULUS.

* CXX. *Modulus, in quo cerei Agni Dei formantur.*

FORMA GREGIS FACTI.

Prælatum bono exemplo ſuis prælucentem expreſſum vides.

* CXXI. *Moduli lamina, cum efformatâ intra ſe figurâ.*

QUAM BENE CONVENIUNT.

Hominem ex limo formatum eidem per omnia ſimilem ſic exprimes.

CA-

## CAPUT XVI.

# MORTARIUM.

* CXXII. *Mortario lemma.*

HIC DURA MOLLESCUNT.

Calamitatem obduratos emollientem expreſſam habes.

* CXXIII. *Mortario cum granis aromatum aliarumve rerum.*

IN PULVEREM REDUCES ME.

Morti mortarium non multum abſimile dices.

* CXXIV. *Mortario illi, in quo pyrium pulverem inventum ferunt, lemma.*

ORBIS TERROREM GENUI.

Matrem Magni Belliducis ſic exprimes.

## CAPUT XVII.

# PENICILLUS PICTORIUS.

* CXXV. *Penicillus Apellis Pictoris, qui rogatus, cur tam tardè pingeret, reſpondebat, Æternitati pingo.*

ÆTERNITATI.

Imago operum humanorum, quæ quam perfectiſſima, æternitati facienda.

Et hic APELLES noſter SYMBOLICUS recordetur, in quavis lineâ hic ducendâ, non ÆTERNITATI alteri ſibi pingendum, quam felici in cœlis conſequendæ, qualemcunque hanc ſui tabulam ſoli divinæ gloriæ, & proximorum utilitati elaborando.

* CXXVI. *Penicillo, dum tabulæ colores illinit, lemma.*

ILLUSTRO, NON MACULO.

Idem juſtis præſtant calumniæ.

* CXXVII. *Penicillus.*

FORMOSUM QUEMLIBET ILLE FACIT.

Adulatoris imago.

Imago hominis, bona de quovis loquentis.

* CXXVIII. *Penicillo eidem lemma.*

PER TABULAS IMPUNE VAGUS.

Imago Hiſtorici.

Imago Critici, quævis carpentis.

## CAPUT XVIII.

# PLANULA.

* CXXIX. *Planulæ, in aſpero aſſerculo lemma.*

NIL ASPERA TERRENT.

Infracti & imperterriti viri idea.

CXXX. *Eidem lemma.*

ASPERA RECTIFICAT.

Imago charitatis, quæ malum non cogitat, quamque *actionem Rectitudinis* S. Auguſtinus appellat.

Imago hominis, aſperos in invicem animos, pacem conciliando, rectificantis.

Imago Miniſtri prudentis, qui in magnis negotiis offerentes ſeſe difficultates novit complanare.

* CXXXI. *Planulæ, lignum ferienti, lemma.*

QUEM FERIT EXÆQUAT.

Imago D. Dei, qui quos adverſitatum planula ferit juſtos; eoſdem ad cœleſtem fabricam aptos facit.

* CXXXII. *Planula.*

ASPERA ASPERIS.

Imago Prælati, qui correctionis aſperiorem planulam, maximè in eos immittit, qui aſperioris & minimè pacificæ indolis ſunt.

## CAPUT XIX.

# TORCULAR. VINARIUM.

CXXXIII. *Torculari vinario, quod pro uvis muſtum reddit, P. Heſius inſcripſit.*

AC-

ACCIPIT, UT MELIORA REPONAT.

D. Dei in perſonâ pauperum eleemoſynas recipientis imago, ut meliora nobis reponat.

## CAPUT XX.

# PRÆLUM TYPOGRAPHICUM.

CXXXIV. *Prælo Typographico, imago I. Sæculi inſcribit.*

FINGITQUE PREMENDO.

Deus ſuos calamitatum torculari premendo, fingit ex eis viros, ad cor & beneplacitum ſuum.

* CXXXV. *Prælis eiſdem lemma.*

REDDIMUS EXTINCTOS LUCI.

Imago eorum, qui luci æternæ, animas Purgatorii per ſuffragia reddunt.

* CXXXVI. *Prælis eiſdem lemma.*

MACULANTQUE PREMENDO.

Eorum imago, qui aſperiore diſciplinâ, aliis ad peccatum occaſioni ſunt.

CXXXVII. *P. le Moyne, eiſdem inſcribit.*

ILLUSTRANT, DUM INFUSCANT.

Ea eſt calumniarum indoles, ut quorum innocentium famam obfuſcare nitebantur, falſitate compertâ, magis illuſtrent.

## CAPUT XXI.

# REGULA FABRILIS.

CXXXVIII. *Regulis aliquot in mappâ Geographicâ quadam, inſcriptum vidi.*

CUM HIS OMNIA.

Omnia nempe legibus & regulis ſuis ſtant & ſine iis pereunt.

* CXXXIX. *Regula juſta.*

NIL INIQUUM JUDICAT ÆQUUS.

Imago bonorum aliorum facta minimè judicantium.

* CX. *Regula templi parietes censurans.*

ET SACRA CENSURAT.

Imago D. Dei, qui ſeveriſſimum judicium excercebit in peccata Religioſorum.

Imago etiam Cenſoris Religioſorum.

## CAPUT XXII.

## SECURIS.

* CXLI. *Securis, cum feritura eſt, elevatur.*

FERIT ELATA.

Imago hominis in dignitatibus truculenti.

* CXLII. *Securi ingentem truncum diſſecaturæ lemma.*

REPETITO SÆPIUS ICTU.

In animum minimè abjiciendum in difficultatibus, mox primâ vice non ſuperatis.

* CXLIII. *Securis, ſi recto ictu feriat, profundius penetrat, quam ſi obliquo.*

RECTO FERIT ACRIUS ICTU.

Imago correctionis juſtæ & moderatæ, quâ magis ſubditorum animi ad correctionem feriuntur, quam eâ, quæ terminos ejuſdem excedit, & ex animo perturbato, ac ſuis paſſionibus occupato oritur.

* CXLV. *Magiſtratuum ſæcularium apud Romanos ſecures & virgæ, ramulis laureis colligatæ erant.*

QUAM BENE JUNGUNTUR.

Innuit Emblema, Magiſtratibus non tantum pœnas, ſed & præmia pro bonis in promptu eſſe debere.

* CXLV. *Securis eadem.*

MODERATO SPLENDEAT USU.

Ex-

Exprimit Emblema, tum demum ſecuribus Magiſtratuum laudem ac ſplendorem eſſe, cum in ſumendis pœnis non nimis frequentes ſunt.

# CAPUT XXIII.

# SERRA.

* CXLVI. *Serra ærugine hebetata.*

EX OTIO HEBES.

Exprimit Emblema, acutiora etiam ingenia hebetari deſidiâ, & otio torpeſcere.

CXLVII. *Serræ, quæ membrum ſecabat, inſcriptum legi.*

PATERE, UT SALVERIS.

Suſtineamus hic uri & ſecari, ut in æternum nobis parcatur.

* CXLVIII. *Serræ lemma.*

DENTIBUS INNUMERIS.

Mordacis Calumniatoris imago.

* CXLIX. *Serræ, quæ in otio à ſerratore exacuitur, lemma.*

AB OTIO ACIES.

Imago innuit, modicâ quiete & recreatione exacui ingenia.

* CL. *Serra per trabes, & marmora attracta.*

SIBI PANDIT ITER PER ASPERA.

Imago generoſi animi ſublatis difficultatibus viam ſibi ſternentis ad deſiderata.

* CLI. *Serra ſæpius eundo ſplendens.*

SPLENDET EUNDO.

Legati cujuſdam, aut alterius multis peregrinationibus celebris, idea.

# LIBER XVIII.

# INSTRUMENTA LUSORIA.



## CAPUT I.

## ALEA.

I.* *Alea, quæ modo uno modo pluribus punctis notata ſuperius fuit.*

OMNE TULIT PUNCTUM. *Ovid.*

Imago hominis, proſperâ & adverſâ ſorte uſi.

II.

II. *Aleæ, in quâ plura nigra puncta plus valent, P. Abrahamus à S. Clarâ inscripsit.*

CEDUNT CANDIDA NIGRIS.

Mundi ingenium eſt, malos præferre.

* III. *Duabus aleis, è manu abjectis, lemma.*

PAR FORTUNA DUORUM. *Ovid.*

Imago communis ſortis, corpori & animæ, in alterâ vitâ ſubeundæ.

IV. *Aleæ P. Hesius inscribit.*

ABJECTA, NON EVERSA.

Infracti inter contumelias viri, imago.

* V. *Aleis duabus jactatis, lemma.*

JACTU PARES.

Imago duorum Martyrum, eadem paſſorum.

* VI. *Alea, in tympano, ad patibulum a militibus jacta.*

VITÆ VEL INTERITUS. vel ET VITÆ ET TESSERA MORTIS.

Imago vitæ noſtræ, cujus alea vel vitam vel mortem ſempiternam, adducet.

* VII. *Eidem aleæ, unico ſubide puncto, vel mortem vel vitam ferenti lemma.*

PUNCTO QUANTUM DEPENDET AB UNO.

Imago pretii, vel unius hac in vitâ momenti, quo ſæpe vel vita, vel æterna mors obvenit.

* VIII. *Alea, ad patibulum infeliciter jacta.*

NECAT QUOS ANTE DITARAT.

Imago mundi & Dæmonis.

* IX. *Alea, quæ ob cubicam ſuam formam, ubique recta eſt.*

UBIQUE RECTA. vel UNDIQUE RECTA.

Imago viri undiquaque recti & ſinceri.

* X. *Aleæ lemma.*

JACTA LUCRUM.

Ex adverſitatum jactu, lucrum & meritum apud Deum juſtis proveniens, Emblema exhibet.

* XI. *Aleæ duæ ex uno jactu diversa puncta habentes.*

JACTU LUCRUM QUAM DISPAR AB UNO EST?

Imago adversitatum earundem cum dispare merito hoc in mundo toleratarum imago in bono & malo latrone est.

* XII. *Alea in manu ad jactum parata.*

SI FORTUNA VOLET. *Juven.*

Sortes nostras in manu Dei positas Emblema innuit.

* XIII. *Aleæ lemma.*

ALIIS, NON MIHI LUCRUM.

Imago earum satisfactionam, quæ variis Sanctis superfluæ, nobis per Indulgentias applicatur.

* XIV. *Aleæ lemma.*

UBIQUE OCULI.

Imago viri circumspecti.

* XV. *Alea ex oculis suis judicatur, num bona vel mala sit.*

SORS SUA QUEMQUE BEAT.

Ingenium mundi est, beatos judicare divites, & hoc in mundo felices.

* XVI. *Alea mutatis semper oculis.*

NON EADEM, ET EADEM.

Imago inconstantis.

* XVII. *Aleæ oculi, qui sursum sunt, solum lucrantur.*

LUCRA SUPERNIS.

Illis solum intentionibus (quarum oculi symbolum sunt) operibus nostris meritum lucramur, quæ in cœlum ad Deum diriguntur.

* XVIII. *Aleæ oculi, quibus in terram respicit, absconsi sunt.*

ABDIT, QUEIS RESPICIT IMA.

Imago hominis sinistras suas intentiones artificiosè celantis, seu cujuscunque hypocritæ.

* XIX. *Aleæ lemma.*

NEC NIHIL, NEC QUIDLIBET.

Ho-

Hominis in aliquibus, non omnibus circumſpecti.

* XX. *Aleis duabus jactis lemma.*

UTERE SORTE TUA.

Documentum non negligendarum, cum adſunt, occaſionum.

Documentum etiam vocationis non ſpernendæ.

* XXI. *Aleæ lemma.*

NUNQUAM SECURA FUTURI.

Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ.

## CAPUT II.

# ALVEUS LATRUNCULORUM.

* XXII. *In luſu hoc omnes ſuum Regem ab adverſis latrunculis intercipiendum defendunt.*

PRO REGE DECERTANT.

Cuſtodiam Corporis Regii ſic exprimes, uti & amorem ſubditorum in ſuum Regem.

* XXIII. *Idem alveus.*

LUDITUR HIC REGE.

Chriſtum in Paſſione illuſum ſic exprimes.

* XXIV. *In eodem alveo Rex adverſæ partis devictus.*

LUSUS MIHI VINCERE REGEM.

Inſignem Belliducem Regii cujuſdam Exercitus victorem ſic exprimes.

* XXV. *Rex, Regina, equites, turres &c. diverſum gradiendi modum habent.*

NON PASSIBUS ÆQUIS.

In uno ſæpe Monaſterio non æquis greſſibus virtutis ſtadium decurri videas.

* XXVI. *Regina in alveo ſemper colorem, in quo graditur, ſervat.*

SERVAT REGINA COLOREM.

Conſtantiam B. Virginis in Paſſione ſic exprimes.

* XXVII. *Prout in alveo mutatur Rex, ita eidem defendendo pedites aliique mutantur.*

MU-

MUTATUR SEMPER, CUM PRINCIPE VULGUS.

Imago ſubditorum, Prælati ſui virtutes & vitia imitantium.

* XXVIII. *Rex, Pedites, aliique, in ſuis alvei diverticulis, non diu conſiſtentes.*

NULLI CERTA DOMUS.

Rerum mundanarum viciſſitudinem, ſic pinges.

* XXIX. *Curſor in alveo ſemper rectum inceſſum ſervat.*

RECTO GRESSU.

Viri juſti & ſinceri imago.

* XXX. *In ludo hoc, ab unius ſæpe tranſpoſitione ingenioſâ, victoria pendet.*

AB UNO VICTORIA.

Imago Belliducis, ſtratagemate inſigni victoris.

* XXXI. *Regem utrumque, utriuſque partis pedites defendentes.*

CERTATUR AMORE FIDEQUE.

Hujus temporis bella, in quibus utrimque pari inter duces amore hinc pro Aug. Imperatore, inde pro Chriſtianiſſimo Rege decertatur ſic repræſentabis.

* XXXII. *Pedes, ex provido ſuo inceſſu, in locum primum adverſariorum enixus in equitem transformatus.*

VIRTUTE MEREMUR HONORES.

* XXXIII. *Latrunculorum alveo lemma.*

LATRUNCULI OMNES.

Imago perverſæ cujuſdam ſocietatis.

* XXXIV. *Rex ligneus latrunculorum, à vermibus exeſus.*

REX VERMIBUS ESCA.

In carnis miſeram conditionem, à quâ Reges minimè excepti ſunt.

* XXXV. *In alveo hoc quilibet adverſarium ſuum habens.*

NULLI PARS ÆMULA DEFUIT UNQUAM.

Ad-

Adverſariorum, juſtis ſemper paratorum documentum.

* XXXVI. *In luſu latrunculorum, Rege admodum provide utendum eſt.*

TUTUM EST, SAPIENTER REGIBUS UTI.

Magnatum periculoſa conſortia, Emblema explicat. Id ergo ſymbolum Aulici capiant ſibi.

* XXXVII. *Pedes per alveum latrunculorum diſcriminatum promotus.*

PER TOT DISCRIMINA.

In Cœlum per tot pericula & diſcrimina itur.

* XXXVIII. *Manus, Regem, Reginam, pedites &c. in ſaccum poſt luſum conjiciens.*

PARERE NECESSE EST. *Luc.*

In neceſſitatem ſubeundæ ab omnibus mortis.

* XXXIX. *In latrunculorum luſu, cæſo Rege vincitur.*

CAESO VICTORIA REGE.

Chriſto in Paſſionis ludo occiſo, victores contra Stygem evaſimus.

## CAPUT III.

# CHARTÆ LUSORIÆ.

* XL. *Chartæ luſoriæ, Regis, Reginæ ſervorum, ex eâdem chartaceâ maſſâ omnes.*

EX EADEM MASSA OMNES.

Parem omnium conditionem, depictam habes.

* XLI. *Chartæ luſoriæ, de die contra ſe decertantes, de nocte quietæ.*

DE NOCTE CONCORDES.

Meminerint conjuges, quos diei lites exercuerunt, concordem thorum ſervare.

XLII. *Duo Reges luſoriæ chartæ, aliquando inſcribebantur.*

TERTIUS ACCEDET.

Fa-

Factum fuit in Aug. Imperatorem & Hispaniæ Regem, quando Wilhelmus in Regem à Parlamento coronabatur, quo significabatur eum Tertium Regem fœderis futurum, contra Christianissimum Regem.

* XLIII. *Rex Crucis in charta lusoriâ omnia alia vincendo ad se trahens.*

OMNIA TRAHAM.

Imago Christi in Cruce exaltati. *Cum exaltatus fuero omnia traham. Joan.* 12.

* XLIV. *Crucis unitas pro triumpho, ut lusores vocant.*

CRUX SOLA TRIUMPHUS. vel IN HOC SIGNO.

In efficaciam S. Crucis, quâ mundus & Dæmon devictus est.

* XLV. *Rex cordis ejusdem cordis monade devictus.*

REX CORDE TRAHETUR.

Cordium humanorum Rex Deus, cordis veri affectibus, vel maxime delectatur.

XLVI. *Liceat pro mantissâ addere sequentem lusum chartarum in quo amor, tempus, homo & mors collusores, amore chartas miscente, tempore dicente* Je ne passe *non ferior homine, hilari vultu permanente, Morte demum omnia ad se trahente. Cui proinde lemma.*

RAPIT OMNIA.

Sensus erat, amore res humanas susque deque miscente, temporeque continuo labente, mortem demum omnes hominis conatus & lucra rapere, dum ipse omnium securus bonarum rerum est.

## CAPUT IV.

## CONI.

XLVII. *Conis apud Bood inscribitur.*

ERIGOR, UT DEJICIAR.

Imago impiorum hoc in mundo ad honores elatorum, ut æternam demum ad infamiam dejiciantur.

XLVIII.

XLVIII. *Conis apud Fevillæum lemma est.*
FERI OMNES, SI NON DESTRUIS.
Animi ad calamitates resignati imago.

## CAPUT V.

## PILA.

XLIX. *In Thesibus Ao. 1659. Græcii defensis reticulo in modum cordium contexto lemma erat.*
HOC RETE NEC ULLUS RUMPET IMPETUS ORBIS.
In vim concordiæ.

* L. *Pila reticulo percussa.*
SIC LUDITUR ORBE.
Deus nempe ludit in orbe terrarum, & ut pilas nos homines habet.

LI. *P. Masenius Pilæ inscribit.*
EXSURGIT PRESSA.
Eorum imago, quos calamitas ad Deum levat.

LII. *Idem P. Masenius pilæ elatæ lemma ponit.*
ELATA SUBSIDAM.
Fastuosi depressi idea.

* LIII. *Eidem pilæ lemma.*
QUI ME LEVAT, ABJICIT IDEM.
Quos D. Deus ad honores elevat, sæpe ex suis abjicit.

* LIV. *Eidem lemma.*
QUI ME FERIT, ELEVAT IDEM.
Eadem Dei manu, quâ adversis ferimur, simul ad Deum levamur.

* LV. *Pilæ lemma.*
EXSPECTATA ABJICIOR.
Imago gratiarum Dei diu exspectatarum, quæ tamen advenientes mox rejiciuntur.

LVI. *Pilæ lemma.*
IMA, QUÆ MODO SUMMA FUIT.

Re-

Revolutiones, & mundanas viciſſitudines, expreſſas habes.

LVII. *Eidem lemma.*

SUMMA, QUÆ PRIUS IMA FUIT.

In idem.

LVIII. *Eidem lemma.*

IMA LEVATUR SUMMA CADIT.

Peccatorum converſiones & juſtorum lapſus, expreſſos vides.

* LIX. P*ila lemma.*

JACTOR ET ASSURGO.

Imago infracti, inter calamitates animi.

* LX. *Eidem lemma.*

ABJECTA REVERTAR.

Calamitatibus quodammodo abjecti, ad Deum vel maximè revertimur.

* LXI. P*ila ad terram alliſa ad manus redit.*

ALLISA REVERTAR.

Imago eorum, qui adverſis alliſi, ad Deum per pœnitentiam redeunt.

* LXII. *Eidem lemma.*

REVERSA REMITTOR.

Eorum, qui gratias diu ſubtractas, dum à Deo eis redduntur, negligunt.

* LXIII. P*ila manu ad terram alliſa.*

UT LEVER ALLIDOR.

Eorum idea, quibus calamitatibus, beatitudo à Deo paratur.

* LXIV. P*ila alternis vicibus percuſſa.*

LUDITUR ALTERNIS BENE.

Interſtitia ſeriis interponenda Emblema ſpectat.

* LXV. P*ila reticulo, ex animalium viſceribus contexto abjecta.*

ORBIS VULT VISCERE SPERNI.

Documentum aſpernandi toto affectu mundi.

* LXVI. P*ila victrix cum terram non tetigerit.*

HANC NON TETIGISSE, VICISSE EST.

Ter-

Terrenorum contemptu, vel maximè victores carnis, mundi & Dæmonis evadimus.

## CAPUT VI.

# PILA VENTOSA, LIGNEUM BRACHIUM.

LXVII. *In Thesibus Græcii Ao. 1659. Aug. Imperatori dedicatis, ventosæ pilæ, ab armatâ ligneo brachio manu percussæ, lemma est.*

INFLATO ORBI, UNA AUGUSTA DEXTERA SUFFICIT.

Regium esse, orbem spernere, nescio, an non auctor Symboli voluerit suadere.

LXVIII. *Eidem pilæ, in iisdem Thesibus lemma est.*

DIGNUS CÆSARE JOCUS.

In idem.

LXIX. *Pilæ ventosæ inscribit nonnemo.*

EXIGIT VICES.

In naturam amoris, qui mutuas vices exigit. *Nos diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Joan. 4.

* LXX. *Pilæ ventosæ & inflatæ lemma.*

MAJOR NON GRAVIOR.

In quendam qui in dignitate levis erat ut ante.

* LXXI. *Eidem lemma.*

ARTE TUMET.

In superbum suâ ab arte artificem.

* LXXII. *Eidem lemma.*

SPERNITUR INFLATA.

Superbos omnibus contemptos Emblema depingit.

* LXXIII. *Pila ventosa cum inflatur, erecta stat.*

STAT SPIRITU.

Donum fortitudinis, donum Spiritus Sancti esse innuitur.

* LXXIV. *Pila ventosa, ante languida, cum inflatur, perfectum orbem format.*

FORMAT SPIRITUS ORBEM.

Spiritui Sancto maximè proprium est, mundum hunc inspirationibus suis informare & reformare.

## CAPUT VII.

## SPHAERISTERIUM.

* LXXV. *Globus in sphæristerio ope trudium abjectus.*

NON SATIS EST SPREVISSE SEMEL.

Orbis quippè continuo spernendus est.

* LXXVI. *Globus ferreus sphæristerii.*

QUOD GRAVE, DELECTAT.

Animi imperterriti & gravibus delectati idea.

LXXVII. *P. Engelgrave sphæristerio inscribit.*

VINCIT, QUI LONGIUS ABJICIT ORBEM.

Summum mundi contemptum suadet symbolum.

## CAPUT VIII.

## PYROBOLUS CHARTACEUS.

LXXVIII. *Iturus ad bellum Plessiacus in Galliâ Comes apud Auct. Coll. pyrobolo volanti inscribebat.*

ARDOREM LUX MAGNA SEQUETUR.

Exprimere credo voluit famæ lucem ardentes in bella animas subsequi.

LXXIX. *Chartaceo Pyrobolo Verienus inscriptum habet.*

GLORIA AB INTUS.

Justorum imago. *Gloria filiæ Regis ab intus.* Psal. 44.

* LXXX. *Eidem celerrimè in aërem evolanti lemma.*

IMPIGER IN LETHUM.

Imago hominis se in damna sua ultro præcipitantis.

LXXXI.

LXXXI. *Apud Verienum pyrobolo ſimili lemma eſt.*

SUPEREST, DUM VITA MOVETUR.

Imago Miniſtri ad mortem indefeſſi.

LXXXII. *Eidem jam prope ad terminum ſuum pervenienti lemma.*

PROPE AD SUMMUM, PROPE AD EXITUM.

Honoribus ac divitiis nimium excreſcentibus, vel ignominiam, paupertatem, aut mortem videas ſuccedere.

LXXXIII. *Simili pyrobolo apud Verienum lemma eſt.*

NESCIT VIS ILLA TENERI.

Imago iracundi; atque implacabilis animi.

LXXXIV. *Pyrobolo ſtellulas aliquot emittenti, dum groſſiores ſcintillæ in terram redeunt, P. Heſius inſcribit.*

FATUUS TANTUM EXCIDIT IGNIS.

Charitatem exhibebat, de quâ S. Paulus. *Charitas nunquam excidit.* 1 *Cor.* 13.

* LXXXV. *Pulvis pyrius pyrobolo omnem vim tribuens.*

CONTULIT IN LETHUM VIRES.

Imago humilitatis, quæ in agoniâ pugnantibus vires addidit.

Pulveres ſeu Reliquias SS. in mortis articulo etiam non aſpernandas Emblema docet.

* LXXXVI. *Pyrobolo lemma.*

ADDIT NOX ATRA DECOREM.

Humilitatem honoribus junctam mirum eis ſplendorem adjicere, Emblema monſtrat.

* LXXXVII. *Pyrobolus tantum illuminatus in deliciis Coronationum victoriarum &c.*

ILLUMINATIO MEA IN DELICIIS.

Imago eorum, qui in mediis deliciis à Deo illuminantur ad vocationem Religioſam.

LXXXVIII. *In funere M. Turenii pyrobolus accenſus lemma tenuit.*

INCANDESCIT EUNDO.

Fervidam Mareſchalci hujus adoleſcentiam, Emblema pingebat.

LXXXIX. *P. Engelgrafe, ſimili pyrobolo inſcribit.*

ARDENS EVEXIT AD ÆTHERA VIRTUS.

Chriſtum Aſcendentem exprimebat.

S. Brigittam ſæpe in aërem elatam, ſplendentem vultu toto, etiam Emblemate iſto depinges.

XC *Eidem pyrobolo, alter inſcribit.*

CELARI NESCIA VIRTUS.

* XCI. *Pyrobolus pulvere pyrio in altum elatus, ac ruptus.*

QUO LEVOR, HOC PERDOR.

Eorum imago, quos honores in exitium adduxere.

XCII. *Simili pyrobolo, apud Verienum lemma eſt.*

SEMPER FLAMMA COMES.

Luxurioſi cujuſdam, obſcœnis ſemper ignibus ſuis comitati, lemma: Dæmonis quoque imago.

* XCIII. *Pyrobolo in aëre diſſilienti, rectè inſcribes.*

CUM LUCE SONOREM.

Imago Concionatoris prædicationibus ſuis, lucem bonorum operum & exemplorum, adjungentis.

* XCIV. *Pyrobolo in aëre diſſilienti & fumantes reliquias chartæ in terram remittenti lemma.*

IGNEA PARS COELO.

Emorientis hominis imago, corpus terræ, animam cœlo tranſcribentis.

XCV. *Pyrobolo Theſaurus inſcribit.*

SEMPER ARDENTIUS.

Juſti, Deum indies intenſius amantis imago.

XCVI. *Mareſchallus Baſſompierius in Galliâ, pyrobolo ardenti inſcribit, apud Auct. Coll.*

DA L'ARDORE L'ARDIRE.

AUDAX AB IGNE.

SS. Martyres, charitate erga Deum ardentes, indeque in Tyrannorum conſpectu audaces, expreſſos habes.

* XCVII.

* XCVII. *Pyrobolo in domum casu scintillas emittenti, eamque accendenti lemma.*

UNDE OBLECTAMENTUM SPERAVERAM.

Imago damnorum quæ voluptatibus ordinariè junguntur.

* XCVIII. *Pyrobolus accensus.*

FEROR EXUL IN ALTUM.

Imago eorum, qui exilio ad Deum adducti sunt, aut exiliis, pro Deo toleratis, cœlum adepti sunt.

* XCIX. *Pyrobolo lemma.*

DELECTAT EUNDO.

Circumforaneum quendam expressum habes.

* C. *Pyrobolo sine damno ullius ascendenti lemma.*

INNOCUUS SCANDIT.

Innoxios cujusdam ad honores ascensus, sic exprimes.

## CAPUT IX.

# TESSERA.

* CI *Tessera quæ unum solum oculum habet, in manibus lemma tenet.*

ABJICE.

Dictum Christi est, *Si oculus tuus scandalizat te &c.* Occasionum malarum præscindendarum documentum.

* CII. *Tessera sine sorte, vel oculo cadens.*

ET NIHILO ERECTA.

Imago animi in paupertate erecti.

* CIII. *Eidem tesseræ lemma.*

SÆPE NIHIL.

Imago operum humanorum, quæ maximâ ex parte, bonæ intentionis defectu, nequaquam meritoria sunt.

# CAPUT X.

# TROCHUS.

* CIV. *Trochus primo ligatus dein flagellatur.*

POST VINCLA FLAGELLA.

Christum flagellatum post captivitatem symbolum exhibet.

* CV. *Trochus, cum flagelli funiculo circumligatus abjicitur, erigitur.*

ERECTUS, CUM ABJECTUS.

Infracti in adversis & despectu symbolum.

* CVI. *Eidem flagellis in aërem erecto trocho lemma est.*

FLAGELLATUS ASSURGO.

Calamitatis ad Deum nos levantis imago.

* CVII. *Trochus flagelli plagis impulsus.*

HIS PLUS ULTRA PLAGIS.

Disciplinam Religiosam bonum ad perfectionem medium Emblema docet.

* CVIII. *Manus trochum, quem diu flagellaverat, recipiens.*

FLAGELLAT, QUEM RECIPIT.

Deum expressum habes, qui *flagellat omnem filium, quem recipit. Ad Heb.* 12.

* CIX. *Trochus post flagra demum quiescit.*

POST FLAGRA QUIESCIT.

Calamitatum flagris æterna in cœlo requies succedit.

LI-

# LIBER XIX.

# LITTERÆ ALPHABETI, &c.



## CAPUT I.

## SIGILLUM.

* I. *CUneus ſigillaris Agrippinæ Coloniæ patriæ meæ, eas, quas ſibi inſulptas habet, coronas pluribus circumſe epiſtolis, decretis &c. imprimens.*

FORMAT PRESSURA CORONAS.

Immortales, apud Deum & mundum coronas, amantiſſimæ patriæ meæ pepererunt eæ, quas ipſa, in Suecorum ac recentiorum bellorum calamitatibus, & non ita pridem, in perduellium aliquot Imperatori, ac legitimo Urbis Magiſtratui civium rebellione, ſuſtinuit preſſuras, inter eas, ſemper Deo, Apoſtolicæ Sedi, ac Auguſtiſſimo Imperatori fidelis.

De cætero, tres Sanctorum aureolas, quas formant Martyriorum preſſuræ; Virginalis ſtatus tentationes, ac labores Doctorum & Prædicatorum, etiam ſic ritè exprimes.

II. *P. Niezporkowitz, ſigillo hanc Epigraphen dedit.*

ACCIPIT, ET REDDIT FORMAM.

B. Virginem Mariam per Emblema exprimebat, quam Dion. Areop. DEIFORMEM, S. Auguſtinus FORMAM DEI appellat.

III. *Sigillo ſeu monetario cuneo, ad quem plurimæ epiſtolæ ſeu monetæ obſignatæ jacent, in Theſibus S. Franciſco Xaverio dicatis, lemma eſt.*

MILLIA SIGNATI.

Ejuſdem Sancti labores, in baptizandis aliquot millibus infidelium, Emblema repræſentavit.

Sanctos in cœlo, etiam Emblema ſpectat de quibus Apoc. *Ex tribu Juda duodecim millia ſignati, &c. Cap. 7.*

* IV. *Sigillum crucem impreſſam habens, atque epiſtolas obſignans.*

INNUMERAS, CRUX PARIT UNA CRUCES.

Imago Crucis & Paſſionis Chriſti, quæ in innumeris fidelium cordibus, ingentes compaſſionis affectus excitant.

* V. *Sigillum epiſtolam obſignans.*

CREDITA CELO.

Imago ſecreti Confeſſarii, Secretarii. &c.

* VI.

* VI. *Sigillum omnia inverſa reddens.*

SIC FORMÆ INVERTITUR ORDO.

Imago ſiniſtri alienorum factorum & dictorum interpretis.

* VII. *Sigillum, obſignaturum epiſtolam, premitur, ut in eâ contenta, ſecreta maneant.*

AB ALTERIUS PRESSURA SECRETO.

Imago eorum, qui ob ſervatum Confeſſionis ſigillum Martyrio affecti ſunt.

* VIII. *Sigillum, auro vel alteri gemmæ inciſum.*

IN VILI NEQUAQUAM.

Imaginis Dei, animæ impreſſæ, ſymbolum.

IX *Imago* I. *Sæc. Soc. Jeſu pateſactura Societatem ſub adverſis tutam eſſe, ſigillo ſuo, quod nomini* JESU *crucem impoſitam habet, inſcripſit.*

SUB HAC TUTA LATET.

Imago ſecuritatis, quam adverſa nobis præſtant.

X. *P. Maſenius, plurimis epiſtolis à ſigilli cuneo adimpreſſis, inſcribit.*

VULTUM FORMAMUR AD UNUM.

Exempla Prælatorum, à ſubditis plurimum reſpici ſymbolum docet.

## CAPUT II.

### A.

* XI. A. *Malignantis naturæ littera, utpote, quæ ablativa eſt, inter Alphabeti litteras primum locum obtinet.*

TANTUM ORDINE PRIMA.

Imago Prælati, in dignitate, non in virtute primi.

* XII. *Αλφα Græcum, Alphabeti principium & Dei ſymbolum.*

MAGNUM PRINCIPIUM. vel PRINCIPIUM SINE PRINCIPIO.

Domini Dei ſymbolum. *Ego ſum α & ω Principium, & Finis. Apoc.* 1 *Cap.*

* XIII. A. *Littera olim in abſolvendis reis in urnam a judicibus mittebatur.*

SPES UNA REORUM.

Imaginem B. V. Mariæ expreſſam habes, quæ eſt REFUGIUM PECCATORUM.

* XIV. A. *Prima Alphabeti littera doloris indicativa, utpote quam in lucem hanc emiſſi primo edicimus.*

PRIMUM NIL ABSQUE DOLORE.

Exprimit Emblema, ſummas dignitates ſine afflictionibus minimè conſiſtere.

## CAPUT III.

## B.

* XV. B. *Secunda Alphabeti littera.*

PRIMÆ VICINA SECUNDA EST.

In ſupremum quendam Miniſtrum.

B. Virginis imago, ex hoc felicis quod Chriſtum utero tulerit.

* XVI. *Inter multos Alphabeti litteras unica B. numero ſecunda eſt.*

E MULTIS UNA SECUNDA.

E multis hujus vitæ horis & rebus paucas felices & ſecundas experimur.

## CAPUT IV.

## C.

XVII. *Quando Carolus Sabaudiæ Dux, & Catharina Auſtriaca jungebantur, primordialibus nominum litteris ſibi hoc* CƆ. *modo inverſis, inſcribebatur.*

JUNCTA ORBEM IMPLENT.

Ma-

Matrimonium quoddam, ex quo ingentes in orbe utilitates proveniunt, sic exprimes.

* XVIII. *C. Littera in Alphabeto post litteram* A. *numero secunda.*

A REGE SECUNDA.

Primarii cujusdam Ministri idea.

* XIX. *Littera* C *olim reis condemnandis in urnam mitti solita.*

MORS CERTA MALORUM.

Severi in malefactores Principis idea.

## CAPUT V.

### I.

XX. *In Thesibus S. Ignatio Lojolæ dicatis pluribus nollis, quibus* I. *præponebatur, inscriptum legi.*

OMNIS SIC CRESCIT AB UNO.

Exprimere volebat, Societatem Jesu omnem suam, in quam excrevit, amplitudinem, uni S. Ignatio debere.

XXI. *Niezporkowitz genio, qui aliis circa se neglectis numeris,* I. *eligebat, inscribit.*

UNA PLACET.

Imago B. Virginis, quæ unica Sponsa Spiritus S. fuit.

*. XXII. I. *Numerus solitarie solam unitatem valens, si nollis præponatur, plus valiturus est.*

AD NIHILUM VALET ULTRA.

Animorum unitatem accrescere videbis, si humilitati (quæ nollis designatur) jungatur.

XXIII. *In imagine Primi Sæculi,* I. *multis nollis præfixum inscribitur.*

O NIHIL, AT NUMEROS, SIC FACIT INNUMEROS.

Exprimere volebat, S. Franciscum Borgiam Ducale stemma suum Sanctitate ad majorem valorem elevasse.

XXIV.

XXIV. *Apud Schönhardt* I, *post multas nollas, lemma tenet*

NIL ANTE TE.

Exprimit Emblema, Nil ante Deum quærendum. Nolla enim Mundus eſt, Unitas Deus.

XXV. *In Theſibus Philoſ. Coloniæ defenſis, pluribus nollis, lemma fuit.*

OMNIA NIHIL, SINE ORTHODOXÆ FIDEI UNITATE.

XXVI. *Inter omnes Alphabeti litteras* I. *formâ rectiſſimum eſt.*

MULTAS INTER UNICA RECTA EST.

Bonorum Raritatem expreſſam vides.

## CAPUT VI.

## O.

XXVII. *Genius, ex variis litteris ſeu Zyphris, nollam eligens.*

NIHIL, UT OMNIA.

Imago ejus, qui ut Deum poſſideret, humilitatem ſibi delectam habebat.

XXVIII. *Nolla, in ſpecie mundi.*

NIHIL OMNIA.

Nempe creata omnia, merum nihilum ſunt.

XXIX. *Nolla, in forma mundi depicta, apud Schonhardum lemma habet.*

FORMA VALORQUE SIMUL.

Scilicet mundus, non tantum ſpeciem, ſed & valorem nihili, ſeu nollæ habet.

XXX. N*olla, ante alias Zyphras, apud eundem Schonhardt, inſcribitur.*

POSTPONAR NULLI.

Humilitas, tanquam virtutum omnium fundamentum, eis minimè poſtponenda eſt.

XXX. N*ollæ non valent, niſi aliis Zyphris poſtpoſitæ.*

NON NISI POSTPOSITÆ.

Ju-

Juſtorum, qui hoc in mundo poſtponuntur aliis, apud Deum eximium valorem, Emblema exprimit.

XXXII. *In Convivio cujuſdam Suecici Generalis, pluribus nollis, inſcribebatur.*

UNUM EST NECESSARIUM. vel DEFICIT UNUM. *Virg.*

Concordiam, inter Chriſtianos Principes hodie deficientem, ſic exprimes.

XXXIII. *Cardinalis Baronius, Kiblero teſte, pro Symbolo circulum ſeu nollam habebat, cui triplex triangulum ſibi implexum erat, cum lemmate.*

NIL NISI ÆTERNUM.

Animum, æterna meditantem, ſic exprimes.

XXXIV. *Leopoldi Archid. Auſtriæ honori, quando pro Rege Hiſpaniæ Belgii Gubernator erat, decem nollæ cui* I *præponebatur, inſcribebatur.*

QUOD TANTUM VALEAMUS AB UNO EST.

Cui conforme illud P. Heſii eſt.

PRETIUM OMNE REFERTUR IN UNUM.

Primo exprimitur, à Sereniſſimo Archid: Provinciis iis, omnem ſplendorem acceſſiſſe.

Secundo omnibus juſtorum operibus, charitatem valorem addere.

* XXXV. *Pari modo, ſeptem* Nollis I *præpones, cum lemmate.*

VALOR OMNIS AB UNO EST.

Valorem ſeptem Sacramentorum, à ſolo Chriſti merito, & inſtitutione provenientem, ſic exprimes.

XXXVI. *Genio,* I *litteram, pluribus nollis præpoſitam delenti, inſcriptam legi.*

UNO, NIL OMNIA DEMPTO.

Dempto nobis per peccatum Deo, Nil omnia vel Nil abſque Deo. Audi Poetam.

*Omnia condideras, deerat tamen omnibus* UNUM.
*Ni te feciſſes, omnia* NULLA *forent.*

* XXXVII. N*olla, hic nil valens.*

VALEBO ALIBI.

Nem-

Nempe, in Arithmeticâ Dei; in quâ plurimum valebit veræ humilitatis NOLLA.

Imago eorum, qui hic despecti in oculis Dei magno sunt pretio.

* XXXVIII. *Nolla Arithmetici objectum.*

SCIRE TUUM NIHIL EST.

Vanitatem scientiarum sic exprimes.

XXXIX. *Multæ nollæ cum* I.

SUPERAMUR AB UNO. *Ovid.*

Factum fuit in quendam Regem plures uno bello æmulos habentem.

## CAPUT VII.

## ZIPHRÆ.

* XL. *Ziphræ soli numerationi deservientes.*

NOS NUMERO SUMUS.

Imago hominum in Communitate otiosorum.

XLI. *Ziphræ in Rationali libro.*

SOLVENDO DELEMUR.

Nempe satisfactionibus pœnæ in hac vel alterâ vitâ debitæ eluuntur.

XLII. *Affine huic est, quod P. Abrahamus à S. Clarâ in tabulâ cum spongiâ ad delendum promptâ inscribit Ziphris.*

LUEMUS SI NON ABLUEMUS.

Satisfactionibus pœnas delendas monet symbolum.

* XLIII. *Ziphræ, prout diversimodè disponuntur, diversum etiam valorem obtinent.*

AB ORDINE VALOR.

Diversam diversorum Ordinum Sacramantalium potestatem sic exprimes.

Clerici ab ordine suo æstimati idea.

## CAPUT VIII.

# LITTERÆ TYPHOGRAPHICÆ.

XLIV. *Litteræ plurimæ Typographicæ suis arculis dispersæ lemma tenent.*

QUID MULTÆ, NISI ORDINATÆ?

Nempe ordine nil melius in Republicâ exercita, Religione, familiâ, &c.

XLV. *Eædem litteræ à Bibliopolâ quodam Leodiensi lemma receperunt.*

HINC JUSTA VOLUMINA SURGUNT.

Ex rebus parvis, maxima subinde commoda & incommoda oriri solita.

* XLVI. *Litterarum Typopraphicarum prima Alpha est, quæ Dei symbolum.*

A JOVE PRINCIPIUM.

Monet hoc symbolum, actionum nostrarum alphabetum, à Deo auspicandum esse.

* XLVII. *Alphabeti littera prima* A. *est doloris. Expressiva.*

PRINCIPIUM LACHRYMÆ.

Vitæ nostræ originem expressam habes.

## CAPUT IX.

# ARCHETYPUS.

XLVIII. *Archetypo P. Masenius inscribit.*

HUJUS AD EXEMPLUM.

Quendam in exemplum virtutum propositum sic exprimes.

CA-

# CAPUT X.

# CALAMUS SCRIPTORIUS.

XLIX. *Celeberrimum hujus temporis Ecclesiasten, R. P. Abrahamum à S. Clarâ, Augustinianum Excalceatum, in icone expressum vidi, addito ei scriptorio calamo, isto cum lemmate.*

PANGO, PINGO, PUNGO.

Concionatorem expressum habes, cujus est laudes Sanctorum PANGERE, PINGERE Virtutum proprietates, & vitia PUNGERE.

L. *Calamus, in cæsâ & depuratâ animalium pelle, scribens.*

IN CÆSA MELIUS.

Nempe cœlestibus gratiis recipiendis, mortificatus, & à carne depuratus animus, capacior est.

* LI. *Calamus, defunctorum laudes scribens.*

TRANSACTIS, TEMPORA REDDO.

Historici, & Concionatoris imago.

* LII. *Calamus, dum vehementius chartam pungit, obtunditur.*

PUNGENDO, SIBI PRIMO NOCET.

Imago eorum, qui toti in proximis injuriandis, sibi ante omnia per hoc, animæque nocent.

* LIII. *Calamus scripta delet, atque notis approbativis signat.*

CULPATQUE, PROBATQUE.

Imago Concionatoris vitia culpantis, virtutes commendantis.

LIV. *P. Jacobus Coret, in vitâ S. Catharinæ Suecæ, calamo, quem manus tertii dirigebat, inscribit.*

HOC DIRIGOR.

Exprimebat, eandem Sanctam, in omnibus actionibus suis, sacram sui Ordinis Regulam directricem sibi assumsisse.

* LV. *Calami, omnis scientiæ expertes, multa scribunt.*

SCRI-

SCRIBIMUS INDOCTI. *Horat.*

Nimiam ſcribendi licentiam Emblema notat.

* LVI. *Calamus quæcunque idiomata ſcribit.*

ELOQUOR OMNES.

Imago eorum Sanctorum, qui unam linguam ſolum callentes, in variis prædicare auditi ſunt.

* LVII. *Calamus ad quævis ſcribenda quorumcunque aptatur manui.*

QUIBUSVIS ADAPTOR.

Imago hominis, qui omnibus omnia factus.

* LVIII. *Calamus ad quævis ſcribenda aptus.*

AD QUÆLIBET APTUS.

Imago Miniſtri ſeu hominis ad quævis habilis.

* LIX. *Penna anſerina, quæ in vitâ volando plauſerat, etiam vulgi, & lectorum applauſum optat, cum in calamum transformatur.*

PLAUSUM QUOQUE MORTUUS OPTAT.

Imago Religioſi mundo mortui, vanæ gloriæ adhuc dediti.

## CAPUT XI.

## CHARTA.

LX. *Chartæ candidæ, quæ in tenebroſo conclavi per anguſtum foramen, omnia in ſe monſtrat, quæ foris aguntur, P. Heſius inſcribit.*

CANDIDA MENS MEDIA CAPIT OMNIA NOCTE.

Innuere volebat, candidos plura per fidem capere, quam ſciolos.

## CAPUT XII.

## CHARTA BIBULA.

* LXI. *Chartæ bibulæ lemma.*

SEMPER EGO MACULOR.

Imago hominis, calumniam frequenter paſſi.

* LXII. *Charta eadem, ſcripturæ appreſſa, eam emaculat.*

CUM PREMOR, EMACULO.

In eum qui adverſitatibus bene uſus, ſe ipſum, ac animas Purgatorii iiſdem emaculabat.

* LXIII. *Charta eadem, atramentum inbibendo, ſe maculat.*

BIBENDO MACULAM.

Imago hominis ebrioſi, & ob ebrietates ſuas infamati.

* LXIV. *Charta eadem, cum alios emaculat, ipſa vel maximè maculatur.*

ALIOS MUNDO, ME MACULO.

Imago indocti Confeſſarii, qui alios indebite abſolvendo, ſeſe reum facit.

Idem Calumniatori aliorum applicabis.

## CAPUT XIII.

# EPISTOLA.

* LXV. *Epiſtolæ lemma.*

COMMISSA TACERE. *Horat.*

Imago Confeſſarii ſecreti.

* LXVI. *Epiſtolæ lemma.*

RESERABITUR UNI.

Confeſſario alicui ſtabili, conſcientiam concredendam docet Symbolum.

* LXVII. *Epiſtola, ob alterius ſecretum clauſa.*

AB EJUS SECRETO, MEA CLAUSURA.

Imago variorum, ob ſigillum Confeſſionis, incarceratorum.

* LXVIII. *Epiſtola reſoluta, ſecretum pandit.*

RESOLUTA SECRETUM.

Imago hominis reſolutè peccata ſua confitentis.

CA-

## CAPUT XIV.

# REGULA SCRIPTORIA.

* LXIX. *Scriptoria Regula, ſerviens, ut lineæ utrimque æquales trahamus.*

MEDIO NE DISCREPET IMUM.

In mediocritatem, etiam in humiliando ſe ſervandam.

* LXX. *Calamus, ad regulam ſcriptoriam, pro formandâ lineâ adductus.*

DIREXIT VIAM MEAM.

Religioſorum ordinum Regulas, Emblema pingit, Spiritus Sancti, vias noſtras hoc in orbe dirigentis, imago.

* LXXI. *Linea, ad regulam ſcriptoriam.*

TUO FIAM DONO RECTUS *Ex Hym. S. Caſim.*

Imago B. Virginis, quam tanquam actionum ſuarum regulam, ita orat S. Caſimirus *in Hymno ſuo. Omni die dic Mariæ.*

* LXXII. *Regulæ eidem lemma.*

NULLA DIES SINE LINEA.

Imago hominis, jugiter occupati.

## CAPUT XV.

# PYXIS PULVERARIA.

* LXXIII. *Pyxidi eidem, lemma.*

PULVERIS ILLA DOMUS.

Imago mortalis & fœdi corporis noſtri, quod pulvis eſt, & in pulverem revertetur.

* LXXIV. *Pyxis eadem, arenis ſuis ſcripta munda ſervans.*

A MINIMIS DECOR EST.

Documentum, rerum minimarum minimè negligendarum.

* LXXV. *Arena ex eadem pyxide madidis litteris hærens.*

HÆREBIT MADIDIS.

Imago potatoris in popinis ſemper hærentis.

* LXXVI. *Madida ſcriptura pyxidi eidem juncta.*

IN ARENA CONSILIUM.

Humilitatis pulvere ſe conſpergere, ne anima maculetur, optimum conſilium.

* LXXVII. *Madida ſcriptura nitorem ſuum ab arenâ habet.*

NITOR EST A PULVERE SCRIPTIS.

Scriptis nempè ab Auctoris humilitate ingens ſplendor accedit.

* LXXVIII. *Arena ſcriptis madidis adhæreſcens.*

UT MUNDET, ADHÆRET.

Imago eorum Sanctorum, qui etiam militibus in popinis adhærebant, ut eos converterent.

## CAPUT XVI.

## LIBER.

* LXXIX. *Liber Rationarius à Mercatoribus ſedulo ſcribendus, & tractandus.*

NEGLEXISSE NEFAS. vel NON SATIS EST, VOLVISSE SEMEL.

Rationes Conſcientiæ minimè negligendas, ſed bis de die tractandas, docet ſymbolum.

* LXXX. *Liber Apocalypticus clauſus ſigillis ſeptem.*

SCIRE NEFAS HOMINI.

In non ſcrutanda occulta Dei judicia.

* LXXXI. *Libellus bracteati auri tenuiſſima folia continens caute volvendus eſt, ne aurum avolet.*

AMAT IS SINE TURBINE VOLVI.

Do-

Documentum evolvendæ per examen Conſcientiæ, non cum turbine & ſuperfunctoriè, ſed caute.

LXXXII. *Libro clauſo Verienus inſcribit.*

PRETIUM INTUS.

Imago SS. Euchariſtiæ, intra cujus Sacramentales ſpecies, ejus pretium.

LXXXIII. *Affine priori eſt, quod libro exterius deaurato, & ornato inſcribitur.*

INSUNT MELIORA, LATENTQUE.

Imago virtuoſi formoſo in corpore hominis.

* LXXXIV. *Liber tabulam erratorum Typographicorum ſuorum oſtentans.*

INIQUITATES MEAS EGO COGNOSCO.

Imago pœnitentis.

* LXXXV. *Libris orbis innixus.*

HIS NITITUR ORBIS.

Legibus & ſcientiis orbem conſervari, Emblema innuit.

LXXXVI. *Liber apertus & mundus in Theſibus Colon: inſcriptus fuit.*

MENS NISI MUNDA PARIT.

Immaculatam B. Virginis Conceptionem Emblematis auctor pingere volebat.

* LXXXVII. *Varii Libri tabulam Erratorum ſuorum Typographicorum exhibentes.*

QUISQUE SUOS PATITUR MANES.

Defectibus quippe ſcatemus omnes.

* LXXXVIII. *Libellus auri bracteati folia continens, iis abſumptis demum abjicitur.*

DEMPTO DESPECTUS AB AURO.

Ingenium mundi expreſſum vides, qui amicitias non niſi utilitate metitur.

LXXXIX. *Liber Aſſertionum ſeu Concluſionum, aut Theſium, ut vocant.*

IN SIGNUM, CUI CONTRADICETUR.

Meminerint Prælati, ſe in ſignum poſitum, cui contradicetur.

* XC. *Liber, in fronte Auctoris sui nomen exhibens.*

EXHIBET AUCTOREM.

Ad mentem S. Antonii est, Mundum librum esse, in quo quovis in folio dignosci creator possit.

* XCI. *Libellus, auri bracteati folia continens.*

QUOVIS AUREUS IN FOLIO.

Aureum Thomæ De Kempis Libellum de Imitatione Christi, sic exprimes.

* XCII. *Liber, Censorem patiens.*

CENSOREM PATIOR.

Imago; animi Correctionis patientis.

XCIII. *Idem.*

CENSORE PROBATUS.

Examinatam rigidè conscientiam, ac nullius gravioris peccati ream repertam, sic exprimes.

* XCIV. *Libelli, cum bracteatis auri foliis difficulter tractandi, ne aurea folia avolent.*

VEL SERVASSE LABOR.

Innocentiæ aurum servare, non minimus labor. Idem de divitiis & voluptatibus dices.

* XCV. *Liber, rubras & nigras litteras habens.*

MISCETUR PURPURA NIGRIS.

Dignitatum purpuris, nigræ adversarum rerum notæ quam sæpius miscentur.

* XCVI. *Liber, in rubrâ & aureâ ligaturâ; interius nigris litteris plenus.*

SOLUM EXTIMA SPLENDENT.

Hypocritæ, & mundanarum voluptatum imago.

* XCVII. *Liber judicialis, seu Protocollum, in quo quæ scripta, indelebilia.*

QUOD SCRIPSI, SCRIPSI.

Sententiæ Prædestinatoriæ, imago.
Obstinati quoque judicii, imago.

XCVIII. *In promotione quadam Doctorali, Coloniæ libro, solem inter & lampadem intermedio, lemma fuit.*

SOLIS ET UMBRARUM NULLO DISCRIMINE.

In-

Innuebat auctor ad gradum Doctoralem viam ſtraviſſe ſtudia, nocte ac die continuata.

* XCIX. *Liber in albis, ſeu crudus ſub malleo, hoc cum ſoli lemmate rectè alloquetur.*

CONTRA FOLIUM QUOD VENTO RAPITUR.

Ita tribulata anima, Deum alloquetur

C. *Libro Verienus inſcribit.*

DE MEA BONITATE, MEA VITA.

Juſtos in æternitate viventes ſic exprimes.

* CI. *Liber Rationarius, in quo multa virgulis nondum deleta, utpote non ſoluta extant.*

ET ADHUC SOLVENDA SUPERSUNT.

Inſpectis conſcientiæ ſuæ rationibus, quivis agnoſcet, multa ſibi adhuc eluenda eſſe.

* CII. *Libri omnes, ſuum ut bibliopegi vocant cuſtodem habentes, qui eſt initiale verbum ſequentis paginæ, in fine præcedentis poſitum.*

CUSTODE MUNITUS.

Imago Angelicæ Cuſtodiæ, hominibus deputatæ.

CIII. *Libro mundo, in quo notatum* VERBUM. *P. Maſenius inſcribit.*

UNO, COMPLECTITUR OMNIA VERBO.

B. V. Mariam, Chriſtum utero gerentem, ſic exprimes.

## CAPUT XVII.

# LIBER MUSICUS.

* CIV. *Liber muſicus. altis & baſſis conſtans notis.*

ALTIS, ET IMIS.

Imago cujuſvis familiæ, Reip. &c. conſtantis Prælatis, & ſubditis.

* CV. *Idem liber, mollem & durum cantum, & notas habens.*

MOLLIBUS ET DURIS.

Imago humanæ vitæ proſperis & adverſis interpolatæ.

* CVI. *Idem.*

SEQUITUR SUSPIRIA PAUSA.

Æternæ quietis pauſa hujus mundi ſuſpiria ſubſequitur.

Imago etiam vitæ hujus, in qua adverſis nonnullas ſubinde rerum proſperarum pauſas immittit Deus.

* CVII. *Idem liber.*

FORMANT SUSPIRIA PLAUSUM.

Adverſarum rerum ſuſpiria, æternum in cœlo plauſum formant juſtis.

* CVIII. *Idem liber in fine cujus libet Pſalmi tonum per* EVOVAE *indicat.*

IN FINE VIDETUR.

Nempe, in fine plurium actionum de operantis intentione melius diſcernitur.

## CAPUT XVII.

## L. LITTERA.

* CIX. L. *Littera Regulæ quadratæ ſimilis (quâ ſtructuræ cenſurentur) in medio Alphabeti circiter collocata.*

IN MEDIO CENSOR.

Monet ſymbolum, correctionem moderatam & in medio conſiſtere debere.

# LIBER XX.
# INSTRUMENTA NAUTICA.



## CAPUT I.
## NAVIS.

I. IN *adverbiis moralibus Lubomirianis navi ad acum magneticam inſcribitur.*

TE CONSTANTE SALUS.

Gratiam & auxilium divinum Emblema exprimit, quo præſente rebus ſalus erit.

II. *P. le Moyne, navi à vento in exteras orbis plagas propulsæ inscribit.*

TRANS MARIS, SOLISQUE VIAS,

Imago Missionarii, Spiritu Sancto in alterum orbem directi.

III. *Navis Christophori Columbi, novum Orbem quæsitura.*

UNUS NON SUFFICIT ORBIS.

Zelum eorum Ordinum, qui curas suas in alterum Orbem convertendis infidelibus extendunt, sic exprimes.

* IV. *Navis post longam tempestatem, demum cælo sereno polarem stellam videns.*

POST TOT SPECTANDA LABORES.

Imago videndæ demum faciei divinæ, post hujus mundi labores & tempestates. Consolationes quoque, justis post longas desolationes succedentes expressas habes.

V. *In Thesibus S. Xaverio dicatis, navis quæ à Pharo dirigebatur lemma habuit.*

DIREXIT VIAM MEAM.

Eundem Sanctum adjungentem se S. Ignatio, Emblema expressit.

VI. *In iisdem Thesibus, navi velis plenis procedenti, lemma erat.*

DUCTUS A SPIRITU.

Iter S. Xaverii in Indias à Spiritu S. ei imperatum Emblema spectat.

VII. *Navem absque vento in mari quietè consistentem hoc lemmate me inscriptam legisse memini.*

HIS DEUS OTIA FECIT.

Imago tranquillæ conscientiæ.

VIII. *Navi in mari tempestuoso procedenti in nummo Belgico inscriptum fuit.*

NUNC SPE, NUNC METU.

Vitam justorum spem inter & metum viventium expressam habes.

IX.

IX. *Navi post tempestatem in portum à Chovayno inscribitur.*

NUNC MIHI PARTA QUIES.

Animæ beatæ aut post desolationes consolatæ idea.

* X. *Navis secundo vento provecta.*

DUM LICET ET SPIRANT. *Ovid.*

Imago gratiarum, dum adsunt non negligendarum. Imago item occasionum in quacunque re captandarum, dum se offerunt.

* XI. *Navis in tempestate.*

EX TURBINE NOSCAR.

Adversitatum turbine, noscuntur justi.

* XII. *Navis plenis velis acta.*

QUO RAPIT AURA FEROR.

Imago hominis adulationum aurâ patientis se abripi.

* XIII. *Navis diversimode à ventis acta.*

LUDIBRIUM VENTI.

Imago hominis, quolibet inconstantiæ vento abrepti.

* XIV. *Navis post pyratarum & tempestatum pericula, portum attingens.*

POST TANTA PERICULA PORTUS.

Imago consequendi æternæ salutis portus post multa corporis & animæ pericula.

* XV. *Navis non tantum dum venti spirant, sed etiam dum à pyratis tutum mare est, velificans.*

DUM LICET ET TUTUM EST.

Vitandarum occasionum peccati documentum.

* XVI. *Navis è portu solvens in alias plagas.*

COELI MELIORIS AD AURAS.

Idea hominis justi morientis.

* XVII. *Navis aquas hauriens, ab iis mergitur.*

HAURITUR UT HAURIT. vel HAURIT IN EXITIUM.

Imago hominis gulosi, animam suffocantis nimio ciborum, aut vini haustu.

Imago item avari, nimio bonorum temporalium haustu spiritum interimentis.

XVIII.

XVIII. *Navi Mercatoriæ ad portum appellenti apud Verienum lemma est.*

MULTORUM SPES.

Imago Sancti cujusdam morientis, in quo spem patrocinii multi ponunt.

XIX. *Apud eundem Verienum incendiariæ navi inscribitur.*

DAMNUM MINATUR, NON TIMET.

Imago Dæmonis.

Imago invidi etiam cum proprio damno.

XX. *Idem Verienus navi paratæ ad exeundum in portu inscribit.*

NON NISI SECUNDIS.

Imago hominis nil in negotiis arduis attentantis, nisi Deo prius in partem negotii vocato.

Imago hominis in gratiâ Dei morientis.

XXI. *Cardinalis Joannes Baptista Cigalla multis navibus in tempestate mersis apud Typotium inscribit.*

O CURAS HOMINUM!

Inanes hominum curas expressas vides.

* XXII. *Navis è portu solvens.*

LINQUENDA TELLUS. *Hor.*

Mortis necessitatem omnibus imminentem expressam vides.

* XXIII. *Navis in portu hausta.*

IN LITTORE LETHUM.

Imago eorum, qui in mortis portu æternæ salutis naufragium faciunt.

Imago eorum, qui in Religionis littore salutem suam negligentes, simile naufragium faciunt.

XXIV. *Navi à ventis ad scopulum allisæ apud Auct. Coll. lemma est.*

ET SCOPUS, ET SCOPULUS.

Imago eorum, quibus pro scopo mundana sunt, ad quæ æternæ salutis jacturam faciunt.

XXV. *Navi Christophori Columbi apud eundem Auctorem lemma est.*

HERCULEIS AUFERTUR GLORIA METIS.

In-

Ingentes cujusdam conatus sic exprimes.

XXVI. *Navi in mari apud eundem Auctorem lemma est.*

LONGE LEVIS AURA FERET.

Imago navis animæ nostræ ab inspirationibus S. Spiritus promotæ.

* XXVII. *Navis australem ad plagam vergens, quo magis in Crucis constellationem fertur, pluribus eam in quadrante gradibus elevat.*

DUM SEQUOR, EXALTO.

Optimus S. Cruci honor & exaltatio fit, eam sequi tribulationum & crucum tolerantiâ.

XXVIII. *Navis velis & remis provecta.*

UNDIQUE PROVEHIMUR.

Imago hominis, quavis in re & occasione profectui animæ studentis.

* XXIX. *Navis ventis promota.*

IPSI VELA REGENT.

Inspirationum Spiritus Sancti imago.

* XXX. *Navis Crucis constellationem ad Austrum sequens.*

TE DUCE CERTA VIA EST.

Securissima ad cœlum via est calamitatum.

* XXXI. *Navis extra deaurata, interius pulverem pyrium ferens.*

PULCHRO SUB TEGMINE FOMES.

In fomitem concupiscentiarum, post lapsum Adami semper carni comitem.

XXXII. *Navis in recessu suo tamen stellam polarem adhuc respiciens, eique se conformans.*

ETIAM DILECTA RECESSU.

Imago justorum, qui etsi in peccatis venialibus leviter nonnihil à Deo recedere videantur, de suo erga eum amore nil dimittunt.

Imago Sanctorum in cœlo suos, quos in terrâ deserere, amicos adhuc diligentium.

XXXIII. *In memoriam ejus navis Harlemensis, quæ Anno* 1245. *Damiatensi portui obductam catenam rupit, in nummo Belgico huic facto lemma fuit.*

VIN-

VINCIT VIM VIRTUS.

* XXXIV. *Navis mercibus in tempestate ejectis levata.*

DAMNA LEVANT.

In damna temporalia, quibus anima in Deum sæpe erigitur.

XXXV. *Navi Ecclesiæ P. le Moyne inscripsit.*

NESCIT COMMERCIA MUNDI.

Religiosum & à mundo abstractum sic exprimes.

XXXVI. *Navibus mercatoriis in Indias auro afferendo euntibus lemma.*

AURO TRAHUNTUR.

Lemma ex nummo Brandenburgico sumptum est, in quo hoc carmen conspiciebatur.

*Huc naves auro, ferrum ut magnete trahuntur*

Imago hominis spe lucri ad ardua quævis attracti.

* XXXVII. *Velum vento inflatum, à nautis aquâ perfusum.*

INTER SUSPIRIA LUCTUS.

Imago cursus humanæ vitæ, quæ luctibus & suspiriis constat.

* XXXVIII. *Navis in tempestate ad portum anhelans.*

QUÆRIT JACTATA QUIETEM.

Imago hominis Conscientiæ quieti studentis.

Imago hominis ad mortem adspirantis.

* XXXIX. *Naves plures incendiariæ, post tempestatem illæsæ aliis mercatoriis mersis.*

SERVAT MULTOS FORTUNA NOCENTES.

Malorum meliorem hoc in mundo sortem Emblema exhibet.

* XL. *Navis stellam polarem etiam non præeuntem, sed subsistentem sequitur.*

TE NON PRÆEUNTE SEQUEMUR.

Imago Religiosæ communitatis absque Prælati sui exemplo, nihilominus fervidæ.

XLI. *Navis nimio mercium pondere mersa.*

PONDERE MERGOR.

Imago animæ ex peccatorum mortalium pondere in abyssum infernalem demersæ.

* XLII. *Navis Cæsarem olim & ejus fortunam vehens in tempestate secura.*

TANTO PIGNORE TUTA FUIT.

B. Virginem Immaculatè conceptam imago exhibet.

XLIII. *Navis è portu solvens.*

VENTIS REDITURA SECUNDIS. *Ovid.*

Christi gloriosam in cœlum Ascensionem exprimit symbolum.

XLIV. *P. Hesius navi in tempestate jactatæ inscribit.*

SPES OMNIS AB ALTO.

Innuere volebat, *Spem* Dei donum esse.

* XLV. *Navis excussis velis, cum solâ anchorâ.*

SUPEREST CASIBUS UNA MEIS. *Ovid.*

Imago spei rebus afflictis semper superstitis.

* XLVI. *Navis in tempestate hausta.*

VENTIS, ET FLUCTIBUS IMPAR. *Luc.*

Imago pusillanimis adversis succumbentis.

Imago scrupulosi conscientiæ fluctibus succumbentis.

XLVII. *Navi fractæ velis clavoque destitutæ, atque solo vento impulsæ, apud Auct. Coll. inscribitur.*

SOLUSQUE REGIT ME SPIRITUS.

Imago cujusdam in extremis adversitatum sola Spiritus Sancti consolatione conservati.

* XLVIII. *Navis in tempestate.*

FLUCTIBUS ERIGITUR. *Ovid.*

Imago animi inter adversa erecti.

* XLIX. *Navis mercatoria in portum appellens.*

DIVES AB OCEANO. *Ovid.*

Remp. Fœderatorum Belgii Statuum sic exprimes, aut quemvis mercatorem.

L. *Navi Ecclesiæ inter medios fluctus laboranti P. le Moyne inscribit.*

SECURA QUIETIS FLUCTUAT.

Imago justorum inter medias hujus mundi tempestates in Deum spem reponentium, deque eo sentientium in bonitate.

* LI. *Navis anchoram (quæ ſpei ſymbolum) antliam (quæ metus) ferens.*

SPEMQUE, METUMQUE FERUNT. *Luc.*

Imago ſpei jungendæ timori, & vice verſâ.

* LII. *Navis ſub ſtellato cælo.*

MILLENO LUMINE DUCOR.

Imago hominis millenis gratiarum actualium luminibus à Deo ad ſalutem promoti.

* LIII. *Navis vacua ſine pondere aliquo nimium jactatur.*

LABANT JUSTO SINE PONDERE.

Imago rerum humanarum ſine prudentiæ aut juſtitiæ pondere labantium.

LIV. *Navis portui proxima à Fevillæo inſcribitur.*

SPES PROXIMA.

In hominis juſti agonem.

LV. *Navi lemma.*

EOIS SERVIT, ET OCCIDUIS.

Imago Societatis Jeſu in utroque orbe, in vineâ Domini ſtrenue laborantis.

* LVI. *Navis acus magneticæ beneficio portus quoſvis attingens.*

OMNIA TANGIT ACU.

Imago ingenioſi hominis, de quo dicitur: *Rem acu tangit.*

LVII. *Concluſâ Anno 1679. Neomagenſi pace, in nummo Belgico, Navi ſecundo vento procedenti inſcribebatur.*

PROSPICE, DUM PROSPERA.

Credo innui Epigraphe iſtâ, Tempore pacis belli curas minimè intermittendas.

LVIII. *Navis fluctibus diu jactata demum quietè portum ingreditur.*

FINE CORONATUR OPUS.

Imago hominis poſt longos ſcrupulos in vitâ toleratos, demum in ſumma conſcientiæ quiete morientis.

* LIX. *Navis fluctibus in deſideratum portum jactata.*

TRU-

TRUDUNT FATA VOLENTEM.

Imago animi inter adverſa reſignati.

LX. *Quando Anno* 1672 *Hagæ Comitis Joannes & Cornelius Wittii Fratres crudeli morte delebantur, in nummo Belgico duæ naves in ſcopulum ſimul allidentes & diſruptæ inſcribebantur.*

UNA MENTE, ET SORTE.

Duorum amicorum, uti & animæ & corporis, parem in alterâ vitâ ſortem ſubeundam ſic exprimes.

LXI. *Anno* 1579. *In nummo Belgico duæ naves ſibi vicinæ lemma tenebant.*

FRANGIMUR, SI COLLIDIMUR.

Fraterna diſſidia ſumme noxia ſymbolo diſſuaderi vides.

LXII. *Navis ex unica rima aquas hauriens.*

SATIS UNICA RIMA EXITIO EST.

Nempe unica ſæpe occaſio æternæ perditioni ſufficientem cauſam præbet.

* LXIII. *Navis bellica tormentis, & viris munita, lemma gerit.*

ARMA VIRUMQUE *Virg.*

Imago Auctoris rationum armis & virorum Doctorum auctoritatibus ſua ſtabilientis.

LXIV. *Navis bellica antiqua, & nullo amplius belli uſui, in incendiariam tranſmutatur.*

POST PRÆLIA, FLAMMÆ.

Imago perverſi militis demum æternis incendiis deputandi.

* LXV. N*avis in medio mari ſine pixide magneticâ.*

MEDIA NESCIT AN ERRET AQUA. *Ovid.*

Nemo de contritionis ſuæ veritate certus eſt, aut de attingendo æternæ ſalutis portu.

* LXV. N*avis, per quam commercia ex altero orbe advehuntur.*

GEMINOQUE FACIT COMMERCIA MUNDO *Claud.*

Rempublicam Fœderatorum Statuum ſic exprimes.

* LXVII. *Bellica navis.*

IMMENSI TREMOR OCEANI.

Admiralii, ut vocant bellici, ſeu marini imago.

LXVIII. *In nummo Belgico, Anno 1606. cuſo, navi, in quâ ſeptem nautæ in tempeſtate ſtrenuam operam navabant, inſcriptum fuit.*

SERVAT VIGILANTIA CONCORS.

Septem Provinciarum concordem vigilantiam innuebat ſymbolum.

Prælatorum Eccleſiæ curam ſic quoque exprimes.

LXIX. *In alio nummo ſimili navi, lemma fuit.*

TIMIDE ET PRUDENTER.

Ideam Miniſtri, aut Prælati cujuſvis habes.

LXX. *Navi, è portu in altum ſolventi, P. le Moyne inſcribit.*

TERRIS PETIT ALTA RELICTIS.

Imago Navis Eccleſiæ.

Imago moribundi.

Imago hominis mundo valere juſſo Religionem amplectentis, & Contemplativi cujuſvis.

* LXXI. *Navis, vento laterali in ſuum commodum utens.*

TEMPORIBUS SERVIRE DECET.

Imago Politici, ſeu adulatoris.

* LXXII. *Navis fluctibus à portu abrepta.*

NON QUO VOLUIT, SED QUO RAPIT IMPETUS. *Ovid.*

Imago hominis paſſionibus ſuis abrepti.

* LXXIII. *Navis, è portu ſolvens, mox in eundem ingruenti tempeſtate reverſa.*

PRÆSTAT REGREDI, QUAM PERIRE.

Pœnitentiam, dum tempus pœnitendi eſt, ſymbolum docet.

Animi reſignati & obedientis idea.

* LXXIV. *Navis Megallanica.*

IN-

INSUETUM PER ITER. *Virg.*

Difficultatem hactenus intentatam sic exprimes, à quodam superatam.

* LXXV. *Navis mersa.*

PERIISSE SEMEL SATIS EST. *Virg.*

Semel perire, æternum periisse est.

* LXXVI. *Navis, serenâ aurâ è portu solvens, post in tempestate mergitur.*

CONFISA SERENO.

Imago hominis, serenis mundi nimium fidentis.

* LXXVII. *Navis Colchica.*

PER TOT DISCRIMINA VELLUS.

Imago cujusdam, qui post multa adversa perpessa, pallio Episcopali donabatur.

LXXVIII. *Resp. Gedanensis, exceptura Joannem* III. *Poloniæ Regem, navi ad magneticam acum inscripsit.*

NUNQUAM TUA SIGNA RELIQUI.

Exprimebat suam in Regem inviolatam hactenus fidem.

Duos fidos amicos sic exprimes.

Imago justi, Deum nunquam offendentis lethaliter.

LXXIX. *Carolo* II. *Angliæ Rege, ad Regnum revocato, navis ejus honori isthoc lemmate, inscribebatur.*

QUO FAS, ET FATA VOCARUNT.

Hominis Resignati, seu magnanimi imago.

* LXXX. *Naves plures, ad unum portum properantes.*

OMNES EODEM.

Imago omnium properantium ad mortem.

LXXXI. *Naves plures, uno è portu solventes ad diversa loca.*

NON OMNES IN UNUM.

Imago diversæ, in altero sæculo hominum sortis, ad quam ex mortali hac vita migrant.

LXXXII. *Nicolaus De Ponte, Venetorum Dux, navem coronatam seu rostratam, in symbolo habens, eidem inscripsit.*

NUPER ME IN LITTORE VIDI.

Documentum nunquam amittendæ memoriæ conditionis prioris.

* LXXXIII. *Pompejus Colomna navem è portu solventem hoc lemmate donavit.*

NIL LINQUET INAUSUM.

Imago Generosi Præfecti Classis marinæ.

LXXXIV. *P. Haynovius multis navibus ante portum constitutis inscribit.*

UNUM EST NECESSARIUM.

Necessitatem, & curam consequendi æternæ salutis portus sic exprimes.

LXXXV. *Eyndius in frontispicio sua Zelandiæ navi in pleno Oceano inscribit.*

QUA PATET OCEANUS.

Provinciæ suæ in utrumque orbem navigationes exprimebat.

Navigationes variorum Ordinum ad convertendos infideles sic exprimes.

* LXXXVI. *Navis in portu mercibus evacuata.*

IN PORTU EVACUOR.

Imago relinquendorum in æternitatis & mortis portu terrenorum omnium.

* LXXXVII. *Navis studio oneratur ut contra tempestates securior sit.*

PONDERE SERVOR. vel CUM PONDERE TUTA.

Imago peccatoris, quem gratiarum actualium pondera servant.

Humilitas tutissima virtus.

* LXXXVIII. *Naves aliquot in portu ventum exspectantes.*

EXSPECTANT SPIRITUM.

Imago SS. Apostolorum Spiritus Sancti adventum in Pentecoste exspectantium.

LXXXIX. *Navis, cui polaris stellæ aspectum nubes tollunt.*

TOL-

TOLLUNT MIHI NUBILA DUCEM.

Deplorabat ſic aliquis, ſe apud Ducem certum gratiâ excidiſſe.

XC. *Navis vento & mari ſe credens à Maſenio inſcribitur.*

OMNIA FORTUNÆ COMMITTO.

Imago hominis ſe Dei diſpoſitionibus committentis.

* XCI. *Navis explicatis velis etiam nautarum operâ adjuta.*

NON OMNIA FATIS.

Non fatis committenda noſtra ſunt, ſed fata nobis concilianda operum adjumento.

* XCII. *Navis, hinc portum, inde ſcopulos vicinos habens.*

IN PORTUM, ET SCOPULOS.

Imago humanæ libertatis, qua animæ ſuæ navim homo dirigere poteſt, in æternæ ſalutis ſeu portum, ſeu æternæ damnationis ſcopulos.

XCIII. *P. Maſenius navi in tempeſtate inſcribit.*

TEMPESTATI PARENDUM.

Reſignationem ſeu patientiam in adverſis Emblema ſuadet.

XCIV. *Navis mercibus dives.*

DIVITEM FECERE PROCELLÆ.

In utilitatem tribulationum.

XCV. *Navis ſub ſigno Geminorum incedens apud Dalhoven inſcribitur.*

IPSIS DONANTIBUS AURAS.

SS. Philippum & Jacobum in patronos aſſumptos Emblema ſpectat.

* XCVI. *Pari modo navi ſub virginis ſigno procedenti inſcribes.*

HAC FAVENTE.

B. Virginis patrocinium ſic exprimes.

XCVII. *Navi, quæ exallifis externus fluctibus interius turbabatur, Dalhoven inſcripſit.*

FUROR INTUS, ET EXTRA.

Imago malæ conſcientiæ.

XCVIII. *Navis, inter fulmina & tempestates, in Imagine I. Sæculi inscribitur.*

INTENTANT OMNIA MORTEM.

Difficultatem navalium missionum, Emblema exprimit.

Hominis item moribundi imago.

XCIX. Navi, *in tempestate, D. Aresius inscribit.*

SERENUM ERIT.

Solatium scrupulosæ conscientiæ.

Solatium in adversis.

C. Navis, *jam jam mergenda, è quâ per antliam copiosa aqua educitur, in imagine I. Sæculi inscribitur.*

INSTANTE PERICLO.

Confessionem, in periculo mortis factam, Emblema exhibet.

* CI. Navis, *cum intrat, vel è portu exit, aliquot tormentorum explosionibus portum salutat.*

NON INSALUTATO HOSPITE.

Imago humani & grati animi.

* CII. Navis, *in mari jactata, aliis in portu subsistentibus.*

PORTUM ALII TENEANT.

Incuriam salutis propriæ sic exprimes.

In S. Joannem de S. Cruce Ord: Carm: Disc: cujus votum erat. *Non mori sed pati Domine.*

* CIII. Navis, *ne in scopulum feratur, anchoram ejicit, & vela dimittit, ac cursum sistit.*

PRÆSTAT SISTERE QUAM PERIRE.

Maturè in malo sistendum, suadet imago.

CIV. *Chovaynus, navi duobus hinc inde ventis actæ inscribit.*

PARET INCERTA DUOBUS.

Conscientiæ dubiæ, seu perplexæ idea.

* CV. Navis *absque acu navigans.*

SINE ME QUI NAVIGAT ERRAT.

Prudentiam, in omnibus actionibus ducem habendam, symbolum suadet.

* CVI.

* CVI. N*avis bellica incensa, tormentis intra suum incendium explosis.*

EXPLOSIS, ARDEO TORMENTIS.

Imago S. Laurentii, inter incendia, sua tormenta explodentis & illuso tyranno flocci facientis.

CVII. N*avis clavo, velo, malo, anchora destituta.*

VEL SIC ATTINGAM.

Imago animi inter adversa non desperantis.

* CVIII. N*avis in portu secura.*

IN ALTO PERICULUM.

Exprimit Emblema, pericula honorum & dignitatum.

CIX. N*avis, adverso vento tardius incedens.*

SEGNIOR ADVERSIS.

Imago hominis, calamitatibus in viâ Dei retardati.

CX. *P. Labbe Navi inscribit.*

REDITURA PERAMBULAT ORBEM.

Christi in carne hoc in mundo olim ambulantis imago, donec ad cœlum reversus est.

* CXI. N*avis, in portu submersa.*

UBI QUIETEM SPERAVERAM.

Imago hominis, in morte dæmonis tentationibus succumbentis.

* CXII. *Portui marino, navium quieti destinato, lemma.*

STATIO TUTISSIMA.

In æternam, Sanctorum in cœlo requiem.

* CXIII. *Portui lemma.*

ACCESSUS FACILIS. *Luc.*

Facilitatem assequendi æternæ salutis portum, Emblema spectat.

* CXIV. N*avis portui vicina, ejus aspectum, ob tempestatem non habens.*

TOLLUNT MIHI NUBILA PORTUM.

Hominis scrupulis succumbendo damnati imago.

CXV. N*avi, quæ ex horizontis quo undique conclusa est apparentiâ, cœlum ingressura videtur, lemma erit.*

COELUM UNDIQUE PORTUS.
In facilitatem cœli ex quovis loco aſſequendi.

## CAPUT II.

# TRIREMIS.

* CXVI. T*riremis cum mancipiis remos ducentibus.*
SERVIUNT, NON REGUNT.
Imago affectuum, quorum ſubeſſe eſt, non regere.

* CXVII, T*riremis Pyratis invigilans.*
INTENDO PYRATIS.
Imago vigilis Prælati ſeductores arcentis.
Imago Admiralii Marini.

CXVIII. *In nummo Belgico* T*riremi multis remis promotæ lemma eſt.*
CONJUNCTIS VIRIBUS ITE.
Animorum unionem in Republicâ ſymbolum docet.

* CXIX. T*riremis mancipiis aliquot hoſtilibus, in portum acta inſtante tempeſtate.*
SALUTEM EX INIMICIS NOSTRIS.
Ita tractandi affectus ſpiritui inimici, ut animam ad portum æternæ ſalutis provehant.

* CXX. T*riremis roſtrum demum in roſtrum oratorium ad lites converſum.*
IN LITTORE SERVIO LITI.
In S. Ivonem in æternæ ſalutis littore Patronum deſperatarum cauſarum.

* CXXI. *Idem.*
POST PRÆLIA LITES.
In quendam, qui ex milite Advocatus factus.

* CXXII. T*riremis per invium aliis navibus ſine vento mare, remis ſe promovens.*
INVIA LABORI PERVIA.
Laboris Commendatio.

# CAPUT III.

## ANCHORA.

* CXXIII. *Anchora in mare ejicienda.*

O HOMINUM SPES, ECCE CADUCÆ!

Exprimit Emblema hominum infirmas & inſtabiles ſpes.

* CXXIV. *Anchora (ſpei ſymbolum) cum uncis in formam Crucis expanſis.*

SPES ADEO SIBI CRUX.

Spei dilatæ imago. *Spes quæ differtur, affligit animam.* Prov. 13.

* CXXV. *Anchora in tempeſtate fracta.*

NEC ANCHORA FIRMA EST.

Experta id eſt Maria de Medicis in ſuo Mareſchalco d'Ancre poſt interfecto, qui primarius ejus miniſter, Reginæ velo fœmineo à ventis excuſſo, auditus fuit dicere. *Non egere navim, anchorâ firmatam velo.*

* CXXVI. *Anchora, dum ejicitur, in maris fundo firmatur.*

FIRMATUR CASU.

Imago eorum Sanctorum, qui ex lapſu priore plus inde firmati ſunt in pœnitentiâ, & amando Deo.

CXXVII. *P. Heſius in ſuis de Fide, Spe, & Charitate Emblematibus, anchoram exhibet, cujus uncis fomes bellicus ardens chordæ loco ſerviebat cum lemmate.*

QUAM BENE CONVENIUNT.

Volebat nempe trium harum Theologicarum virtutum ad invicem connexionem iſto Emblemate ſignificare, quarum primam per chordam ſeu fidem arcus, ſecundam per anchoram, & tertiam per ignem in fune ardentem exprimebat.

CXXVIII. *Idem anchoræ navem in tempeſtate firmanti inſcribit.*

JUVAT FESSOS.

Spei unam qualitatem expressam habes, juxta illud Jobi. *Defessus securus dormies* Job. 2. Cap.

CXXIX. *Anchoræ in mari firmatæ*, *idem inscribit.*

STABILIS CUM LATET.

Solitarium in virtutibus constantem sic exprimes.

CXXX. *Anchoræ maris fundo tectæ*, *firmiterque navim tenenti*, *idem inscribit.*

SEPULTA JUVABIT.

Corporis sepulti imago dotes gloriosas expectantis.

CXXXI. *Idem anchoræ*, *intra rupis asperiora saxa firmatæ inscribit.*

ASPERA SPEM FIRMANT. vel FIRMIUS ASPERIS HÆRET.

Imago justorum, quos toleratæ pro Deo asperitates, sperare benefaciunt de salute suâ. Amorem cujusdam ad asperitates etiam sic exprimes.

CXXXII. *Anchora in mari*, *apud eundem lemma habet.*

IN DUBIO SECURA RECUMBIT.

Spem cujusdam firmam sic exprimes.

CXXXIII. *Anchora in navi eam gravat*, *firmat autem & levat in mare ejecta*, *unde eidem ab eodem P. Hesio lemma.*

VISA GRAVAT, NON VISA LEVAT.

Indolem spei exprimit Emblema *Spes enim quæ videtur*, *non est spes. Rom.* 8.

CXXXIV. *Anchoræ cui silice ignis excutitur*, *idem inscribit.*

DURIS MICAT.

In indolem spei, quæ comite patientiâ plus clarescit. *Per patientiam spem habemus.* Rom. 15.

CXXXV. *Anchoræ à genio in humeros elatæ idem inscribit.*

SPES NIMIS ALTA NOCET. vel NIL ELATA JUVAT.

Præsumptionis imago.

CXXXVI. *Anchora cujus funis in plures orbes contortus est.*

IN-

IN PLURES DESINIT ORBES.

In spem sanctorum de quâ Sap. Cap. 3. *Spes eorum immortalitate plena est.*

CXXXVII. *Anchoræ sine fune aut fide frustraneæ idem inscribit.*

TOLLE FIDEM, SPES NULLA FUTURA EST.

Fundamentum spei fidem Emblema pingit.

CXXXVIII. *Anchoræ in ligno transverso orbiculum ex fune in formam coronæ habenti, atque in mare ejectæ idem P. Hesius inscribit.*

SERVATQUE ABJECTA CORONAM.

Despectus hominum justorum meritis & coronis apud Deum nil præjudicare potest.

CXXXIX. *Anchoræ quæ sole occidente, longiorem umbram projicit, idem Hesius inscripsit.*

SPES LONGIOR IPSO EXTENDITUR OCCASU.

vel ad leges Symbolicas aptius.

AMPLIOR OCCASU.

Spem justorum morte majorem depictam habes.

* CXL. *Anchoræ binæ, navem firmantes.*

NON SATIS UNA TENET.

Pindari dictum est *Bonum est duabus anchoris niti.* Sensus est, plurium patrocinium adsciscendum esse.

* CXLI. *Anchora in profundo maris.*

NOCTUQUE DIUQUE PROFUNDUM.

Profundi speculatoris imago.

Imago Missionarii navalis.

CXLII. *In Lubomiriano prope Varsaviam balneo, anchoræ à geniis aliquot sublatæ lemma.*

BONORUM SPES RESURGUNT.

CXLIII. *Anchora nautam se mergentem servans.*

MERGENTEM SERVO.

Imago S. Stephani, qui precibus suis S. Paulum impetrasse Ecclesiæ creditur, olim cooperantem ejus lapidationi.

Benefici animi erga inimicos imago.

* CXLIV. *Anchora tum demum cum figitur navim firmat.*

NON

NON NISI FIGATUR.

Spei firmitatem Emblema docet.

* CXLV. *Anchorâ à nautâ abjecta.*

ET SERVAT ABJECTA FIDEM.

Imago fidi etiam post injurias amici.

CXLVI. *Anchoræ lemma.*

CASIBUS ERIGITUR. vel LAPSU STAT.

Imago justi in adversis erecti.

CXLVII. *P. Jacobus Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ anchoræ inscribit.*

SOLIDA TANTUM APPREHENDO.

In ejusdem Sanctæ appetitus erga cœlestia & solida tantum bona.

* CXLVIII. *Anchora terram, quam apprehenderat, relinquens, cum elevatur.*

APPREHENSA RELINQUO.

Imago hominis proprii judicii minimè tenacis.

Imago hominis haud gravatè relinquentis terrena.

* CXLIX. *Anchora in tempestate firma.*

CONSTAT IN ADVERSIS SIBI.

Animi infracti in adversis imago.

* CL. *Anchora terram apprehendens.*

TERRENA PREHENDO.

Imago hominis terrenis addicti.

* CLI. *Anchora littori unco suo inhærens.*

MORDAXQUE, TENAXQUE.

Imago avari, & iracundi hominis.

CLII. *Expressurus nonnemo Wilhelmum Angliæ Regem, rerum Confœderatarum in marinâ Classi & terrestribus exercitibus spem esse, anchoræ, quæ navim in pleno mari & ad littus firmat, inscripsit.*

TERRAQUE, MARIQUE.

Imago D. Dei, qui ubique locorum unica spes nostra est.

## CAPUT IV.

# ARCA NOE.

CLIII. *Arca Noe ipſum ſuum Auctorem continens.*
CONTINET AUCTOREM.

B. V. Mariam utero gerentem Chriſtum Dominum expreſſam habes, congruenter illi: *Qui creavit me, requievit in Tabernaculo meo.* Eccl. 24.

CLIV. *P. Niezporkowitz Arcæ Noeticæ in montibus conſiſtenti lemma dedit.*
TOTI SUPEREMINET ORBI.

Eminentiam B. Virginis ſic exprimes.

* CLV. *Arcæ Noeticæ lemma.*
MERSI SPES ULTIMA MUNDI.

Imago Pœnitentiæ.

CLVI. *Eidem inter fluctus lemma.*
FLUCTUO, NON MERGOR.

Imago Eccleſiæ. *Fluctuat & nunquam mergitur illa ratis.*

CLVII. *Imago Societatis Jeſu Arcæ eidem inſcribit.*
AUSPICIUM MELIORIS ÆVI

Factum fuit in eandem Societatem ſecundum ſuum ſæculum inchoantem.

## CAPUT V.

# BOLIS.

* CLVIII. *Bolis in inferiore ſui parte adhærentes fundi arenas habens.*
PRODIT SECRETA PROFUNDI.

In Auctorem quendam, qui Tractatum de Humilitate ſcripſerat.

Theologiam Scholaſticam quoque ſic exprimes.

* CLIX. *Bolis, cum ejicitur, erigitur.*
ERECTA, CUM EJECTA.

Ima-

Imago SS. Apoſtolorum qui gaudentes ibant cum è Synagogis ejiciebantur.

CLX. *Bolidis plumbo, chordam ſeu fidem ſuam perpendiculariter extendenti P. Heſius inſcribit.*

SINE PONDERE NON EST RECTA FIDES.

Perſecutionibus Veram Dei Eccleſiam nunquam caruiſſe ſic exprimes.

* CLXI. *Bolis mare ſcrutans.*

SCRUTOR INEXHAUSTUM.

Theologi profundi imago, aut ejus, qui occulta Dei judicia ſcrutari nititur.

## CAPUT VI.

# CLAVUS. SEU TEMO.

CLXII. *Clavo Zinkgrefius inſcribit.*

CONSILIO, NON ROBORE.

Innuit Emblema, non minus Conſiliis, quam armis Regna & Reſp. ſtare.

* CLXIII. *Clavus ſolum navem dirigit, ſi aquis immittatur.*

SI NON MERGAR, NON DIRIGO.

Confeſſarii tum demum ſuos rectè pœnitentes dirigunt, cum ipſi prius pœnitentiæ undis immerſi erunt.

* CLXIV. *Clavus navim movens.*

UT MOVEOR, MOVEO.

Concionatoris imago, juxta motus ſibi à Deo immiſſos Auditorum animos commoventis.

* CLXV. *Clavus firmiter teneri exigens.*

VULT ILLE TENERI.

Innuit Symbolum, animarum Rectoribus ſpecialem Dei gratiam neceſſariam, ut clavum bene teneant.

* CLVI. *Clavus ultimum in navigio locum habens.*

NON PRIMA, SED IMA.

Humilis Prælati imago.

CLXVI. *Clavus idem in ultimo ſuo loco.*

QUOS

QUOS REGO, NON PRÆEO.
Prælati minimè exemplaris idea.

# CAPUT VII.

# CYMBA. SCAPHA. PHASELUS.

CLXVIII. *Cymbæ naufragæ, navi vicinæ P. Masenius inscribit.*

TUTIOR IN PARVA.

Inferiorum statuum securitatem & honorum pericula sic exprimes.

CLXIX. *In palatio suburbano Ill. Episcopi Posnaniensis cymbæ spem & fortunam ferenti, homine eandem egrediente inscribitur.*

LUDITE NUNC ALIOS.

Hominis sive morte, sive Religionis ingressu mundo valedicentis imago.

CLXX. *Verienus cymbæ majores naves insequenti inscribit.*

SEQUOR, ET ATTINGAM.

Ingenii ad excelsa nitentis imago.

* CLXXI. *Cymba majori, quam deceat, velo invertitur.*

MAJORI NAUFRAGA VELO.

Adagium Belgicum est in eos, qui sumptus faciunt proventibus majores.

* CLXXII. *Cymba minor.*

PROMPTIOR, CUM MINOR.

Pauperes ad serviendum Deo expeditiores præ divitibus videas.

Ea promptior obedientia est, quæ ex humili animo procedit.

* CLXXIII. *Cymba majori navi affixa & submersa nihilominus præcedente trahitur.*

ET MERSA TRAHETUR.

Imago peccatoris gratiis à Deo attracti ad conversionem.

CLXXIV.

* CLXXIV. *Idem.*

ET MERSA SEQUETUR.

Imago peccatoris gratiis actualibus attracti & resipiscentis.

* CLXXV. *Scapha in majoris navis auxilium deputata.*

ALTERIUS ALTERA POSCIT OPEM.

Mutua auxilia generi humano necessaria sic describes.

* CLXXVI. *Cymba adverso flumine prompte procedens.*

PROMPTIOR ADVERSIS.

Imago humilium promptius adversa sustinentium.

* CLXXVII. *Cymba secundo vento ducta.*

INFLATA SECUNDIS.

Animi inter prospera elati imago.

* CLXXVIII. *Cymba adverso flumine attracta.*

NOLENTES TRAHIMUR.

Imago eorum, quos volentes nolentes, adversis attrahit Deus.

* CLXXIX. *Cymba.*

QUO MINOR EST, HOC TUTA MINUS.

Sic fictam cujusdam humilitatem describes, ut inde plus noceat.

* CLXXX. *Scapha majoris navis anchoram ferens.*

FERUNT MAJORUM SPES SÆPE MINORES.

Minorem ad dignitatem à majore speratum promotum sic exprimes.

CLXXXI. *Scapha in tempestate majori navi adhærens.*

NON DIRIMIT FORTUNA FIDEM. vel O EADEM PASSI! *Virg.*

Amici in adversis fidi imago.

* CLXXXII. *Idem.*

FACIT CONJUNCTIO TUTAM.

In Commoda bonæ societatis.

* CLXXXIII. *Scaphæ littus contingentes, quod majores non possunt.*

LITTUS TENUERE PUSILLÆ.

Humilium littus æternæ beatitudinis facilius obtinentium imago.

* CLXXXIV. *Scapha majore nave mersâ, salvans nautas.*

MERSÆ SPES ULTIMA RATIS.

Pœnitentiæ idea, quæ altera tabula post naufragium est.

CLXXXV. *Scapha in tempestate vi fluctuum à majore navi avulsa.*

ET DIRIMIT FORTUNA FIDEM.

Imago amici in adversis recedentis.

* CLXXXVI. *Scapha velo majoris navis attracta.*

ALTERIUS SPIRITU.

Peccatoris à Confessario conversi idea.

## CAPUT VIII.

## HAMUS.

CLXXXVII. *Piscatori inter tempestates & fulgura ad hamum suum quiete sedenti inscriptum legi.*

BENE SPERANDO, ET MALE HABENDO.

Imago vitæ aulicæ.

CLXXXVIII. *Eidem Piscatori apud Equitem Thesaurum, inscriptum leges.*

SPERARE, ET TACERE.

In idem.

CLXXXIX. *Apud eundem Thesaurum, piscis ad hamum inscribitur.*

AMO L'ESCA, NON L'AMO.

ESCAM AMO, NON HAMUM.

Voluptates amamus, remorsus earum aversamur.

CXC. *Piscis ad hamum.*

UT PEREAT, QUI ASPIRAT.

In mundi delicias.

CXCI. *Jacobus Catzſius piſciculo jam jam hamum captanti, & moventi ſeſe pennâ aquæ innatanti, ejus rei indicio piſcatori lemma inſcribit.*

ATTRAHE, DUM CAPTAT.

In non negligendas opportunas occaſiones.

* CXCII. *Hamo lemma.*

SUB MOLLI FERREA.

Ferreos conſcientiæ aculeos ſub mollibus mundi delitiis abſconditos Emblema exprimit.

CXCIII. *Piſcator vermiculum pro piſce dans.*

SIC PERDERE LUCRUM.

Paupertatis Religioſæ imago.

CXCIV. *Hamo ineſcato Ferrus Abbas inſcribit.*

NE CREDE VOCANTI.

Monet Emblema, non credendum Dæmoni, mundo, Carni, vel malis ſeductoribus.

CXCV. *Piſciculo ad hamum capto.*

BREVIS VOLUPTAS, LONGUS DOLOR.

Voluptatum mundanarum imago.

CXCVI. *Hamo P. Maſenius inſcribit.*

QUOD PASCIT, ID ENECAT IDEM.

Gulæ, aliarumque mundi, & carnis voluptatum imago.

* CXCVII. *Piſcis ad hamum.*

IPSE CAPI VOLUIT.

Ipſi ultronèe Dæmonis caſſes intramus.

## CAPUT IX.

## RETE. NASSA.

CXCVIII. *In ſuburbanâ Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſis arce piſcatori rete, in quo nocturna luna ſplendebat, attracturo, ut eandem caperet, atque attracto deluſo, inſcribitur.*

HOMINUM SIC SÆPE LABORES.

In

In vanos, & irritos hominum hoc in orbe labores.

CXCIX. *Verienus ad nassam, in qua pisces conclusi erant, circumnatantibus pisciculis inscribit.*

ADVERSIS NON DEESSE DECET.

Monet Emblema, subveniendum esse in necessitate constitutis.

* CC. *In rete plures pisciculi adiguntur, cum in aquâ strepitus excitantur.*

CUM STREPITU PLURES.

Imago Concionatoris, strepitu & minis plures in casses timoris Dei agentis.

* CCI. *Rete loco piscium ingentem luti, lentium &c. massam trahens.*

PRÆTER LUTUM NIHIL.

Hoc luxuriosi in fine experiuntur.

* CCII. *Rete pisces attrahens.*

TRAHENDO CAPIMUR.

Eorum imago, qui ad consortia mulierum attracti capiuntur à Dæmone.

* CCIII. *Rete ad littus attractum, & vacuum.*

NIHIL CEPIMUS.

Irritos hominum labores exprimit symbolum.

* CCIV. *Rete pisces trahens ad littus.*

DONEC AD LITTUS.

Deus suos reti calamitatum conclusos tamdiu trahit, donec eos æternitatis littori sistat.

* CCV. *E reti, in quo jam pisces conclusi, iis non alius exitus est, quam si rete supernè transiliant.*

TRANSILIUNT, CUM EXILIUNT.

Rete Dæmonis transiliunt ii, qui hilares in Domino exiliunt.

## CAPUT X.

# TABULA HYDROGRAPHICA, CUM PYXIDE, ET ACU MAGNETICA.

Vide etiam Titulum MAGNES.

* CCVI. *Tabula hydrographica cum ventis per circumferentiam in ſpecie virorum eam afflantium, prout in Janſsoniano Atlante ſpectatur, lemma tenet.*

TOT BELLA PER ORBEM.

Imago mundi bello & litibus ubique ferventis.

CCVII. *Acus magnetica, cujus utraque extremitas ad polos vergit, in ſolenni introitu Cardinalis Ferdinandi Hiſpaniæ Infantis, Antverpiæ inſcribebatur.*

POLUS NON SUFFICIT UNUS. vel NON UNO CONTENTA POLO.

Ingentia Regis Hiſpani Dominia hoc, & in altero orbe exprimebantur.

* CCVIII *Conſonat ſequens.*

GEMINUM SIBI VENDICAT AXEM. *Clau.*

Societatis Jeſu ad utrumque polum curas ſuis Miſſionibus extendentis imago.

Mercatorem quoque mercimonia ſua in utrumque orbem extendentem ſic deſcribes.

* CCIX. *Acus magnetica ſtellâ polari directa, navi viam monſtrans.*

HAC DUCE MONSTRO VIAM.

Imago Doctorum, Concionatorum, Confeſſariorum Ductu S. Spiritus alios docentium.

Imago Eccleſiæ Catholicæ, eadem de causâ.

CCX. *In exequiis M. Turenii, acui magneticæ lemma erat.*

NON TRAHITUR AURO.

In

In incorruptam ejuſdem fidem.

CCXI. *Multis acubus ad magnetem converſis in Theſibus S. Xaverio dicatis inſcriptum fuit.*

AD TE CONVERTENTUR.

Efficaciam ejuſdem Sancti in convertendis animabus exprimit Emblema.

CCXII. *In Imag:* I. *Sæc: acui magneticæ ad polarem ſtellam directæ lemma eſt.*

HÆC CYNOSURA MIHI.

Exprimebat ſymboli auctor, Miſſiones ad normam voluntatis Pontificiæ formandas à Societate eâdem.

CCXIII. *In fronte imaginis ejuſdem acui magneticæ lemma eſt.*

TERRAQUE, MARIQUE.

Ejuſdem Societatis terra marique laborantis in vinea Domini imago.

* CCXIV. *Acus magnetica ad ſtellam polarem quieſcens.*

ΕΥΡΙΚΑ. INVENI.

Animæ beatæ in ultimo fine & polo Deo quieſcentis imago.

* CCXV. *Acus magnetica ad gelidam polarem ſtellam directa.*

RIGIDA SOLA PLACET.

In quendam Religionem RR. PP. Cappucinorum eligentem.

* CCXVI. *Acus magnetica ad polum vergens.*

QUIS NOS SEPARABIT? vel NIL ME DIVELLET AB ILLA.

Imago ſinceræ amicitiæ, Animis enim nil dirimit, & Poëta teſte: *diſſita jungit amor.*

* CCXVII. *Eadem acus ad polum.*

SOLUM POLUM.

Imago animæ præter Deum nil quærentis.

CCXVIII. *Acus magnetica fluctuans.*

NUNC HUC, NUNC VERTITUR ILLUC.

Imago dubiæ, & perplexæ conſcientiæ.

* CCXIX. *Acus magnetica cum stellâ polari.*
TERRIS, NON AMORE DIVISO.
Imago Ecclesiæ hoc in orbe militantis, & triumphantis in cœlo, sibi amore junctæ.
*Non mare, non tellus dirimit, quos sydera jungunt.*
* CCXX. *Acus magneticæ vigor, quam magnetis attactu recepit, paulatim imminuitur.*
PAULATIM DECLINAT AMOR.
Imago inconstantiæ mundani amoris.
* CCXXI. *Acus magnetica fluctuans, & nondum plenè conquiescens.*
FLUCTUAT ADHUC.
Animi irresoluti imago, seu etiam dubiæ conscientiæ.
* CCXXII. *Acus magnetica ad auream massam.*
TENTATA, SED INCORRUPTA.
Imago incorrupti Judicis, Ministri, &c.
* CCXXIII. *Acus magnetica ad polum tendens.*
MOTU TENDIT PROPRIO. *Ex Hym.*
Imago Christi motu proprio Passionem suam exoptantis. *Oblatus est quia ipse voluit. Isaiæ Cap.* 53.
* CCXXIV. *Acus eadem.*
AMAT, ET NON SENTIT AMOREM.
Imago hominis in amoribus suis excæcati.
* CCXXV. *Acus ad polarem stellam nubibus absconsam vergens.*
NONDUM VISA PLACEBAS. *Ovid.*
*vel, ut P. Hesio placet.*
SPECTAT HUNC, QUEM NON VIDET.
Naturam fidei Emblema innuit, quam Apostolus vocat *argumentum rerum non apparentium.*
Amores justorum in cœlestem Patriam etiam Emblema innuit.
Amores profanos cujusdam Principis erga sponsam Principem, nondum visam Emblemate etiam repræsentabis.

* CCXXVI. *Acus eadem polarem stellam, quæ inter stellas ultima est, quærens.*

NEC ULTIMA SPERNOR.

Imago humilitatis, omnibus dilectæ.

* CCXXVII. *Acus magnetica subinde quibusdam gradibus à polo declinare observata est à Cosmographis.*

DEFICIT INTERDUM.

In justos, subinde venialiter labentes.

* CCXXVIII. *In Lubomiriano prope Varsaviam balneo eidem acui inscribitur.*

FACIT ID, QUOD NON FECISSE VIDETUR.

Mentem Celsissimi auctoris non assequor, videtur tamen applicari posse politicis simulationibus.

* CCXXIX. *Acus fluctuans.*

UT QUIESCAT.

Hominis inter medias calamitates fluctuantis imago.

* CCXXX. *Acus eadem sæpe declinans.*

TANTUS TENET ERROR AMANTEM.

Amoris indolem quam pluribus erroribus obnoxii Emblema innuit.

* CCXXXI. *Acus plures ad polum versæ.*

HIC CUNCTIS OPTATA QUIES.

Imago solius quietis in Deo locandæ.

* CCXXXII. *Acus eadem diu fluctuans.*

IN LONGUM DUCIT AMORES.

Imago ejus, qui differebat conversionem.

* CCXXXIII. *Acus eadem in solo polo quiescens.*

NON ANTE QUIESCAM.

Inquietum cor humanum, antequam in solo Deo conquiescat, Emblema exhibet.

* CCXXXIV. *Acus magnetica, vel minimæ chartæ, paleæ, &c. obstaculo à polo quærendo impedita.*

MINIMUM EST, QUOD AMANTIBUS OBSTAT. *Ovid.*

Amantibus Deum, minima etiam peccatorum obstacula, noxia sunt.

* CCXXXV. *Acus magnetica polarem ſtellam circumeundo quærens, eam reperit.*

QUÆSITA REPERTA EST.

Exprimit Emblema facilitatem aſſequendæ divinæ gratiæ ab iis, qui eam ſedulo quærunt.

* CCXXXVI. *Acus eadem in urbis cuniculo viam obſidentibus monſtrans.*

HAC MONSTRANTE VIAM.

Inſignem rei cunicularia Præfectum ſic exprimes, plurimum ad obſeſſæ urbis expugnationem conferentem.

* CCXXXVII. *Eadem infra terram in ſtellam polarem directa.*

ET IN IPSO ADAMATA SEPULCHRO.

Inextinctos, poſt mortem conjugales amores ſic exprimes.

* CCXXVIII. *Acus eadem ad polarem ſtellam quieſcens.*

IN HAC MEA LINGUA QUIESCET.

In garrulum quendam factum fuit Carthuſianæ Religionis candidatum.

* CCXXIX. *Acus magnetica in ſtellâ polari, quæ ex omnibus ſtellis non movetur, ſola quieſcens.*

CONSTANS SOLA PLACET. vel SEQUITUR CONSTANTISSIMAM.

Factum in quendam fuit, qui virginem *Conſtantiam* nomine amabat.

* CCXL. *Eâdem de causâ magneticæ acui lemma.*

HANC QUÆ NON CIRCUIT, AMBIT.

Imago ejus, qui virginem ſolitudinis amantem, & minime vagam in matrimonium ſibi ſeligebat.

* CCXLI. *Acui eidem circumeunti, ut quietis ſuæ centrum inveniat, lemma.*

CIRCUIT QUÆRENS. vel DONEC INVENIAT.

Ejus imago, qui quietem turbatæ conſcientiæ peregrinando quærebat.

* CCXLII.

* CCXLII. *Acus eadem in orbem circumiens, ut quietem ſuam inveniat.*

QUÆSITA PER ORBEM.

Eorum imago, qui quietem fruſtra in peregrinationibus, aliiſque orbis deliciis quærunt, in ſolo Deo animarum polo, inveniendam.

* CCXLIII. *Plures acus ſagittæ formam habentes ad polarem ſtellam directæ.*

IN HUNC TELA OMNES.

S. Sebaſtianum ſagittis confixum Emblema ſpectat, aut Chriſtum in Paſſione blaſphematum.

* CCXLIV. *Acus quærendo polum eum invenit.*

SIC SECURA POLI.

Securitatem beatitudinis facient curæ ei impenſæ.

* CCXLV. *Acus eadem in acuto ferramento circumacta.*

IN ACUMINE VERSOR.

Imago animi inter mortificationes impatientis.

* CCXLVI. *Acus eadem in dicto acumine quieſcens.*

IN ACUMINE QUIES.

Quietam conſcientiam mortificationibus reddi Emblema innuit.

CCXLVII. *Acus eadem naves gubernat, quia è cœlo regitur, unde Coll. Auctor ei inſcribit.*

NON REGO, NI REGAR.

Optimum Prælatorum regimen eſt, ſi regulas divinas & prudentiæ ipſi primo ſequantur.

# LIBER XXI.

# INSTRUMENTA MATHEMATICA.



## CAPUT I.

## TUBUS OPTICUS.

I. IN *Thesibus S. Xaverio dicatis tubo optico in cœlum directo lemma erat.*

ALTA A LONGE.

Eundem Sanctum futura prædicentem Emblema exprimebat.

* II. *Tubus opticus in cœlum directus.*

COELI ABDITA PANDIT.

Imago S. Brigittæ aliquot Revelationum Libris secreta cœlestia sibi revelata orbi pandentis.

Imago itidem Theologiæ scholasticæ.

III. *Eidem tubo P. le Moyne inscribit.*

VICINAQUE SIDERA FECIT.

Meditationem cœlestium sic exprimes.

IV. *In Palatio quodam Cardinalis Richelieu tubo optico inscribebatur.*

EMINUS PROSPICIENTI NIHIL NOVUM.

Providentiæ id inscribes.

*. V. *Tubo in constellationem Coronæ cœlestis Ariadnæ directo lemma.*

PRIMO REGNUM DEI.

Documentum quærendorum præ omnibus aliis bonorum spiritualium & cœlestium.

* VI. *Tubi varii, parvi, magni &c.*

NON OMNIA CERNIMUS ÆQUE.

Imago Sanctorum in cœlo, quorum qui sanctiores sunt, Deum clarius vident.

* VII. *Per tenebrosam tubi fistulam tubus objecta majora monstrans.*

EX TENEBRIS MAJORA.

Imago ignorantium & excæcatorum mundanorum hominum, mundanas delitias apprehendentium, majores quam sint.

Scrupulosi etiam idea.

* VIII. *Unus oculus altero clauso ad tubum opticum appositus.*

ALIQUID QUI DISSIMULAT, MULTA VIDET.

Dissimulationem prudentum dixeris esse artem propriam, quâ in multorum dein notitiam veniunt.

* IX. *Tubuli plures sibi immissi extensi coarctantur, usque dum debite sint arctati.*

COARCTOR USQUE DUM.

Ima-

Imago justorum hoc in orbe coarctatorum, usque dum Deum videant.

* X. *Minimus & intimus tubulus plus quam reliqui arctatus, utpote qui reliquis omnibus arctatus, includitur.*

PLUS ARCTATUS, PLUS INTIMUS.

Maximæ afflictiones, maximè à Deo dilectos manent.

* XI. *Tubus opticus nondum sufficienter extensus.*

AMPLIUS.

In honorem S. Xaverii Emblema ponitur, cujus ea vox erat, AMPLIUS DOMINE.

* XII. *Tubus ultra justum extensus obscuratus coarctando restituitur.*

COARCTANDO RESTITUAR.

Imago eorum, quos adversis restituit Deus agnitioni peccatorum & propriæ saluti.

* XIII. *Tubus idem nimium coarctatus obscuratur.*

COARCTATUS OBSCUROR.

In paupertatem, quâ qui coarctati, hoc mundo sufficienter obscurati & ignobiles sunt.

* XIV. *Tubi optici vitrum concavum & convexum sibi oppositum miram sibi invicem vim in objecto repræsentando tribuunt.*

SIBI DANT CONTRARIA VIRES.

Æmulatione animos erigi ad heroica facienda, Emblema docere potest.

* XV. *Tubus nimis intra se arctatus.*

COARCTOR NIMIS.

Imago animi supra modum afflicti, vel Conscientiæ supra modum scrupulosæ.

* XVI. *Tubus opticus.*

NEC ABSENS TUTUS.

Imago D. Dei ubique præsentis.

* XVII. *Tubi plures in cœlum, vel valles directi.*

SUPEROS, SCRUTAMUR ET IMOS.

Imago meditationis, quâ cœli gaudia & inferni tormenta scrutamur.

* XVIII.

* XVIII. *Tubi intimus tubulus intra omnes alios tubulos reconditus.*

QUI PLUS LATET, INTIMUS ILLE EST.

In laudem solitudinis, quâ maxime Deo jungimur.

* XIX. *Tubulus intra majorem tubulum partim arctatus, partim eminens.*

ARCTOR, ET EMINEO.

Imago hominis, quem calamitates, quibus arctatus fuit, illustriorem reddidêre.

* XX. *Tubi interiores tubuli, dum arctantur, latent.*

CONDOR, UT ARCTOR.

Imago cujusdam, quem adversa ad statum Ecclesiasticum vel Religiosum adduxerant.

* XXI. *Tubus ultra suos terminos extensus nil præstat.*

QUOS ULTRA, CITRAQUE NEQUIT.

Innuit Emblema, etiam virtutem prudentiæ in medio consistere.

* XXII. *Omnes tubuli, qui è primo majori extrahuntur, successu minores & minores sunt.*

VENIENT MINORES.

Imago familiæ excelsæ paulatim deficientis.

* XXIII. *Omnes tubuli ex uno eminentes.*

OMNES EMINEMUS AB UNO.

Eminentia nostra omnis à Deo est.

* XXIV. *Tubi extima pars fulcro imposita.*

NE FORTE VACILLEM.

Ita quidam spem in Deum defixam exprimet.

* XXV. *Tubus uno concavo & tribus convexis vitris instructus, objecta distinctius repræsentat.*

QUATERNIS MELIUS.

Meditationis frequentiam symbolum docet.

* XXVI. *Tubus in longum extensus.*

NON QUAM LONGUS, SED QUAM LONGE.

Hominem non ex staturâ, sed prudentia æstimandum, docetur symbolo.

* XXVII. *Tubulus, si nimium promineat, profundius aliis immittitur.*

NI-

NIMIUM SI PROMINET, INTRET.

B. Jordanus Dominicani Ordinis Generalis ajebat eos Religiosos, qui ad excursus in mundum proniores sunt, mortificandos, domi eos retinendo, quomodo murarius lapidem nimis prominentem profundius mal leo intrà murum immittit.

* XXVIII. *Tubus objecta majora repræsentans.*

NE DUBITA, NAM VERA VIDES.

In confirmationem bonorum cœlestium, quæ fide videmus.

* XXIX. *Tubus de nocte cœlum spectans.*

DE NOCTE SUPERNA.

Nocturnam Religiosorum meditationem Emblem. pingit.

* XXX. *Tubus in cœlum directus.*

NUSQUAM META MIHI.

Prudentiæ id proprium.

* XXXI. *Tubus immissis nimium tubulis coarctatus obscuratur.*

BREVIS ESSE LABORO, OBSCURUS FIO.

In quendam, qui intermissâ orationis solitâ prolixitate dein scrupulis vexabatur.

* XXXII. *Tubus opticus rite dirigendus.*

DUM RITE DIRIGAR.

In meditationem, quâ res spirituales multæ nobis de teguntur, si rite ea instituatur.

* XXXIII. *Tubus opticus, si invertatur, objecta diminuet.*

INVERSUS MINUET.

Imago inversi erga proximos affectus, omnia eorum opera sinistrè explicantis.

* XXXIV. *Tubus in cœlum directus stellas majores videns.*

VIDENTUR, ET SUNT.

Bona cœlestia qualibet exaggeratione majora sic exprimes.

* XXXV. *Tubus in solem directus, eum majorem videt.*

QUALIS INEST COELO.

Imago Theologiæ Deum ejuſque attributa explicantis.

* XXXVI. *Tubus in profundam vallem directus.*

PROFUNDA A LONGE.

Meditationem infernalium tormentorum expreſſam habes.

* XXXVII. *Tubus, quæ à longè obſcura videntur, revelans.*

OBSCURA REVELO.

In Eruditionem.

* XXXVIII. *Tubus opticus remotiſſima prope ſiſtens.*

QUIVIS PROXIMUS.

Documentum omnes ut proximos diligendi.

* XXXIX. *Capacior tubulus alios minores intra ambitum ſuum coarctans.*

COARCTAT PROXIMOS.

D. Deus dilectos & intimos ſibi, præ aliis magis calamitatibus anguſtiat, & coarctat.

* XL. *Tubus cujus unum vitrum concavum alterum convexum eſt ſibique mutuo oppoſitum, in cælum directus.*

PER CONTRARIA PATET.

Nempe cœlum per adverſitates ingredimur.

* XLI. *Tubus opticus à longe aliquid detegens.*

EGO DETEXI.

In novum cujuſquam inventum.

* XLII. *Tubus è tenebroso conclavi, in ſydera directus, eadem in adversâ charta monſtrat.*

COELESTIA MONSTRAT IN UMBRIS.

Theologiæ Scholaſticæ imago.

Deum humilibus ſecreta ſua cœleſtia revelantem expreſſum habes etiam.

## CAPUT II.

## AMUSSIS.

* XLIII. *Amuſſis plumbi beneficio ſemper recta & pendula.*

PEN-

PENDULA, SED RECTA.

Imago plurium pro Deo suspensorum Martyrum.

* XLIV. *Murus sine amussi assurgens in periculo est, ne labatur.*

LABITUR, ASSURGIT QUI ME SINE.

Imago eorum, qui sine bonâ conscientiâ (quæ actionum nostrarum Regula est) honores conscensos, demum in æternam damnationem coguntur dimittere.

* XLV. *Amussi lemma.*

NULLUM FEFELLIT.

Imago candidi animi.

XLVI. *Fevillæus amussi inscriptum habet.*

NON NISI JUSTITIAM QUÆRO.

Imago justi judicis, Principis &c.

* XLVII. *Amussis turres & fundamenta censurans.*

SUMMOS CENSURAT, ET IMOS.

Imago temerarii judicantis. Sive Christi omnium judicis.

* XLVIII. *Amussis alia censurat, non se ipsam.*

OMNIA PRÆTER SE IPSAM.

Eum, qui propriæ cognitionis defectu laborat, sic exprimes.

## CAPUT III.

# PERPENDICULUM.

XLIX. *Perpendiculo Verienus inscribit.*

NEC HAC, NEC ILLAC.

Imago justi & incorrupti Judicis.

* L. *Perpendiculum lemma tenet.*

JUDICO, NON JUDICOR.

In Primam sedem, quæ à nemine judicatur.

* LI. *Murus ad falsum perpendiculum erectus.*

CUM PERVERSO PERVERTERIS.

In commoda malæ societatis.

* LII. *Plura perpendicula ad novam structuram.*

JU-

JUDICES, NON ARTIFICES.

Natura omnes judices fecit, non artifices, faciliusque est rem censurare, quam perficere.

LIII. *Princeps Lubomirius perpendiculo, hinc inter sceptra, palmas &c. inde inter flagella, calvaria &c. inscripsit.*

INTER UTRUMQUE IDEM.

Imago animi inter adversa & prospera constantis.

## CAPUT IV.

# ASTROLABIUM.

* LIV. *Astrolabium quoad reticulum suum ab extra solum volvitur, tabulâ inferiore immotâ.*

EXTIMA VOLVUNTUR TANTUM.

Imago hominis inter exteriores occupationes quietâ semper mente.

* LV. *Intima astrolabii tabula per reticulum transparens.*

INTIMA TRANSPARENT.

Imago hominis, ex cujus facie sanctitas ejus relucet.

* LVI. *Astrolabium solum stellas ac cœlos planetarum monstrans.*

EMPIREUM SISTERE NEMO POTEST.

Gaudiorum cœlestium immensitatem nullo sensu, vel calamo explicabilem, Emblema innuit.

* LVII. *Astrolabium in planâ tabulâ cœlum describens.*

FINGIMUS IN PLANO COELUM.

In errores hominum, cœlum absque difficultate patere credentium.

* LVIII. *Astrolabium, cujus superiores partes interioribus tabulis accomodatæ sunt.*

RESPONDENT IMA SUPERNIS.

Coordinatam Religionem, vel familiam sic exprimes,

* LIX. *Astrolabium à paucis intellectum.*

PAUCI DIGNOSCERE POSSUNT.

Paucos admodum esse, qui cœlestia capiant, Emblemate significatur.

* LX. *Idem.*

PAUCIS VOLVITUR.

Paucorum, cœlestia meditantium imago.

* LXI. *Idem Astrolabium volvendo intelligitur.*

VOLVENDO NOSCITUR.

Cœlestia, per jugem meditationem, melius capiuntur.

* LXII. *Astrolabium, multis orbibus descriptum.*

TOT NOSCITUR ORBIBUS ÆTHER.

Ex tot mundi Revolutionibus, æterna Sanctorum in cœlo requies, dignoscitur melius.

* LXIII. *Astrolabio lemma.*

INTERPRES FIDUS COELI.

In Confessarium, Concionatorem, Doctorem, Librum asceticum &c.

## CAPUT V.

# BILANX, LIBRA, STATERA.

* LXIV. *Bilanx appensa, se ipsam justam testatur, æquali utrinque pondere existens.*

SE JUDICE JUSTA.

Imago bonæ conscientiæ.

* LXV. *Bilanx, superiori suo momento seu lingula, omnia dijudicat.*

MOMENTO JUDICO.

Imago D. Dei, unico momento temporis particulare judicium peragentis.

* LXVI. *Annulus, bilanci impositus.*

A MOMENTO ÆTERNITAS.

Ab hujus vitæ momento, pendet æternitas.

* LXVII. *Bilanx, in justitiam suam ipsa prodens.*

SE JUDICE, NEMO NOCENS ABSOLVITUR.

Imago Conscientiæ malæ.

* LXVIII.

* LXVIII. *Bilanx, injustitiam suam palam prodens.*
INJUSTITIAM MEAM, NON ABSCONDI.
Imago Pœnitentis animæ.
LXIX. *Bilanx à sententiâ semel pronunciatâ, minimè recedens.*
SIC STAT SENTENTIA. vel MANET IMMUTABILE FATUM.
Imago sententiæ Reprobationis vel Prædestinationis. Obstinati quoque idea.
* LXX. *Bilanx vacua, & nutans.*
UTRIMQUE PARI LIBRAMINE NUTAT.
Imago Conscientiæ perplexæ.
* LXXI. *Bilanx, aureos plus justo leviores, attollens.*
QUOS LEVAT, HOS REPROBAT.
Imago D. Dei, qui quos ad dignitates sæpe levat, ad æterna supplicia reservat.
LXXII. *Bilanx iniqua, momento suo, seu lingua, iniquè judicans.*
LINGUIS SUIS DOLOSE AGEBANT. *Ps.* 13.
In iniquos alienorum factorum judices.
LXXIII. *Critoldi bilanx, apud Ciceronem, in unâ lance virtutem, in alterâ orbem habens, quo virtus inflexa manet, à Thesauro inscribitur.*
NEC TOTO FLECTITUR ORBE.
Virtuti nil præponderat.
* LXXIV. *Vacuæ libræ lances, inclinantes sibi alternatim.*
HONORE INVICEM PRÆVENIENTES.
Hoc Apostoli monitum est.
* LXXV. *Libra cujus una bilanx attactu manus, in alteram partem inclinat, lemma tenet.*
VEL MODICO IMPELLOR NISU.
Imago prædeterminationis Physicæ libertati noxiæ.
Hominis etiam flexilis imago.

* LXXVI. *Pondera motum momenti, seu linguæ libræ causant.*

MOTUM DANT PONDERA LINGUÆ.

Imago Advocati muneribus diserti.

Imago Confessionis à pondere peccatorum provenientis, uti & orationis à calamitatibus expressæ.

* LXXVII. *Bilanx vacua elata.*

QUÆ VACUA EST, PROPINQUIOR ASTRIS.

Paupertatis cœlo dilectæ imago.

* LXXVIII. *Bilanx iniqua.*

SUB INIQUO JUDICE CAUSAM.

Christi iniquos in Passione judices experti imago.

LXXIX. *Bilanx vacua à Masenio inscribitur.*

QUÆ VACUA EST, ELATA MAGIS.

Indoctos plerumque aliis fastuosiores videas.

* LXXX. *Contingit eam lancem, quæ levissimum pondus gestat, primâ vice tanquam ponderosissimam deprimi, post vero attolli, lingulâ se corrigente.*

LINGUA PRÆCURRIT MENTEM.

Imago præcocis, & præcipitis judicii.

* LXXXI. *Bilanx lancem depressam exaltans.*

EXALTAVIT HUMILES.

Imago D. Dei.

LXXXII. *Bilanci Boxhornius inscribit.*

LOQUENDO, ET TACENDO.

In Commendationem silentii.

* LXXXIII. *Bilanx pecuniis injectis inflexa.*

NON PRECE, SED PRETIO.

Imago inflexi ad alia judicis, solâ pecuniâ flexilis.

* LXXXIV. *Bilanx se ipsam dijudicans.*

JUDEX DURA SUI. *Claud.*

Imago rigidæ in se Conscientiæ.

LXXXV. *Schonhardt bilanci, in cujus unâ lance rami olivæ, gladium in alterâ lance elevant, inscribit.*

SIC TRUTINAT PIETAS.

Ima-

Imago Pacifici Principis, qui ponderatis belli incommodis, mavult unum civem ſervare, quam mille hoſtes perdere.

* LXXXVI. *Bilanx iniqua.*

NIL INIQUUS JUDICAT ÆQUUM.

Imago præoccupati malis affectibus animi, qui nil æquum judicat.

* LXXXVII. *Bilancis momentum ſeu lingua ſemper in motu.*

RARA QUIES LINGUÆ.

*Lingua inquietum malum eſt. Jacobi 3.*

* LXXXVIII. *Bilanx multo auro, argento &c. ſibi impoſito juſta adhuc manens.*

INVIOLATA MANET.

Imago incorrupti judicis.

* LXXXIX. *Bilanx, in cujus unâ parte gladius, libros, regulas &c. elevat, lemma tenebit.*

CEDIT VIRIBUS ÆQUUM. *Ovid.*

* XC. *Bilanx adhuc nutans.*

NUTAT ADHUC.

Imago dubiæ conſcientiæ.

* XCI. *Bilanx non niſi in aere ſuſpenſa juſtè procedit.*

NON NISI SUSPENSA.

Eorum imago, qui adverſis à Deo ſuſpenſi tum primùm boni & juſti eſſe incipiunt.

* XCII. *Eidem lemma.*

SUSPENSA LOQUETUR.

Chriſti in Cruce ſeptem verba proloquentis, idea.

XCIII. *Verienus bilanci vacuæ, adeoque agili inſcribit.*

SINE PONDERE GAUDET.

Imago Conſcientiæ ſine peccatorum pondere ſemper hilaris.

* XCIV. *Bilanci lemma.*

QUODVIS PONDERAT ÆQUE.

Imago prudentis minima rerum momenta expendentis.

XCV. *Imago Primi Sæculi, Bilanci inscribit.*

VIS EADEM ATTOLLIT, QUÆ DEPRIMIT.

Qui nos persecutionibus, deprimunt iisdem patienter toleratis quoque extollunt.

XCVI. *Liceat unum hoc Titulo ex Picinello sumere, aliâ tamen applicatione, Bilanci ergo quidam inscripsit.*

CUIQUE SUUM.

In Meretricem, cuique suum corpus prostituentem.

## CAPUT VI.

## CIRCINUS.

* XCVII. *Circini pes unus, in medio circuli quem describit, quietus.*

IN MEDIO EJUS NON COMMOVEBITUR.

Constantis viri imago.

* XCVIII. *Circini pes unus quiescens, dum alter orbem describit.*

ALTER LABORAT, ET ALTER IN ORBE QUIESCIT.

* XCIX. *Circinus, pedem unum orbe circa eum descripto, coronans.*

SUO SE LABORE CORONAT.

Nempe propriis laboribus, coronam in cœlo formamus.

* C. *Circini pes subsistens coronatur, descripto circa eum circulo, dum ille qui circulum format, incoronatus manet.*

UNO LABORANTE, ALTER CORONATUR.

Inæqualis sors, & hominum conditio, quâ præmia laboribus minime correspondent, Emblemate exprimitur.

* CI. *Circinus, circulum metiens.*

METIOR ORBEM.

Imago Geographi.

Imago hominis, sedulâ consideratione metientis orbis vanitates.

* CII.

* CII. *Circinus supra Geographicæ mappæ Regna, extensus.*

METIRI SUA REGNA DECET.

Nil supra vires tentandum, suadet imago.

* CIII. *Circini pedi, in centro circuli quiescenti, lemma.*

EXTRA NULLA QUIES.

Extra Deum animæ nostræ centrum, nulla animæ quies est.

* CIV. *Circinus circulum describens.*

SEMPER MIHI SCRIBITUR ORBIS.

Cosmographo, Emblema applicabis.

CV. *Circinus, circulum describendo circumit, usque dum ad principium ex quo exiit, redeat.*

DUM REDDAR ORIGINI.

In laboribus hujus mundi sumus, dum origini nostræ Deo reddamur per mortem.

* CVI. *Circini pes circumiens, constantem in medio circuli pedem, circulo descripto coronat.*

SOLA CORONATUR CONSTANTIA.

Perseverantiæ coronandæ imago.

* CVII. *Manus, circini pedes, metiendo quasi gradientes tenens.*

IPSE DIRIGET GRESSUS MEOS.

In Deum, Confessarium, Concionatorem &c.

* CVIII. *Circinus orbem: (qui nollæ similis est:) describens, absque labore.*

ABSQUE LABORE NIHIL.

* CIX. *Circinus cum in actione est, semper est apertus.*

APERTUS AGENDO.

Animi & aperti & candidi imago.

* CX. *Circini pes unus, quiescens, alter orbem describens.*

CUM LABORE REQUIES.

Imago activæ, & contemplativæ vitæ simul junctæ.

CXI. *Circino inscriptum vidi.*

AGITATO MA FERMO.

AGITATUS, SED FIRMUS.

Infracti inter persecutiones imago.

* CXII. *Circinus orbem producens à puncto, à quo inceperat.*

UNDE, EO OMNIA.

Documentum rerum omnium ad Deum, à quo sunt, dirigendarum.

* CXIII. *Circinus orbem describens.*

OBLIQUO TRAMITE SEMPER.

Viam hujus mundi expressam habes.

CXIV. *Circino ad certum spatium aperto inscriptum legi.*

SUO SE LIMITE TENET.

Sapientis est, suo se limite tenere.

* CXV. *Circinus ad aliquot circulos à se descriptos lemma tenet.*

NULLI TOTUS APERTUS.

In Politicum.

* CXVI. *Circinus circulum describens.*

TOTO CIRCUMVAGUS ORBE.

Vagi hominis imago.

CXVII. *In Thesibus S. Xaverio dicatis circinus ad certum spatium coarctatus lemma tenet.*

COARCTOR USQUE DUM.

Indictum ejusdem Sancti. *Satis est Domine.*

Imago Christi usque ad tempus Passionis suæ coarctati.

* CXVIII. *Circinus in usu semper erectus.*

ERECTUS AGENDO.

Hominis in omni opere bonâ intentione in Deum erecti symbolum.

* CXIX. *Circini pedes extra usum clausi.*

OTIA CLAUSERUNT.

Eorum imago, quos prospera à Confessione detinent.

* CXX. *Circino lemma.*

NON UNO NOTUS AB ORBE.

In quendam, qui inter argumentandum frequenter committebat circulos.

* CXXI.

* CXXI. *Circinus, cum extra usum otiosus est, conjunctos sibi pedes habens.*

OTIA JUNXERUNT.

Eorum imago, quos otium illicitis amplexibus junxit.

## CAPUT VII.

## CIRCULUS.

CXXII. *Auct. Coll. Circulo majori plures alios concentricos intra se continenti inscribit.*

MINIMUS INTIMUS.

Humilitatis Deo summè dilectæ imago.

* CXXIII. *Eidem circulo recte etiam inscribes.*

NON QUIVIS INTIMUS ÆQUE.

In amicos caute deligendos.

* CXXIV. *Eidem quoque lemma.*

INTIMUS OMNIS.

In proximum quemque diligendum.

CXXV. *Verienus circulis in aquâ lapidis lapsu formatis inscribit.*

UNO PEREUNTE CRESCIT ALTER.

Corruptio quippe unius est alterius generatio.

CXXVI. *Eisdem in aquâ circulis P. Hesius inscribit.*

QUANTUS SCRUPO LABYRINTHUS AB UNO?

Innuere volebat, in fide nemini hæsitandum.

* CXXVII. *Circulus varia triangula, quadrangula, segmenta &c. in se continens.*

TOT IN ORBE LABORES.

Orbis nil nisi labores, molestias, & calamitates intra se habet.

CXXVIII. *Circulus major plures intra se alios circulos descriptos habens à Schonhardo inscribitur.*

ET CONTINENS, ET CONTENTA NIHIL.

Imago mundi, omniumque, quæ in eo continentur.

CXXIX. *Affine huic est sequens, pluribus circulis inscriptum.*

NIL OMNES.

In idem.

* CXXX. *Aliquot lineæ, per centrum circuli ad circumferentiam formatæ, crucis formam habentes.*

ALIUD NIL CONTINET ORBIS.

Imago orbis & crucibus & adversis pleni.

* CXXXI. *Plures lineæ, ex circuli centro, ad ejus circumferentiam descriptæ.*

AB UNO OMNIA, AD UNUM OMNIA.

A Deo omnia, ad Deum referenda omnia.

## CAPUT VIII.

# CONSPICILIUM.

* CXXXII. *Conspicilio lemma.*

SUPPLEMENTUM, SENSUUM DEFECTUI.

Fidem expressam habes, quæ supplementum est sensuum defectui.

CXXXIII. *Bornitius conspicilio inscripsit.*

NEMO SIBI SATIS EST.

Alieni consilii necessitatem sic exprimes.

* CXXXIV. *Conspicilio lemma.*

NON CUIVIS VISUI SED MEO.

Opinionem, vel judicium singulare, sic exprimes.

* CXXXV. *Vitrum clarum, dum in conspicilium adaptandum est, prius obscuratur, cum teritur.*

DESTRUOR UT REPARER.

Imago carnis, per mortem & corruptionam destructæ, ut demum in æternâ vitâ gloriosâ Resurrectione reparetur.

* CXXXVI. *Idem vitrum dum terendo alliditur, clarescens.*

QUI FERIT, IS EXPOLIT IDEM.

Imago carnis, per mortificationes hoc in sæculo attritæ, in altero glorificando.

* CXXXVII. *Vitrum conspicilii deterendo obscuratum.*

POST

POST TENEBRAS, SPERO LUCEM.
Spes hominis adversis & paupertate obscurati.

# CAPUT IX.

# GLOBUS, SPHAERA.

CXXXVIII. *Vitreæ cœlorum sphæræ, ab Archimede fabricatæ, lemma est.*

FINGIMUS IN FRAGILI COELUM.

Eorum imago, qui ultimum finem in venustate fœminea statuunt.

* CXXXIX. *Elementa in suo chao, adhuc confusa.*

PRÆLUDIA MUNDI.

Quæ hic publicæ luci damus Symbola, sciat benevolus Lector iisdem, tanquam rudi chao alteri Symbolico mundo præludi, Deo duce, vitâ comite.

CXL. *Globo P. Abrahamus à S. Clarâ inscribit.*

IN ORBEM, VERTITUR ORBIS.

Continuas rerum mundanarum revolutiones Emblema spectat.

* CXLI. *Globus orbis cum suo pyrophilacio & ignibus undique ex eo eminentibus, prout in Mundo subterraneo Kircheri continetur.*

ARDET UBIQUE.

Imago mundi, ubique ignibus obscœnis ardentis.

CXLII. *Sphæræ lemma.*

UBIQUE IDEM. vel UNDIQUAQUE IDEM.

Imago semper sibi constantis & similis hominis.

CXLIII. *Sphæra orbis, multis circum se circulis, longitudinis, latitudinis, aliorumque descripta.*

TOT NOSCITUR ORBIBUS ORBIS.

Inconstantiam mundi, tot ejus revolutiones optimè manifestant.

* CXLIV. *Sphæra orbis volubilis, recedentibus Regnis &c.*

TERRÆQUE URBESQUE RECEDUNT.

*Præterit figura hujus mundi.* 2 Cor. 7.

CXLV.

CXLV. *Globus ex edito loco cadens in valle quiescit.*

IN HUMILI QUIES.

Vere inquiebat aureus Thomas à Kempis. *In omnib requiem quæsivi, & nullibi inveni, nisi in angello cum l bello.*

CXLVI. *Globus orbis cum suo pyrophilacio, & ign bus recenter à P. Kirchero inventis.*

SIC TE NON VIDIMUS OLIM

In orbis ingenium in pejus ruens quotidie.

CXLVII. *Sphæræ cœlesti & terrestri in honorem Victoris Amedei Sabaudiæ Ducis inscriptum vidi.*

VICTORIS UTERQUE.

Nempe uti orbis armis, ita quoque cœlum vi repor tandum est. *Regnum enim cœlorum vim patitur.* Matt 11. Cap.

CXLVIII. *Sphæra ad motum facilis.*

CONSISTERE NESCIUS ORBIS.

Mundanæ inconstantiæ imago.

CXLIX. *In Typo mundi orbis sphæra cruci suæ innixa lemma habet.*

IN CRUCE SOLA QUIES.

*Vis sit in orbe quies, fac ut orbis nesciat orbem.*
*In crucem incumbat, in cruce sola quies.*

* CL. *Sphæra, si in tornaturâ ulteriorem orbem non conficiat, mox retrogradum orbem faciet.*

NON PROGREDI, REGREDI EST.

Asceticorum scitum est, *in perfectione non progredi, esse regredi.*

* CLI. *Orbis seu sphæra cœlum repræsentans.*

FINGITUR IN ORBE COELUM.

Ingenium mundi est cultoribus falsam beatitudinem adpromittere.

CLII. *Orbis in humeris Atlantis, cœli sphæra ad pedes jacente.*

NEMO DUOBUS.

Nemo Deo & mundo rectè servit.

* CLIII. *Sphæra lemma.*

AN-

ANGULUS OMNIS ABEST.

Imago animi ſinceri.

CLIV. *In Convivio quodam cujuſdam Sueci Generalis, ſphærico fulcro triangulum ſuſtinenti inſcribebatur.*

UNO CLAUDITUR ORBE TRIAS.

Mentem Auctoris non aſſequor.

CLV. *Meiſnerus ſphæræ ex edito loco in vallem devolutæ inſcribit.*

ORBIS AMAT TENEBRAS.

*Dilexerunt magis tenebras quam lucem.* Joan. 3.

CLVI. *Orbis emaculatorius veſtes prius defœdat, ut dein emaculet.*

FOEDAT, UT ORNET.

Calumniarum vim depictam habes.

CLVII. *Idem emaculatorius orbis mundo oppoſitus.*

HIC MUNDAT, MACULAT ILLE.

Purgatorium in altero orbe ſic exprimes orbi noſtro ppoſitum.

* CLVIII. *Sphæra in rotâ tornatili in orbem recurrens.*

RECURRIT IN ORBEM.

dea Novitii Religionem ſuam deſerentis.

CLIX. *Orbis ſeu globus Imperialis, qui Pomum Imperii vocatur.*

DETUR OPTIMO.

Honores maximè dignis conferendos, imago do-
t.

## CAPUT X.

# HOROLOGIUM SOLARE.

CLX. *Solari Verienus inſcriptum habet.*

NON IN TENEBRIS. vel DIEI, NON NOCTI.

Amici in proſperis ſolum fidi imago.

CLXI.

CLXI. *Solari cui ſole occidente umbræ accreſcunt, idem Verienus inſcriptum habet.*

TANTUM MIHI CRESCET IN HORAS.

Dolores B. Virginis Chriſto paſſuro indies accreſcentes, ſic deſcribes.

* CLXII. *Horologio Solari, ſine ſtylo lemma.*

STILUS ABEST.

Indocti Oratoris imago.

CLXIII. *Solare in Galliâ inſcriptum fuit.*

COELESTIA MONSTRAT IN UMBRIS.

Imago Theologiæ Scholaſticæ.

CLXIV. *Solari apud Verienum ſole abſente lemma eſt.*

INUTILE FIN CHETORNI.

INUTILIS DUM REDEAT.

Imago animæ gratiâ ſanctificante deſtitutæ, cujus opera inutilia ſunt.

CLXV. *Solari cui interponens ſe nubes lumen aufert, P. le Moyne inſcribit.*

UMBRA NOCET.

Scrupulorum umbras animæ admodum noxias, expreſſas habes.

* CLXVI. *Solare umbrâ ſtyli, tum ſolum feritur, cum ſerena aura eſt.*

FERIENDA SERENO.

Nempe plerumque conſcientiæ magis proſpera nocent, quam adverſa.

CLXVII. *In Palatio quodam Cardinalis Richelieu, ſolari lemma fuit.*

NEC MOMENTUM SINE LINEA.

Principis jugiter occupati idea.

* CLXVIII. *Paviæ ſolari lemma eſt.*

REGIT OMNIA SOLUS.

Regimen D. Dei ſic exprimes, vel quodcunque aliud monarchicum.

CLXIX. *In apparatu funebri M. Turenii, ſolari lemma erat.*

OBSERVATA SEQUOR VESTIGIA.

Fi-

Fides Ducis ejusdem in Regem, à majoribus sibi hæreditaria, Emblemate pingebatur.

CLXX. *Umbra solaris, sensim sine sensu mota.*

SENSIM SINE SENSU. vel MOTUS SINE MOTU.

Hominem tarde proficientem sic depinges.

CLXXI. *Solari, quod juxta diversitatem anni, modo plures modo pauciores horas signet lemma.*

TEMPORA MUTANTUR.

* CLXXII. *Umbra solaris.*

NUNQUAM RETRORSUM.

Imago cujusdam, quotidiano profectui studentis.

CLXXIII. *In Thesibus S. Xaverio dicatis solari, ad quod multa rotata diriguntur lemma est.*

DOCEBO INIQUOS VIAS TUAS.

Zelum conversionis peccatorum Sancti ejusdem, Emblema exprimit. De eo Poëta:

*Doctus ego veniam, de te sperare dolendo,*
*Erudiam reliquos, crimina flere sua.*

CLXXIV. *P. Engelgrave solari horologio, hinc ad Lunam inde ad solem inscribit.*

NEMO DUOBUS.

Nempe ipsius Christi afferto, *Nemo duobus dominis servire potest.*

CLXXV. *P. Raderus in fronte Bavariæ suæ Sanctæ, solari inscribit.*

A FIXO NUNQUAM DEFLEXI CARDINE COELI.

Imago animi in Deum resignati.

Imago justi, Deum nunquam lethaliter offendentis.

Imago hominis, cœlestia jugiter meditantis.

* CLXXVI. *Solari lemma.*

NULLAM SINE SOLE DEMONSTRO.

In Auctorem qui omnia sua ex S. Thoma Aquinate (cui in pectore sol) demonstrabat.

CLXXVII. *P. Masenius solari in quo sol dignosci potest, inscribit.*

NO-

NOSCITUR EX SIGNIS.

Chriſtum Reſurgentem ex miris ſuis agnitum exprimere volebat.

Sanctum quendam, qui ex ſuis miraculis dignoſcitur, etiam ſymbolum ſpectat.

CLXXVIII. *Horologium ſine indice.*

NIL LUX, SI DEFICIT INDEX.

Nil magnum ingenium, niſi & modi ſint illud orbi manifeſtandi, & indicandi.

CLXXIX. *Quando Ludovicus XIV. Rex Chriſtianiſſimus arma in rebelles movens abeſſe ab eâ cogebatur, Regina uxor abſentiam hanc in ſolari exprimebat cum lemmate.*

MIHI TOLLUNT NUBILA SOLEM.

Chriſti faciem ſole clariorem, ſpecierum Euchariſticarum nube ſibi ſublatam ſic deflet pia anima.

* CLXXX. *Solare ſereno cœlo ſolum horas monſtrans.*

REBUS TANTUMMODO LÆTIS.

Amici in proſperâ fortunâ imago.

* CLXXXI. *Solari, in quo nunc hæc linea, nunc illa umbra tangitur, lemma.*

NUNC MIHI, NUNC ALII. *Horat.*

Imago viciſſitudinis fortunæ adverſæ, nunc hunc, nunc alium ferientis.

CLXXXII. *Solare apud Auct. Coll. inſcribitur.*

NON NISI COELESTI RADIO.

Gratiam à ſolo Deo animæ immiſſam ſic pinges.

CLXXXIII. *Solari P. Heſius inſcribit.*

LUX IPSAM FIT NOTA PER UMBRAM.

Exprimebat, Deum lucem inacceſſibilem ſola fide cognoſci.

* CLXXXIV. *Soli adverſus ſolaris ſtylus umbrâ horam feriens eandem docet.*

FERIUNT ADVERSA, DOCENTQUE.

Innuit Emblema, erudiri nos iis adverſitatibus, quibus ferimur.

* CLXXXV.

* CLXXXV. *Horologio Christi Patientis, horis cuilibet Passionis mysterio accommodatis, aliquando inscripsi.*

ORBIS UT INSPICIAT.

Jugem meditationem Passionis Dominicæ, Emblema suadet.

CLXXXVI. *Non absimile est, quod etiam simili solari apud RR. PP. Reformatos inscribitur Varsaviæ.*

PRO TE VIATOR.

Nempe, non solum horæ scribuntur, sed & Patiens Dominus ea passus est.

* CLXXXVII. *Solari Virgilianum recte inscribes.*

SOLEM QUIS DICERE FALSUM AUDEAT? *Virg.*

Veritatem Doctrinæ S. Thomæ (cui in pectore sol) sic exprimes.

CLXXXVIII. *R. P. Albertus Barthochowski è Soc. JESU solari, in quo ingens linearum, signorum, Zodiaci, &c. apparatus est, inscribit.*

MODICAM QUANTUS APPARATUS OB UMBRAM. vel LABOR UNAM QUANTUS OB UMBRAM.

Quantæ curæ, labores &c. ob capiendam subinde modicam vanæ gloriæ aut temporalium rerum umbram.

* CLXXXIX. *Sol in solari unicam horam obumbrans.*

OBUMBRAT UNICAM.

Imago solius B. Virginis à Spiritu S. obumbratæ.

CXC. *Solari, quod in se justum erat, sed sine indice, P. le Moyne inscribit.*

JUSTUS, SED DEFICIT INDEX.

Imago viri cujusdam qualificati, & recti, sed qui qualitates suas indicare non poterat.

* CXCI. *Horologium, in quo ad quamlibet horam sua linea, signum &c. sunt.*

CUIQUE SUUS LABOR IMMINET HORÆ.

Laborioſam vitam hominum expreſſam vides.

* CXCII. *Solare falsò horas monſtrans.*

MULTOS HÆC UMBRA FEFELLIT.

Eos expreſſos habes, quos vanæ gloriæ, vel rerum temporalium umbræ deceperunt.

CXCIII. *Solare, in quo una hora ſemper à ſtyli umbrâ tangitur.*

UNA EX HIS.

Una ex his mortem, una adverſa, una infauſta, alia adducet.

In Caſimiriano Varſaviæ Palatio inſcriptum ſolari legi.

UNA *dedit vitam, mortalibus auferet* UNA.
*Ultima quæ vitæ, dic erit illa tuæ?*

* CXCIV. *Solare ſole eclypſin patiente, ſimiliter obſcuratur.*

PATIENTE PATI CUM SOLE VIDETUR.

Chriſti Patientis in animâ piâ Compaſſionem ſic exprimes.

* CXCV. *Solare, quod umbrâ feritur ſtyli.*

FERIAR, DUM ILLUSTRER.

Feriamur calamitatibus, dum iis gratiam à Deo mereamur.

* CXCVI. *Solare, in quo incertum eſt, quamdiu ſol horas ſignaturus ſit.*

NIL CERTUM IN HORAS.

Rerum mundanarum incertitudinem expreſſam habes.

* CXCVII. *Solare.*

SPECTOR OB UMBRAM.

Hypocritæ de umbrâ virtutis ſpectati idea.

* CXCVIII. *Solare, cujus umbra docemur.*

LUCE MINISTRA, UMBRA MAGISTRA.

In rebus Theologicis, fides (quæ umbræ ſimilis) magiſtra ſit, ratio miniſtra.

CXCIX. *Solari, ex cujus nigris lineis & umbris hora noſcitur, P. Petra Sanctâ inſcribit.*

EX

EX NIGRO DISCES.

Nimirum, ex nigris calamitatum lineis & umbris optimè erudimur.

CC. *P. Engelgrave ſolari inſcribit.*

OMNIBUS IDEM.

Imago juſti judicis, parentis &c.

CCI. *P. Maſenius ſolari inſcripſit.*

UMBRA LUCEM.

Nempe adverſarum rerum umbræ, hominis virtutem indicant.

* CCII. *Solaris umbra in ſolari.*

GRESSU SEMPER EODEM.

Imago hominis ſemper ſibi ſimilis.

* CCIII. *Solaria plura, ſemper concordia, ſub uno ſole.*

CONCORDANT, RECTORE SUB UNO.

Concordia major eſt, iis Monialium Aſceteriis, quæ unum ſolum Confeſſarium habent.

CCIV. *Solare cum eodem ſemper ſtylo.*

STYLO SEMPER EODEM.

Imago Auctoris ſibi ſemper eodem ſtylo ſimilis, uti in Thoma de Kempis vides.

* CCV. *Omnes ſolares lineæ, umbrâ tanguntur.*

OMNES HAC TANGIMUR UMBRA.

Umbris invidiæ omnes tangimur.

CCVI. *P. Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ, ſolari inſcribit.*

IN OMNIBUS SEQUOR.

Exprimebat ſymboli auctor, conformitatem ejuſdem Sanctæ, cum divinâ voluntate.

* CCVII. *Solari lemma.*

STAT LUX, AST AMBULAT UMBRA.

Virtutes ſtabiles, earumque famam, invidiam vero iis ſuſcitatam tranſitoriam, ſic exprimes.

CCVIII. *Solare, in quo umbra deficit.*

DEFICIT, UT REDEAT.

Hominis morientis idea, ut glorioſius reſurgat.

* CCIX. *Solare iniquum, negligitur.*

UNA QUIA VICE FEFELLI.

Mendaci haud absimile solare tale, cui in mendacio semel deprehenso, nulla deinceps fides est.

CCX. *Solare quod hominum negotia per temporis designationem regit, totum illud à sole habet, unde illud solem alloquens P. le Moyne sistit.*

TU MIHI QUODCUNQUE REGNI.

Regna & auxilia ea debitè regendi à Deo Monarchis sunt.

* CCXI. *Horologium solare, unum rectum, & alterum fallax.*

FALLIMUR UMBRIS, DOCEMUR UMBRIS.

Humilitate fictâ decipimur, verâ ædificamur.

CCXII. *Pro mantissâ duo vel tria liceat adscribere, magis epigraphica, quam symbolica. Horologio solari falso inscripsit nonnemo, Astrologum qui illud descripserat taxaturus.*

NESCITIS DIEM, NEQUE HORAM.

Mortis tempus à multis minimè cogitatum sic carpes.

CCXIII. *Clivis solari inscribitur.*

OMNIS SCRIBITUR HORA TIBI.

Tempus minimè negligendum, utpote nobis currens, admonens.

CCXIV. *Flexiæ in Galliâ solari, in quo nomen Jesu in sole descriptum est, apud PP. Societatis Jesu inscribitur.*

HOC CUM SOLE DIES, NON PRÆTERIT.

Nominis JESU memoriam sic suadebis.

## CAPUT XI.

## HOROLOGIUM ROTATUM.

* CCXV. *Horologium sine indice.*

DEMONSTRO NULLAM.

Fa-

Factum fuit in quendam, qui vix unam ex suis Propositionibus demonstrabat.

* CCXVI. *Horologium urbem dirigens.*

ET MAGNAS DIRIGIT URBES.

Imago Concionatoris, Principis, Magistratus.

* CCXVII. *Idem horologium.*

ET MAGNAS EXCITAT URBES.

Imago eorundem.

* CCXVIII. *Horologium, cujus index tertiam horam monstrat.*

TRINAM DEMONSTRAT IN UNA.

Tractatui de Deo id proprium est, personarum Trinitatem, in Essentiæ Unitate demonstrare, adeoque Theologiæ Scholasticæ symbolum inscribes.

* CCXIX. *Horologium motum suum à ponderibus habens.*

PONDUS TOLLE, QUIESCET.

Imago quietis conscientiæ procurandæ, per peccatorum in Confessione depositionem.

CCXX. *Burgundia horologio non procedenti inscribit.*

IPSA QUIES VITIUM EST.

Conscientiam sopitam, & cauteriatam sic depinges. Otium sic quoque taxabis.

CCXXI. *In funere M. Turenii parvo horologio inscriptum erat.*

ARTEM CELAT. *Consonat Ovidianum.* ARS ADEO LATET.

Taciturnitatem Ducis ejusdem in bellicis Consiliis expressam habes.

CCXXI. *Horologio eidem lemma.*

MEDITATA EX TEMPORE DICIT.

Imago Concionatoris, Consiliarii &c.

CCXXII. *Horologio muto, quod unctione adhibitâ progrediebatur, P. Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ inscripsit.*

OBSTACULA TOLLIT.

Exprimebat Sanctæ ejusdem in curandis mutis miracula.

CCXXIII. *In funere M. Turenii horologio præfestino, ideoque clavi prohibito, ne procederet, inscriptum fuit.*

CUNCTANDO RESTITUIT. *Virg.*

Exprimebantur cunctationes militares ejusdem Turenii.

* CCXXIV. *Horologio, quod ante horas lusum campanularum præmittit, lemma est.*

ET MAGNAS RECREAT URBES.

Imago Principis adventu suo in varias urbes amanter excepti.

* CCXXV. *Idem horologium.*

RECREAT, INDE DOCET.

Imago Concionatoris, qui è fabulis aliisve similibus salutaria Auditoribus suis documenta elicit.

CCXXVI. *Horologium indice manui simili horas signans.*

MENTITUR MANUI, QUÆ DISSONA LINGUA EST.

In eos, quibus vox est Jacob, manus autem Esau.

* CCXXVII. *Horologium inter multas horas secundam raro signans.*

SIGNAT RARO SECUNDAM.

Nimirum paucæ mortalibus felices horæ.

CCXXVIII *In Thesibus S. Xaverio dicatis horologii indici lemma est.*

CIRCUMIENS DOCET.

In eundem Sanctum vicatim catechizantem.

* CCXXIX. *Horologia tardius in fine, quam initio procedunt.*

COEPISTI MELIUS, QUAM DESINIS. *Ovid.*

Imago cujusdam, qui ferventia initia tardo fine corrupit.

* CCXXX. *Horologia ni aliquando attractis rotulis urgeantur, ut incedant, vitiabuntur.*

LONGA QUIES VITIAT.

Imago otii hominum animos corrumpentis. Idem de longâ prosperitate senties.

CCXXXI. *Horologio parvo P. Masenius inscribit.*

IN

IN PARVO MAGNA.

In Species Euchariſticas.

CCXXXII. *Carolino Horologio lemma fuit.*

MAGNO STET PRETIO.

In pretium ingens temporis.

* CCXXXIII. *Horologium minimis rotulis circumactum maximè pretioſum.*

OPTIMUS ILLE EST, QUI MINIMIS URGETUR. *Poeta.*

Optimus nempe ille cenſendus, qui minimis defectibus urgetur.

CCXXXIV. *P. Engelgrave horologio aliter horam ſonanti, aliter ſignanti inſcripſit.*

SONO DISCORDIA SIGNAT.

Imago mendacis.

* CCXXXV. *Horologium rotatum.*

SERVIO TEMPORIBUS.

Politici imago.

* CCXXXVI. *Horologium cum turbine rotarum ſemper ſonans.*

NULLA SINE TURBINE VOX EST.

Hominis turbulenti idea.

* CCXXXVII. *Horologii prima rota reliquas omnes ſecum convertens.*

PRIMA RAPIT RELIQUAS.

Imago Principis cunctos ſecum in Religione rapientis. Prælatorum Exempla expreſſa habes.

* CCXXXVIII. *Horologium in motu ſemper.*

NULLUM TEMPUS INERS.

Imago laborioſi.

* CCXXXIX. *Horologio lemma.*

AMANT LEVATA VIDERI.

Imago ambitioſi.

* CCXL. *Horologii rotæ invicem contrario motu euntes.*

SIBI DANT CONTRARIA MOTUM.

Æmulationem, qua excitantur animi, ſic exprimes.

* CCXLI. *Horologia raro convenientia, & concordia.*

FRATRUM CONCORDIA RARA EST.

Raritatis fraternæ concordiæ imago.

CCXLII. *Horologio, in quo aliis ponderibus descendentibus alia ascendunt, Primi seculi imago inscribit.*

DESCENSUS JUVAT ASCENSUM.

Imago suos exaltantis humilitatis.

CCXLIII. *Horologio procedenti, Verienus inscribit.*

LABOR INTUS.

In iis, quæ sæpe maximè quieta videbantur, officiis summus subinde labor latet.

* CCXLIV. *Horologium tardius incedens clave promoto indice reparatur.*

PROMOVENDO RESTITUAR.

Celeritatem in bellis Emblema exprimit, quâ multa reparari possunt.

* CCXLV. *Horologio sonanti lemma.*

BENE, SI OPPORTUNE.

In commendationem opportuni suo in tempore sermonis.

CCXLVI. *Horologium male sonans.*

TACENDA LOCUTUS.

Garrulum inconsulto multa effutientem expressum vides.

* CCXLVII. *Horologium, cujus rotæ interiores occulte volvuntur.*

LABITUR OCCULTE. *Ovid.*

Ita tempus.

* CCXLVIII. *Horologii rotæ.*

TEMPORE LENTESCUNT. *Ovid.*

In vim omnia corrumpentis temporis.

Imago cujusdam deficientis in profectu, quem fecerat.

* CCXLIX. *Horologio bene progredienti & sonanti lemma.*

NUNQUAM FALSA LOQUI. *Claud.*

Ve-

Veracis Scriptoris, Oratoris, &c. imago.

* CCL. *Horologio secum & intra se multa volventi, lemma.*

IPSE LOQUOR MECUM. *Ovid.*

Imago meditabundi.

* CCLI. *Horologium, in quo campanulæ ludunt, ad Horam IX. X. XI. XII. quibus Crux est.*

GAUDENS IN CRUCE, TEMPUS AGIT.

Hilarem in adversis, expressum habes.

CCLII. *Horologio Fevillæus inscribit.*

INTERPRES FIDUS SOLIS.

Fidelem S. Thomæ Aquinatis interpretem, sic describes.

CCLIII. *Horologio P. Masenius inscribit.*

DIRIGO, ET DIRIGOR. Cui & illud consonat.

REGITURQUE, REGITQUE.

Imago Romani Pontificis, qui ipse Ecclesiam Dei regens à S. Spiritu regitur, & dirigitur.

CCLIV. *In Canonizatione S. Salesii horologio lemma erat.*

LENTE ET ATTENTE.

Credo, voluisse symboli auctorem attentionem & cautelam in loquendo Sancti ejusdem exprimere.

* CCLV. *Horologii unâ rotâ subsistente, sistunt reliquæ omnes.*

OMNES SISTUNTUR AB UNA.

Seductionis vim ab uno expressam habes.

* CCLVI. *Horologium male progrediens & sonans.*

ET MAGNAS DECIPIT URBES.

Emissarii cujusdam Hæretici imago.

CCLVII. *Horologii libramento P. Masenius inscribit.*

MOVET, ATQUE MOVETUR.

Concionatoris à Deo in vitia commoti idea.

CCLVIII. *Horologio avi imposito inscripsit nonnemo.*

TEMPUS VOLAT.

Celeritatem temporis expressam habes.

CCLIX. *Horologii rectitudinem index exterior demonstrat.*

INDICE PROBATUR.

Exteriora ſæpe hominis interiora ejuſdem manifeſtant. De charitate S. Gregorii. *Probatio dilectionis* (*interioris*) *eſt exhibitio operis.*

CCLX. *Horologio rotato. horas malè ſonanti P. le Moyne inſcribit.*

SOLEM AUDET DICERE FALSUM.

In quendam S. Thomæ Aquinatis cavillatorem, aut agnitæ veritatis impugnatorem.

CCLXI. *In horologio omnes horæ pariter ab indice tanguntur.*

PAR ULTIMA PRIMÆ.

Indifferentis in ſubditos amoris imago.

* CCLXII. *Horologium, cum ſonat, reſpicitur.*

LOQUENTEM ME RESPICIUNT. *Sap.* 4.

Oratoris æſtimati, vel Concionatoris imago.

CCLXIII. *P. Carolus Regis horologio inſcribit.*

QUOD SONUS, HOC INDEX.

Imago linguæ cordi conformis.

Imago itidem Concionatoris agentis, uti loquentis.

* CCLXIV. *Horologii index, cum duodecimam ſignat, & ex alterâ parte ſextam ſolum, erectus eſt in aliis horis obliquus.*

IN HIS ERECTUS.

Hoc ſymbolo tempus erecti in Crucem Chriſti exprimes, utpote Crucifixi horâ duodecimâ juxta computationem horarum noſtrarum, horâ vero ſextâ juxta Judæorum computum.

* CCLXV. *In horologio ultimæ ejuſdem horæ, uti IX. X. XI. & XII. Cruce ſignantur.*

CRUX SUA POSTREMIS.

Reſpicit Emblema dictum Pſalmiſtæ de ſenibus, *Et amplius eorum labor & dolor.* Pſalm. 89.

CCLXVI. *Maſenio teſte Clementi VIII. Horologium dono oblatum inſcriptionem habuit.*

SEMPER PRIMA, NUNQUAM ULTIMA.

Aſcetarum monitum eſt, omnem horam tanquam primam Converſionis meditandam.

CCLXVII.

CCLXVII. *Horologium, ab uno dirigendum.*

DIRIGAT UNUS.

In eos, qui conſcientias ſuas variis Confeſſariis committunt.

* CCLXVIII. *Horologium in turri aureas horas deſcriptas habens.*

AUREÆ OMNES. vel AUREA QUÆVIS.

In temporis pretium.

* CCLXIX. *Horologium ponderibus ad terram progreſſis currere deſinit.*

PONDERE DEFECIT.

Imago hominis, qui annorum & laborum pondere fractus ſuccubuit.

CCLXX. *Horologio bene ſonanti, lemma.*

LOQUEBATUR RECTE.

Imago hominis in ſermonibus providi.

CCLXXI. *P. Heſius horologio, quod fide attrahitur, inſcribit.*

UNA AGIT OMNIA FIDES.

Fidem totius ſpiritualis vitæ fundamentum Emblema ſiſtit.

* CCLXXII. *Horologium exterius indicem ſuum verſans.*

VERSAT INTERIUS PLURA.

In meditabundum.

* CCLXXIII. *Horologium ſonans horas eaſdemque indicans.*

QUÆ LOQUOR, DEMONSTRO.

Demonſtrantis ſua pondere rationum Auctoris imago.

* CCLXXIV. *Horologio lemma.*

SINE SOLE DEMONSTRO.

In quendam, qui ſua abſque auctoritate S. Thomæ demonſtravit.

CCLXXV. *P. Breſſerus in fronte Libri ſui de Conſcientiâ horologii libramento inſcripſit.*

NUNC HUC, NUNC VERTITUR ILLUC.

Conſcientiæ perplexæ imago.

CCLXXVI. *Apud Auct. Coll. horologii parvi clavi, lemma est.*

QUO REGIMUR, REXIT.

In Præceptorem Serenissimi Regis Galliæ factum fuit. B. V. Mariam Christum Puerum instruentem sic exprimes.

* CCLXXVII. *Horologium tempore destructum.*

QUEM DOCEO, DESTRUOR IPSO.

Imago S. Cassiani M. à discipulis necati.

* CCLXXVIII. *Horologium tempus docens.*

DOCEO, QUO CUNCTA DOCENTUR.

B. Virginis Christum instruentis imago.

* CCLXXIX. *Horologio, quod semper secum quasi loquitur, raro vero sonat, lemma est.*

MULTA SECUM, PAUCA CUM ALIIS.

Meditabundi imago.

* CCLXXX. *Horologium non sonans.*

OMNIA SECUM.

Ejusdem imago.

* CCLXXXI. *Plura horologia non simul desinentia.*

EMENSO TEMPORE QUISQUE SUO.

Imago mortis suo tempore imminentis.

* CCLXXXII. *Clavi horologii rotam attrahendo, labores ejus renovat.*

URGET, RENOVATQUE LABORES.

Imago Prælati vigilis & seduli.

CCLXXXIII. *Auctor. Coll. Horologio inscribit.*

QUIETUM FORIS, COMMOTUM INTUS.

Imago malæ conscientiæ.

CCLXXXIV. *Apud eundem Auct. Coll. pretioso & adamantibus ornato horologio lemma est.*

DE MI REGLA, MI VALOR.

DE MEA RECTITUDINE MEUS VALOR.

Religionis ab ordine & regulari vivendi modo æstimatæ imago.

* CCLXXXV. *Horologium alias sonans, modo per defectum tacens.*

TACUISSE DEFECTUS.

Ima-

Imago eorum Prælatorum, Concionatorum &c. qui defectus suorum corrigere non audent.

## CAPUT XII.

# HOROLOGIUM ARENARIUM.

* CCLXXXVI. *Pulvis arenarii horologii sæpe humidâ aurâ subsistens.*

O FALLAX QUOTIES PULVIS! *Claud.*

Homines qui pulvis & cinis sunt, fallacissimos experieris.

* CCLXXXVII. *Idem horologium ex hoc in illud pulveres suos versans.*

EX HOC IN ILLUD.

Inconstantis idea.

* CCLXXXVIII. *Eidem lemma.*

ACCEPTA REFUNDIT.

Grati animi idea.

CCLXXXIX. *Rollenhagius eidem inscribit.*

PAULATIM NON IMPETU.

Modum symbolum ostendit nil faciendi cum impetu.

* CCXC. *Eidem lemma.*

PULVERES VERSO.

Imago hominis vanitatis jugiter meditantis.

## CAPUT XIII.

# INSTRUMENTUM.

CCXCI. *Cum Anno 1602. Fœd. Belgii Status Urbem Graviam (quæ vulgo GRAVE dicitur) subjugassent, instrumento, quo molare saxum attollebatur, inscripsere.*

ARS GRAVE TOLLIT ONUS.

CCXCII. *Instrumento Archimedis totum orbem moturo Anna Schuirmans Belgica virgo inscripsit.*

IN

IN MAGNIS VOLUISSE SAT EST.

CCXCIII. *P. le Moyne instrumento novissimè reperto, quo aer exhauritur, remanente contra Philosophorum sensum vacuo inscribit.*

QUANTUM EST IN REBUS INANE.

Orbis & rerum terrenarum vanitatem sic pinges.

* CCXCIV. *Eidem machinæ lemma.*

QUOSLIBET EXHAURIT.

Prodigalitatem sic describes.

CCXCV. *Instrumentum, quo filo serico ingens campana attrahi potest, uti in elevatione campanæ Pragensis factum, Balbinus testatur lemma habet.*

VI SUAVI.

Gratiarum efficaciam sic exprimes, & suavitatem.

* CCXCVI. *Instrumento aërem evacuanti lemma.*

HORRENTE QUAMVIS NATURA.

Imago hominis multis jejuniis contra naturæ appetitum, sese exinanientis & exhaurientis.

* CCXCVII. *Idem instrumentum.*

DEMONSTRAT VACUUM.

In Auctorem, qui de mundi vanitate scripserat.

## CAPUT XIV.

# MICROSCOPIUM.

* CCXCVIII. *Microscopio lemma.*

QUIDQUID LATET, APPAREBIT.

Confessionis Sac. non absimile microscopio, ipso enim occulta conscientiarum deteguntur.

* CCXCIX. *Microscopio lemma.*

INTROSPICIENTI NIL PARVUM.

Introspicienti peccatorum malitiam, nullum peccatum parvum reputandum est.

* CCC. *Idem.*

QUOS ACCIPIT, AUGET.

Religio suos, quos accipit, in virtutibus augere studet.

* CCCI.

* CCCI. *Musca vel aliud quidpiam, microscopio immissum lemma tenet.*

MAJOR, CUM LATUI.

Imago S. Alexii majoris Deo ex eo, quod ignotus parentibus latuerit.

Imago eorum, quos solitudo & claustra in Sanctos transformarunt.

* CCCII. *Eidem microscopio lemma.*

HIC MUSCA CAMELUS.

In exaggeratorem fraternorum defectuum,

* CCCIII. *Musca in microscopio.*

DUM LATEO, PATEO.

Virum in Religiosâ solitudine exemplarem sic exprimes.

* CCCIV. *Microscopium res augens, ab hominibus libenter inspectum.*

MUNDUS VULT DECIPI.

Ingenium mundi expressum habes.

* CCCV. *Eidem lemma.*

HUIC NIHIL EST PARVUM.

Imago Thrasonis.

Imago etiam religiosi res minimas curantis.

Exaggeratorem sive defectuum, sive virtutum proximi, iterum expressum vides.

## CAPUT XV.

# QUADRANS ASTRONOMICUS.

* CCCVI. *Quadrans idem, cum in cælum dirigitur, cæli gradibus se perpendiculo suo accommodat.*

ACCOMMODOR ASTRIS.

Imago hominis, cœli dispositionibus se accommodantis.

* CCCVII. *Idem quadrans planus, cæli gradus descriptos continens.*

IN PLANO GRADUS COELI.

Cœ-

Cœlum ſcandi facile.

* CCCVIII. *Idem quadrans, cœli gradus metitur ex quadrante orbis in ſe deſcripti.*

COELUM METIOR ORBE.

Imago hominis cœli decorem, ex orbis pulchritudine metientis.

## CAPUT XV.

## SPECULUM CYLINDRICUM.

* CCCIX. *Speculum hoc objectum aliter in ſe demonſtrat, ac eſt.*

FALLIT IMAGO. *Ovid.*

In multos hujus temporis politicos fucos.

CCCX. *Eidem Theſaurus inſcribit.*

VIRTUS COIT OMNIS IN UNUM.

Unionis ſeu concordiæ in communitate commendatio.

* CCCXI. *Idem ſpeculum.*

FINGERE QUI NON VISA POT[illegible]. *Horat.*

Imago mendacis.

## CAPUT XVII.

## TABULA GEOGRAPHICA.

* CCCXII. *Mappa Geographica quamplurium circulorum ſegmentis notata.*

IN PARTES SCINDITUR ORBIS.

In hujus ſæculi bella.

* CCCXIII. *Mappa eadem, in quâ urbes parvis circulis ſeu oculis deſignantur, adjunctam habens linguam unam magneticam.*

OCULOS MULTOS, LINGUAM UNAM.

Imago providi admodum, ſed parum loquacis viri.

* CCCXIV.

*. CCCXIV. *Mappæ geographicæ regna coloribus diversis illita, macularum ingentium instar.*

HABENT REGNA SUAS MACULAS.

Sicut enim quælibet natio suas virtutes, ita & defectus habet.

* CCCXV. *Orbis duæ tabulæ, quod in quatuor earum cardinibus incognitæ sint, in iisdem imperfectæ relinquuntur.*

IN CARDINE DEFICIT ORBIS.

In raritatem hodiernam Cardinalium virtutum.

* CCCXVI. *Mappa eadem sui auctoris nomen exhibet, alia Blavii, alia Janssonii &c.*

EXHIBET AUCTOREM.

Mundus pulchritudine suâ Auctorem Deum sufficienter testatur.

* CCCXVII. *Mappa eadem quoad plagas suas sub polis incognitá.*

NIHIL UNDIQUE NOTUM.

* CCCXVIII. *Mappa orbis universi coloribus variis illita.*

TOTUS FUCO ILLITUS ORBIS.

Imago orbis dolis & fraudibus pleni.

*. CCCXIX. *Eadem, duos orbes in plano exhibens, cum tantum sit unus.*

NUMERO NOS DECIPIT ORBIS.

Ingenium mundi est, majora & plura bona sua fingere, quam revera sint.

CCCXX. *Mappa duos orbes exhibens in imagine I. Saeculi inscribitur.*

NON SUFFICIT UNUS.

Zelum Societatis in alterum orbem se extendentem symbolum exhibet.

* CCCXXI. *Mappa expansa, inspicitur.*

EXPANSAM EXPENDES.

Expendendi Christi in cruce expansi imago.

* CCCXXII. *Mappa pluribus transversis lineis crucum instar, signata.*

PLURIMA REGNA CRUCIS.

Nullum sine cruce aut calamitate Regnum est.

* CCCXXIII. *Mappa duos orbes exhibere se simulat, cum nec unum totum describere possit.*

DUOS PROMITTIT, NEC UNUM PRÆSTAT.

Ita mundus, caro, & dæmon plura promittentes post nil præstant, nisi solos Conscientiæ remorsus.

## CAPUT XVIII.

# TETRAEDRUM.

* CCCXXIV. *Tetraedrum quatuor triangula æquilatera habens, unum solum sursum habet.*

SURSUM UNICUS. vel DEORSUM PLURES.

Numerum malorum, bonos excedentem, expressum habes.

## CAPUT XIX.

# TUBUS ACUSTICUS.

* CCCXXV. *Tubo eidem lemma.*

DE LONGE AUDIENT.

Tubam extremi judicii expressam vides.

# LIBER XXII.
# INSTRUMENTA MILITARIA.



## CAPUT I.
## PYROBOLUS.

*1. Pyrobolus ferreus disruptus.*
PERDIT, QUOS TERRUIT.
Imago Dæmonis, demum perdentis eos. quos ante ſcrupulis tentaverat.

* II. *Pyrobolus in civitatem missus ad eam accendendam.*

IGNEM VENI MITTERE.

In filium Dei, qui ita de se ipso *Luc. XI.*

III. *In morte Friderici Wilhelmi, Electoris Brand: pyrobolo inscribebatur.*

SPLENDET DUM RUMPITUR.

Illustrem cujusdam mortem sic describes.

* IV. *Pyrobolus idem, se prius perdens, quam alios.*

SE PRIUS.

Invidi imago.

* V. *Eidem lemma.*

NULLA NON PARTE TIMENDUS.

In Dæmonem.

* VI. *Pyrobolus injectâ madidâ pelle extinctus.*

PERIT OBRUTA VIRTUS.

Animos eos, quos nimia Prælatorum asperitas ad pusillanimitatem adducit, expressos habes.

* VII. *Pyrobolus disruptus, alios adhuc minores tubulos intra se habens.*

NEC ADHUC CONTINGERE TUTUM. *Ovid.*

Imago ejus, qui jam fere emortuo corpore à se adhuc removeri volebat fœminas, ob castitatis periculum.

* VIII. *Idem pyrobolus dissolutus.*

NEC MORS, MIHI FINIET IRAS.

Imago ejus, qui in agone inimico nequidem ignoscebat.

IX. *Pyrobolus in funere Mareschalli Turenii inscribebatur.*

ET MAGNAS TERRITAT URBES.

In ejusdem Mareschalli, ingentes expeditiones militares.

* X. *Pyrobolo eidem inscribes.*

PERDIDIT URBES. *Cat.*

In luxuriam, quâ florentissimæ urbes accensæ, pereunt.

XI. *Pyrobolorum certum genus, in aquis ardens, in Thesibus S. Stanislao dicatis, lemma tenet.*

AQUÆ

AQUÆ MULTÆ NON POTUERUNT EXTINGUERE.

In æſtus amoris in Deum Sancti ejuſdem.

* XII. *Pyrobolus orbis figuram habens, in templum incidens.*

ORBI, NIHIL UNDIQUE SANCTUM.

XIII. *Pyrobolo emiſſo, Burgundia inſcribit.*

NOLI ME TANGERE.

Exprimebat malignas & maledicas linguas cavendas, & non irritandas.

* XIV. *Pyrobolo lemma.*

EJUS QUI MISIT ME.

Apoſtolos & Miſſionarios ſic exprimes.

* XV. *Pyrobolus ab eo pulvere pyrio quem intra ſe continebat, diſruptus.*

NEC HOSPES AB HOSPITE TUTUS. *Ovid.*

Sæculi malignitatem expreſſam habes.

XVI. *Pyrobolus plures domos incendens.*

UNIUS INTERITU PLURES.

Luciferi lapſum cum adhærentibus Angelis expreſſum habes.

* XVII. *Pyrobolus è mortarii clauſtro emiſſus.*

DE CLAUSTRO SÆVIOR EXIT.

In Apoſtatam, Religionis ſuæ poſt infenſiſſimum hoſtem.

XVIII. *Pyrobolo in aërem elato, Fevillæus inſcribit.*

QUO RUET, ET LETHUM.

Exercitus cujuſdam idea.

* XIX. *Pyrobolus in aërem elatus.*

QUO CADET, IN DUBIO EST. *Ovid.*

Hoſtilem Exercitum ſic exprimes, de cujus ſcopo adhuc incertum.

* XX. *Pyrobolo lemma.*

PAUCOS FERIT, UNDIQUE TERRET.

Concionatorem ſic exprimes, qui Auditores ſuos quidem exterret, paucorum vero corda, ad pœnitentiam & contritionem ferit.

* XXI. *Pyrobolus, quo altius ejicitur, eo propius cadit.*

ALTIUS, UT PROPIUS.

Eorum imago, quos calamitatibus altius jactat Deus, ut sibi per gratiam servet propiores.

# CAPUT II.

# ARCUS BALISTARIUS.

XXII. *Arcus sine filo, vel nervo.*

VIS VIRES TOLLERE, TOLLE FIDEM.

Viva quippe in Deum fides vires ad pugnandum contra Dæmonem subministrat.

* XXIII. *Arcus fide depressâ.*

PLUS DEPRESSUS, PLUS FERIENS.

Imago fictæ cujusdam humilitatis, ut ea proximo plus noceat.

Imago humilis orationis, cœlum ferientis.

* XXIV. *Arcus nervus è defunctis animalium visceribus, contortus.*

PER VISCERA LETHUM.

Imago ejus, qui nimiâ misericordiâ eis, quos sibi subjectos habet, exitio est.

* XXV. *Arcus non semper sagittas ad metam promovens.*

RARIUS AD METAM.

Imago humanorum laborum, rarius bonâ intentione susceptorum.

* XXVI. *Arcus sagittas emittens.*

EMITTO, UT FERIANT.

Imago Orationis, quâ cordis affectus veluti sagittas emittimus, ut Dei aures feriant.

In Emissarios sectariorum etiam quadrat.

* XXVII. *Arcus sagittas, quæ rectæ sunt, promovens.*

RECTOS PROMOVEO.

Imago Principis, homines bonæ conscientiæ ad dignitates promoventis.

* XXVIII.

* XXVIII. *Arcus Martis instrumentum, & Apollinis, quo Pythonem & Typhonem interemisse fingitur.*

SEU MARS SEU TENDAT APOLLO.

Virum belli, & Politiæ artibus excultum sic exprimes.

* XXIX. *Arcui lemma.*

ALIOS TOLLO, ME ENERVO.

Imago Christi, in Passione enervati, ut nos ad æternam felicitatem attolleret.

* XXX. *Nervus in arcu flexus.*

UT FERIAM, FLECTOR.

Imago fictæ humilitatis, ut noceat.

* XXXI. *Arcus sagittam (cujus ferrum grave est, & penna levis) promovens.*

GRAVESQUE, LEVESQUE.

Imago cujusdam, qui indignos & dignos promovet promiscue.

* XXXII. *Arcus remittendo feriens.*

REMISSUS FERIET.

Imago hominis simulato injurias remittentis quo plus feriat.

* XXXIII. *Nervus sagittam deprimens, ut eam attollat.*

QUOS DEPRIMO, TOLLO.

Imago D. Dei, exaltantis quos hic deprimit.

* XXXIV. *Arcus nervo sagittam promovens.*

PER VISCERA METAM.

Imago ejus, qui proximis misericordiæ viscera aperiendo ad æternæ beatitudinis metam collimat.

* XXXV. *Arcus sine nervo.*

SI NERVUS ABEST, NIL CAETERA.

In bello sine rerum gerendarum nervo pecuniâ, nil agitur.

* XXXVI. *Arcus sagittam emittens.*

HINC AD METAM.

Ex hac vitâ ad æternæ beatitudinis metam suos emittit Deus.

XXXVII. *Arcui, dum per eum ad certum punctum collimatur, P. Hesius inscribit.*

PUNCTUM, VIA CERTA PER UNUM.

Exprimere volebat, per fidei punctum ad Deum collimandum esse.

* XXXVIII. *Arcus sagittas promovens, non se.*

ALIIS, NON META MIHI.

In eos Confessarios, Concionatores &c. qui ad æternæ beatitudinis metam alios juvantes se negligunt.

## CAPUT III.

## ARIES MILITARIS.

XXXIX. *In funere M. Turenii, arieti militari, lemma erat.*

VIS IN CAPITE.

Exprimebatur prudentia militaris Mareschalli ejusdem.

* XL. *Idem aries, obstacula quævis vellens.*

SUPERANDO, QUOD OBSTAT.

In fortem quandam resolutionem, quæ capax est, ad perrumpenda obstacula quævis.

XLI. *In nummo quodam Foed: Belgii, aries ingentem turrim repetitis vicibus impetens, lemma habet.*

INGEMINANDO SUBRUET.

Perseverantiam, Emblema docet.

## CAPUT IV.

## ARMA.

* XLII. *Arma in Cumulo jacentia, superinjectis eis ramis olivarum.*

BELLA GERANT ALII.

Imago Belliducis, Regis &c. pacis addicti.

* XLIII. *Arma post bellum quieta.*

BELLUM, PAX RURSUM. *Horat.*

Ima-

Imago luctarum, quibus Christianus homo intra se modo agitur, modo nonnullam quietem habet.

* XLIV. *Armis lemma.*

NIL ISTA, SED USUS.

In Religiosum aliquando feci, qui integrum apparatum disciplinarum Ciliciorum &c. in cella habebat, iis parum usus.

* XLV. *Armis, cum libris lemma.*

TOGÆ JUNCTA JUVANT.

In Regna armis & consilio administranda.

XLVI. *Armis in Armamentario quodam comprehensis, lemma.*

PACIS FIRMAMENTO, BELLI INSTRUMENTO.

Rectum armorum usum Emblema docet.

XLVII. *Thesaurus Trophæorum fascibus militaribus, & sacerdotalibus exuviis, temere congestis inscribit.*

FASQUE NEFASQUE. vel SACRA PROFANIS.

Promiscuam in impotenti victoriâ prædam exprimebat.

XLVIII. *Arma hinc Marte, Deo belli, hinc Minervâ, Dea Pacis adstante, lemma tenent.*

AD UTRUMQUE PARATA.

Imago Principis justo bello, & honestæ paci, parati.

XLIX. *Haynovius hastas, aliaque arma exhibens eis inscribit.*

AUT PERRUMPENDUM AUT PEREUNDUM.

De obstaculis à Dæmone paratis Emblema intelligendum.

* L. *Arma puerili manui minimè tractabilia.*

NON QUAVIS TRACTANDA MANU.

Pœnitentiarum & mortificandarum à quovis pro libitu non tractandarum documentum sed Confessarii consilio.

* LI. *Arma ex cumulo apprehensa.*

NEC METUENDA VIRIS. *Luc.*

In mortificationes, cordatis minimè timendas.

C A-

# CAPUT V.

## CLAVA.

LII. *Veredariorum Vratiſlavienſium Magiſter, Clavæ Herculeæ inſcribit.*

NOLI ME TANGERE.

Poſtarum Cæſarearum immunitatem exprimebat.

LIII. *Clavæ quercinæ P. Maſenius inſcribit.*

AB ORIGINE ROBUR.

B.V. Mariam in Conceptione ſuâ, jamtum conterentem caput ſerpentis ſtygii, ſic exprimes.

LIV. *In ludo quodam antecineralibus, in Galliâ Guiſiorum tempore exhibito, Herculis clava inſcribebatur.*

MEQUE ASSERET ASTRIS.

Imago fortitudinis cœlo ſuos aſſerentis.

* LV. *Herculis clava.*

PER TOT SPECTATA LABORES. *Ovid.*

Inſignis Belliducis plures labores inter ſæpe ſpectati imago.

LVI. *Eadem clava.*

NOXIA MONSTRIS.

In quendam Sanctum, in Dæmones imperium exercentem.

LVII. *Ludovico XIII. Regi Galliarum Herculis clava inſcripta fuit.*

ERIT HÆC QUOQUE COGNITA MONSTRIS.

Imago Principis hoſtibus ſuis formidabilis.

LVIII. *Clavæ* Herculis, *P. Meneſtrerius inſcribit.*

VIX ÆQUAT FAMA LABORES.

Principem, Belliducem, Miniſtrum famæ ſuæ parem ſic exprimes.

## CAPUT VI.
## FUNDA.

* LIX. *Funda lapidem girans.*
DE PONDERE GIRUS.
In quendam, qui ſopiturus conſcientiæ vermem peregrinabatur.

* LX. *Eidem lemma.*
SUA PONDERA GIRAT.
In examen conſcientiæ peccatorum ſuorum pondera librantis.

* LXI. *Eadem.*
LIBRATUR IN ICTUM. *Claud.*
Miſſionarium hæreticum ſic exprimes.

## CAPUT VII.
## GALEA.

* LXII. *Galea plumâ ſeu criſtâ ornata.*
CRISTA COMITANTE GALERUM.
Superbi & faſtuoſi militis imago.

LXIII. *Clauſæ galeæ, per quam proſpectus non erat, Petra Sancta inſcribit.*
LUCEM ADIMO, ET VULNERA.
Clauſuræ id proprium, honores & remorſus conſcientiæ adimere.

LXIV. *Clauſæ eidem galeæ in Canoniz. S. Saleſii lemma fuit.*
MAS CUBRIDO, MAS SEGURO.
PLUS TECTA, PLUS TUTA.
Imago Religioſæ Virginis clauſurâ & ſolitudine ſuâ tutæ.

* LXV. *Galea militibus in bello loco aheni ſerviens, coquendis in eâ cibis.*
IN BELLO ALIMENTA MINISTRAT.
Præfectum Annonæ militaris ſic exprimes.

* LXVI.

* LXVI. *Galea in bello & pace usui in scutis.*
BELLOQUE PACEQUE.
Viri bello & pace inclyti, imago.

* LXVII. *Galea caput tuetur, ornat, inumbrat, ac militibus aheni loco servit ad cibos.*
TUTAMEN, DECUS, UMBRA DAPESQUE.
In SS. Euchariſtiam.

* LXVIII. *Galea militibus serviens ad aquas hauriendas, igni restinguendo.*
FERRUM ARCET, ET IGNES.
Belliducis Patriæ ab hoſtili ferro & igne defenſoris imago.

* LXIX. *Galeæ lemma.*
GRAVAT, AT ORNAT.
Ita plerumque honores & curæ.

* LXX. *Eidem lemma.*
GRAVAT ET ARMAT.
Ita mortificatio.

* LXXI. *Eidem lemma.*
GRAVAT, UNDE TUETUR.
Subſidiorum militarium, ſemper gravium imago.

* LXXII. *Galea tuendo capiti clauſa.*
PAX PANDET.
Conſcientiæ pax & ſerenitas, gratiam Dei, quæ clauſa nobis eatenus videbatur, iterum manifeſtabit.

* LXXIII. *Galea in quâ aviculæ nidificant.*
POST BELLA IMBELLES.
Imago S. Ignatii, dein catechizantis parvulis.

* LXXIV. *Eidem lemma.*
SECURA FERIRI.
Imago animi omnibus calumniis majoris.

* LXXV. *Galea ad inſtar Cornucopiæ, variis fructibus repleta.*
ISTHÆC MUNERA PACE.
Ampliſſimos pacis fructus ſic exprimes.

* LXXVI. *Galea clauſa.*

POST

POST TENEBRAS, SPERO LUCEM.

Imago & votum ſcrupuloſæ conſcientiæ.

* LXXVII. *Galea ſtragem probibens, nemini inferens.*

NESCIA STRAGIS.

Imago pacifici ac nemini injurii animi.

* LXXVII. *Galea tecta.*

MINUS PERICULI, SI MINUS LUMINIS.

Periculum quod luci honorum adjunctum eſt, exprimit ſymbolum.

## CAPUT VIII.

# HASTA, LANCEA.

* LXXIX. *Haſta omne ſuum pondus habens à ferramento ſuo.*

A CUSPIDE PONDUS.

Imago cujuſdam, ab acuto ingenio æſtimati.
Imago militis ab armis ſuis æſtimati.

LXXX. *Haſtis aliquando inſcriptum legi.*

IN CUSPIDE FINES.

Nempe eouſque ſe fere hodiedum aliquorum Regna extendunt quouſque eorum arma.

* LXXXI. *Haſta flecti neſcia.*

NESCIA FLECTI.

Inclementis militis imago.
Obdurati quoque idea.

* LXXXII. *Haſtæ lemma.*

CUSPIDE VULNUS.

Quendam mordacem & ingenioſum Satyricum expreſſum vides.

* LXXXIII. *Haſta Martis & Palladis inſtrumentum.*

SEU MARTE LIBRER, ſeu PALLADE.

In Miniſtrum quendam, muneribus ſagi ac togæ æquè aptum.

* LXXXIV. *Haſta tùm demum ferit, non cum erecta eſt, ſed à ferente inflectitur.*

VUL-

VULNUS AB INFLEXA.

Simulatæ reconciliationis pericula ſic exprimes.

* LXXXV. *Haſta in pace æruginem contrahens.*

INDOMITAM BELLO OTIA PERDUNT.

Imago generoſi Belliducis, luxu & otio in pace diſſoluti. Proſperitatis noxiæ idea.

LXXXVI. *Haſta ad ſolem ſplendentem.*

IN LUCE REFULSIT.

Imago viri in honoribus inclyti in bello.

* LXXXVII. *Haſta vaginam nullam habens lemma tenet.*

NESCIA CONDI.

Imago iræ, vel odii inflexilis.

* LXXXVIII. *Haſta ante papilionem terræ infixa.*

BELLIS ERECTA.

Imago erecti inter adverſa animi.

* LXXXIX. *Haſta feriens ſanguinem contrahit & ex eo æruginem.*

IN SUA DAMNA FERIT.

Iracundiæ ſibi ipſi noxiæ imago.

* XC. *Haſta Palladis inſtrumentum.*

PALLADE LIBRABOR.

Imago ſeu documentum tractandorum non niſi ſapienter armorum & bellorum.

* XCI. *Haſta in pace vitem pro fulcro ſuſtentans.*

DULCIA NON MERUIT, QUI NON GUSTAVIT AMARA. vel POSTQUAM GUSTASSET AMARA.

XCII. *Lanceæ, quâ & ad ludum & ad pugnam milites utuntur, Auctor Periſtromatum inſcripſit.*

LUDO, PUGNÆQUE PARATUR.

Exprimere volebat, Regi ſuo tam in haſtiludiis, quam prælиis, primam laudem deberi.

C A-

## CAPUT IX.

## PAPILIO.

XCIII. *P. Niezporkowitz militari papilioni inſcribit.*

INJURIA COELI NULLA NOCET.

Exprimebat B. V. Mariam, viatorum receptaculum eſſe.

* XCIV. *Papilio convolutus milite diſceſſuro.*

LINQUENDA TELLUS ET DOMUS.

Imago mundi, aliquando in morte relinquendi.

* XCV. *Papilio lemma tenet.*

SUB PARVO ET FRAGILI.

Fragile corpus, quod animæ pro hoſpitio eſt, ſic exprimes.

## CAPUT X.

## PHARETRA.

XCVI. *Fevillæus pharetræ inſcribit.*

OMNES CONTINET UNUS.

Belliducem hoſtiles acies continentem ſolum, ſic exprimes.

XCVII. *Eidem lemma.*

ACIEM CONDIT.

Hominis mortificationes ſuas ſecreto peragentis imago.

XCVIII. *Quando prioribus bellis ſeptem fœderatarum Provinciarum Reſp. afflicta, ab Auriaco Principe reſtaurabatur, ejuſdem honori pharetra depicta ſeptem intrà ſe ſagittas tenens inſcribebatur.*

TENUIT, DECORATQUE REVINCTAS.

Reſtauratorem quendam Patriæ ſic exprimes.

C A-

# CAPUT XI.

## SAGITTA.

* XCIX. *Sagitta ab arcu abjecta.*

ABJECTÆ SUA VIRTUS INEST.

In quendam convenit, qui repulſam paſſus inde ad hoſtes tranſiens, multa damna intulit.

* C. *Sagittam, cui fiſtula arte facta inerat, ad metam aliquando Coloniæ cum ſono currere, non tam vidi, quam audivi.*

GAVISA FERIRE.

Tyranni, ac cujuslibet in aliorum injuriis gaudentis, imago.

* CI. *Eadem ſagitta in altum emiſſa.*

AD ARDUA GAUDENS.

Obedientiam in arduis promptam, ſymbolum exhibet.

* CII. *Eadem ſagitta, ad ſcopum orbicularem ad inſtar nollæ.*

AD NIHILUM GAUDENS. vel AD NIHILUM FESTINA CUCURRIT.

Hominis humiliari gaudentis imago.

Hominis item idea prompti, ad amplectendas mundi vanitates.

* CIII. *Sagitta ex alto in terram recidens.*

POST SUMMA DEORSUM.

Imago eorum, qui in ſummis dignitatibus conſtituti, humili in Religionibus vitæ ſe mancipant; uti in noſtro S. Ordine variæ Regum ac Principum filiæ fecere.

* CIV. *Sagitta à nervo ad metam adacta.*

METAM CONTINGIT ADACTA.

Eorum imago quos adverſitatum nervo, ad æternæ ſuæ ſalutis metam promovit Deus.

* CV. *Sagitta p'us cum nervo depreſſa altius aſcendit.*

PLUS PRESSA, PLUS ÆTHERA SCANDIT.

Eæ-

Eædem, quæ nos premunt, calamitates ad Deum magis elevant.

* CVI. *Sagitta, cujus acumen candet, ut in hostes emissa incendium excitet.*

FERT LUMEN ACUMEN.

Innuit symbolum, mortificationum acumine, divinam nobis gratiam conciliari.

* CVII. *Sagitta in altum emissa.*

ACUMINE SURSUM.

Hominis mortificationum suarum acumine, sese ad majorem profectum in spiritu efferentis imago.

* CVIII. *Sagitta à pennis suis dirigitur, acie vero ferit.*

HÆC REGIT, ILLA FERIT.

Scriptis nempe Legibus, & armorum acie Regna vel maximè conservantur.

* CIX. *Sagittis lemma.*

NULLA RETRORSUM.

Hominis bonis & justis per omnia intentionibus procedentis, imago.

* CX. *Sagitta à pennis suis in metam directa.*

PER LEVIA METAM.

Per obvia & levia Regni cœlestis metam contingimus.

* CXI. *Sagitta ad metam suam festina.*

CURSU CONTINGERE METAM. *Horat.*

In viâ Dei minimè nobis standum esse, monet symbolum.

CXII. *In Thesibus quibusdam Illustrissimo Stanislao Posnaniensi Episcopo (cui pro insigni sagitta est) dedicatis, sagittæ ad metam acuminatam eunti, lemma est.*

VIRTUS INTENDIT ACUMEN.

Virtuti maximè deditis mortificationum acumina maximè cordi sunt.

CXIII. *Sagittæ in altum ad ligneam avem emissæ, in Thesibus Varsaviæ defensis lemma fuit.*

NON HUMILIS TE META DECET.

In excelſam quandam indolem, cujus eſt, humiles hujus mundi metas aſpernari.

* CXIV. *Sagittæ ad metam lemma.*

NON IRRITA SEMPER. vel IRRITA SÆPE.

In quamplurimas hominum hoc in orbe irritas intentiones.

CXV. *Sagittæ Verienus inſcribit.*

SUPEREST DUM VIS MOVETUR.

Bellducem aut Religioſum ſedulum ad ultimum uſque ſpiritum exprimes.

* CXVI. *Sagittæ lemma.*

IN META REQUIES.

Requiem æternam Sanctorum in cœlo, veluti ultimâ metâ, ſymbolum innuit.

CXVII. *Sagittæ apud Typotium lemma eſt.*

FERIT EMISSA.

Hæreticorum emiſſarios, expreſſos habes.

Juſtorum etiam hoc in orbe ſuſpiria ab iis in cœlum emiſſa potentiſſima ad feriendas Dei aures.

* CXVIII. *Sagitta in altum emiſſa demum ad terram rediens.*

TERRA TAMEN SCOPUS EST.

In multas ſiniſtras hominum intentiones.

CXIX. *Sagitta Ducum Lotharingiæ, tres ſimul alaudas configens.*

TRES CONFICIT UNA.

Linguam detractoriam expreſſam habes, quæ proximi honorem, ſuam verò, & audientis animam conficit.

Tres SS. è Societate Jeſu Martyres Japones, P. Engelgrave ſic quoque expreſſit.

* CXX *Plures ſagittæ, ad unam metam euntes.*

METAM PROPERAMUS AD UNAM.

Omnes ad metam mortis curere, nos Emblema docere poteſt.

* CXXI. *Sagitta ad metam procedens.*

RE-

RECTO TRAMITE METAM.

Hominis justi recto virtutis tramite incedentis imago.

* CXXII. *Sagitta metam non contingens.*

RECTA, NEC AD METAM.

Intentiones multas bonas scopum suum nequaquam consequentes, sic exprimes.

CXXIII. *Auctor Coll: Sagittis ad scopum marmoreum directis, inscribit*

VEL NON TANGUNT, VEL FRANGUNTUR.

Adversitates, animo generoso & infracto nil nocituras sic exprimes.

* CXXIV. *Sagitta acuminata, sine pennâ indebitè procedens.*

NIL FERRUM, SI PENNA DEEST.

Facta generosa Ducum Historici pennam exoptantia sic exprimes.

CXXV. *Sagittæ plures ad metam, ex quibus una eam solum consequitur, apud Auct: Coll: lemma tenent.*

NEC NULLA, NEC OMNIS.

Intentiones humanas, ad scopum directas exprimit symbolum.

* CXXVI. *Sagitta per mortua animalium viscera, & plumas promota.*

PROMOTA DEFUNCTIS.

Ejus imago, qui ob avorum virtutes ad dignitates promotus est.

* CXXVII. *Sagitta nervo ex animalium visceribus contorto, in aërem emissa.*

PER VISCERA SURSUM.

Eorum imago, qui per misericordiæ viscera pauperibus exhibita, æternæ beatitudinis metam consecuti sunt.

* CXXVIII. *Sagitta in altum emissa.*

EX HUMILI SUBLIMIS.

Ex humili familiâ, ad magnas dignitates promotum sic exprimes.

B.V. Mariam exaltatam à Deo *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, sic etiam exprimes.

* CXXIX. *Sagitta cum stridore elapsa.*

ELAPSA STRIDENDO.

Imago Apostatæ cum multis erga Religionem suam calumniis elapsi.

CXXX. *Rollenhagius sagittæ inscribit.*

NON QUAM CREBRO, SED QUAM BENE.

Nempe, non actionum nostrarum multitudo, sed debita bonitatis intentio à Deo spectatur.

* XXXI. *Sagitta sine pennâ.*

NON FERIO, SI PENNA DEEST.

Vanam mortificationem esse, symbolum docet, si orationis penna eandem non comitetur.

CXXXII. *Quando D. Severinus Binius Coloniæ in SS. Theologiæ Doctores promovebat duos è Soc: Jesu, cum allusione ad ejus gentilitium agalma (quod sagittam præcurrentem unam, à duabus aliis comitatam habebat) duabus istis lemma fuit.*

DUCE TE COMITAMUR EODEM.

Vim Exemplorum in Prælatis sic exprimes.

* CXXXIII. *Sagitta è cœlo relapsa lemma tenet.*

IN COELUM MISSA REVERTOR.

Christum in cœlum Ascendentem, ac demum in finè mundi ad Extremum Judicium reversurum, sic exprimes.

* CXXXIV. *Sagitta emissa, in metam ex luto paratam, ne acies ejus hebetetur, lemma tenet.*

ACUMINE LUTUM.

In quendam omne ingenii sui acumen, ad obscœna ttansferentem.

* CXXXV. *Eadem sagitta.*

AD LUTUM, FESTINA CUCURRIT.

Libidinosi imago.

* CXXXVI. *Eadem sagitta.*

FIGITUR IN LUTO.

Ima-

Imago cujuſdam, quem prava conſuetudo in obſcœnarum rerum luto firmarat.

* CXXXVII. *Sagittæ ad metam eunti lemma.*

MOTU META.

Gratiarum actualium motu, ad æternæ ſalutis metam maximè promovemur.

* CXXXVIII. *Sagitta vi nervi in altum emiſſa.*

EVEXIT AD ÆTHERA NERVUS.

Eorum imago, quos rerum Nervus pecunia, ad dignitates promovit, aliàs indignos.

Eorum quoque imago, qui eleemoſynis ſibi viam ad cœlum fecerunt.

* CXXXIX. *Sagitta à nervo, qui mollis eſt, surſum emiſſa.*

PER MOLLIA SURSUM.

Viam in cœlum facilem, ſymbolum docet.

CXL. *P. Meneſtrerius, ſagittæ inſcripſit.*

SEU MAVORS, SEU MITTAT AMOR.

Belli Ducem, æque in campo militem, atque inter puellarum conſortia procum ſic exprimes.

* CXLI. *Sagittæ mutuatâ ab aquilâ pennâ aſcendenti, lemma.*

MUTUATA PENNA.

Factum fuit in quendam, qui aliorum conceptibus tanquam ſuis, per plagium utebatur.

CXLII. *Sagittæ ad quamlibet metam indifferenti, lemma.*

QUO ME FATA VOLENT.

Reſignati ad quævis animi idea.

* CXLIII. *Non licet mihi, per humilitatem Illuſtriſſimi Staniſlai in Magnâ Witwicka, Witwicki, Epiſcopi Poſnanienſis, Patroni & Benefactoris mei eximii, eum luſum Symbolicum, quem ſuper gentilitiâ ſuâ ſagittâ, ſibi à me aliquando oblatum benevolè acceptare dignatus eſt, totum hic ſiſtere, non poſſum tamen unum alterumvè ex eo ſymbolum non proferre. Ejuſdem ergo ſagittæ, acuminatâ cuſpide & penna inſtructæ, inſcripſi.*

 PEN-

PENNÆ ACIES COMES EST.

Innuebam, libros & ſcripta ejuſdem Illuſtriſſimi in publicum emanata ingenio & acumine ubique plena eſſe.

* CXLIV. *Eidem ſagittæ inſcripſi.*

ABLEGATA SCIT IRE.

Ejuſdem Illuſtriſſimi Legationes pro Rege & Regno feliciter expeditas exprimere volebam.

* CXLV. *Eidem ſagittæ in cœlum eunti, quoque inſcripſi.*

HUIC COELUM SCOPUS EST. vel ÆTHERA, NON CAETERA.

Ejuſdem Illuſtriſſimis optimas intentiones pro conſervandâ fide in Regno & Ducatu Maſoviæ in Deum directas, ſic exprimebam.

* CXLVI. *A reliquis ſymbolis abſtineo, applicationem dando, quamvis benevolus lector & in ſequentibus facile illam ſit aſſecuturus; ſagittæ ergo in cœlum emiſſæ lemma.*

COELI MELIORIS AD AURAS.

Chriſtum aut B. Virginem in cœlum Aſcendentem, & Aſſumptam ſic exprimes.

Juſtum morientem etiam ſic repræſentabis.

* CXLVII. *Sagittæ in cœlum emiſſæ, lemma.*

SIC SCANDIT EUNDO.

Cujuſdam peregrinationes, atque ex iis hauſtam qualificationem ſic exprimes.

* CXCVIII. *Eadem ſagitta, gradatim ſcandens.*

SCANDO GRADATIM.

Imago cujuſdam non per ſaltum, ſed per merita ſua gradatim promoti.

* CXLIX. *Eidem ſagittæ lemma.*

INNOXIA SCANDIT.

Quendam innoxiè abſque ullius injuriâ aut depreſſione ad honores promotum ſic exprimes.

* CL. *Eadem ſagitta vi emittentis nervi in altum adacta.*

SCANDIT ADACTA.

Ho-

Hominis abſque ullo ambitu dignitates ſcandentis imago.

* CLI. *Sagittæ ſcandenti lemma.*

SCANDIT ADHUC.

Juſti in virtutibus adhuc proficientis imago.

* CLII. *Sagittæ lemma.*

META UBIQUE, vel QUAVIS IN META.

Miniſtrum, ad quævis Regni munia habilem ſic exprimes.

* CLIII. *Eadem Sagitta in altum enitens.*

AD SUMMA PER IMA.

Humilitate cœlum certiſſime ſcandi, ſymbolum te docebit.

* CLIV. *Eadem Sagitta.*

RECTO TRAMITE SURSUM.

Hominis per virtutum & meritorum ſuorum tramitem promoti idea.

CLV. *Eadem ſagitta lemma à Clariſſimo Viro Joanne Sebaſtiano Peſchel recepit.*

VOLATU NEMINI.

Cæſarearum Poſtarum celeritatem expreſſurus erat. Principem aut Miniſtrum, in Expeditionibus ſuis celerrimum ſic exprimes.

* CLVI. *Eadem ſagitta in altum elata.*

ET PENNA, ET FERRO.

Familiam viris in ſago & togâ excellentibus celebrem, ſic exprimes.

CLVII. *Sagitta rectiſſimè, & celerrime ad metam concedens.*

RECTA CITOQUE.

Miniſtrum in conſiliis dandis integerrimum, & in exequendis celerrimum ſic exprimes.

* CLIII. *Sagittæ lemma.*

ACIE DUCE, COMITE PENNA.

Hominem ingenio, & ſcriptis ad honores evectum, ſic exhibebis.

* CLIV. *Sagittæ pennis aquilinis in altum promotæ lemma.*

 NON

NON USITATA, NEC TENUI VEHOR.

Hominem, qui in flagranti apud Auſtriacam Domum gratiâ eſt, Emblema depingit.

* CLX. *Sagitta in altum emiſſa ad ſcopum.*

ALTA A LONGE.

Miniſtri cujuſdam ſagacitatem, quâ res longe remotas penetrat, ſic aptiſſimè deſcribes.

* CLXI. *Sagittæ lemma.*

NIHIL OBSTAT EUNTI.

Miniſtrum quendam, maximis difficultatibus minimè deterritum Emblema ſiſtit.

* CLXII. *Sagittæ conſtellatio.*

COELO TRANSCRIPTA QUIESCET.

Indefeſſo cuidam Principi, ſeu Miniſtro ſic æternam in cœlo requiem adprecaberis.

* CLXIII. *Sagittæ in metâ retrorſum reſilienti lemma.*

IN META RETRORSUM.

In quendam, qui morti jam vicinus incipiebat deficere, & à via bonâ deflectere.

## CAPUT XII.

## GLADIUS.

* CLXIV. *Electo A.* MDCXCVIII. AUGUSTO II. *Poloniæ Regi oblatus ei eſt luſus ſymbolicus, Electoralibus ejus gladiis inſcriptus, cui etſi tunc alterius nomen præfigi paſſus ſim, ejus tamen auctorem me fuiſſe vel nunc revelare placuit. Duo ergo Electorales gladii à geniis cuſi & candentes, lemma tenebant.*

SPLENDENT IN ORTU.

AUGUSTO. II. EX IMPERATORUM ET REGUM SANGUINE PROGENITO.

Quos prodire vides, geniis cudentibus enſes,
SPLENDET IN EXORTU quilibet ille ſuo.
Qui venit à Regum formatus ſanguine mucro
Regius, EXORTU plus MICAT ille ſuo.

* CLXV.

* CLXV. *Duo Electorales Saxonici gladii in formam Crucis decussati.*

HIS ETIAM AUGUSTUS.

AUGUSTO II. BONO OMINE AUGUSTI NOMEN SORTITO.

Cum Dii certarent inter se lite Penates,
Nomine quo natus debeat esse puer.
Audiit è numero sapientior ista Deorum,
Dixit & ad reliquos, protinus ista Deos:
Si quando HIS AUGUSTUS erit Rex ensibus, eccur.
Non erit AUGUSTI nominis ille puer?

* CLXVI. *Orionis Constellatio cum gladio stellis distincto.*

ENSIFER ORION. *Ovid.*

AUGUSTO II. SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARESCHALCO.

ENSIFER ORION, cui fulgurat ensis in axe,
Splendidus est gladio plus tamen ille suo.
Qui geris IMPERII Sacros Dux PORTITOR enses,
ENSIFER ORION, Cœlicus alter eris.

* CLXVII. *Gladii duo malleis in incude extensi.*

MULTO CREVERE SUB ICTU.

AUGUSTO II. INTER TURCICA ET GALLICA BELLA IN MAGNUM BELLIDUCEM ET REGEM EXCRESCENTI.

Mucrones gemini MULTO CREVERE SUB ICTU.
His sine nullus erit mucro, nec ullus erat.
Sors & Saxonico non dispar obtigit ensi,
Major ab adversis ictibus ille fuit.

* CLXVIII. *Gladius, postquam manu in terram adactus, recurvus stetit, eadem remissâ in rectum assurgens.*

DESINIT IN RECTUM.

AUGUSTO II. AD CATHOLICAM FIDEM REDUCTO.

Qui prius incurvo ſteterat mucrone remiſsâ,
DESINIT IN RECTUM protinus ecce manu
Dum Romana fides, ſibi te videt eſſe reductum,
DESINIS IN RECTUM REX FRIDERICE Virum.

* CLXIX. *Saxonici gladii in unguibus Aquilæ Polonicæ.*

DEFICIENS HACTENUS ENSIS ERAT.

AUGUSTO II. IN REGEM POLONIÆ, ET MAGNUM LITHUANIÆ DUCEM ELECTO.

Ægide (a) tuta ſuâ certaverat hactenus ales
Lechica, DEFICIENS attamen ENSIS ERAT.
Saxonicos ergo, ſibi ſumpſit cautior enſes,
His ut ab adverſis tutior eſſet avis.

* CLXX. *Gladius è vaginâ extractus.*

SPLENDIDUS EXIT.

AUGUSTO II. CUM GLORIA ELECTORALES DITIONES AD CAPESSENDUM POLONIÆ REGNUM DERELINQUENTI.

Qui latet obſcuro concluſus carcere, demum
Enſis ut extrahitur, SPLENDIDUS inde venit.
Cum Patriâ egrederis, Lechicam prenſure coronam,
Crede mihi Patriâ SPLENDIDUS EXIS humo:

CLXXI. *Gladius oleo inunctus.*

UNGITUR IN PUGNAM.

AUGUSTO II. IN REGEM POLONIÆ UNCTO, UT AVULSAS AB EA DITIONES GLADIO SUO RECUPERET.

Vix ferit, aut parcè tibi ſi non unxeris enſem,
Si tamen hunc ungas, acriter ille ferit.
UNGITUR IN PUGNAS & prælia Regius enſis.
An non bella Dei, fortius inde geret?

* CLXXII.

a *Reſpicitur ad gentilitium ſcutum Joannis III. Regis Poloniæ.*

* CLXXII. *Gladii Regii Regali coronâ Coronati.*

CORONANTUR, QUIA CERTARUNT.

AUGUSTO II. IN REGEM CORONATO, QUOD GLADIIS SUIS, CONTRA CHRISTIANI NOMINIS HOSTEM STRENUE DECERTAVERIT.

Laurea quantumvis redimiverat hoſte corona,
Regia promeritis defuit una tamen.
ECCE CORONANTUR Lechicis poſt bella coronis,
Hæc, QUIA CERTARUNT, præmia digna ferunt.

* CLXXIII. *Gladii Electorales pileum libertatis ſymbolum; in apice ſuo geſtantes.*

HIS TUTA LIBERTAS.

AUGUSTO II. POLONICÆ LIBERTATIS ACERRIMO DEFENSORI.

Lechica libertas pretio pretioſior omni,
Tutior expetitur, quo queat eſſe loco.
Lechia crede mihi libertas hæc tua ſolo
Regis in AUGUSTI, tutior enſe manet.

* CLXXIV. *Gladius Alexandri M. nodum Gordium diſſecans.*

SCIT SOLVERE NODOS.

AUGUSTO II. POLONICÆ MILITIÆ CONFOEDERATIONEM PLENE DISSOLVENTI.

Lechia dum ſenſit formatum à milite nodum,
Solvere qui poſſet, quæſiit uſque virum.
Vidit ut AUGUSTI mucronem, vicimus inquit!
Solus hic hunc NODUM SOLVERE, mucro VALET.

* CLXXV. *Gladii Electorales duo.*

NON SUFFICIT UNUS.

AUGUSTO II. TURCARUM ET TARTARORUM VICTORI.

Si fortaſſe miſer gemino vexaris ab hoſte,
Crede mihi mucro, non ſatis unus erit.

Dum

Dum Populus geminos vidit ſibi Lechicus hoſtes,
Mucro mihi dixit non ſatis unus erit.
Ergo Saxonicos ſumam mihi providus enſes,
Sufficiens geminis binus hic enſis erit.

* CLXXVI. *Gladii iidem in unguibus Aquilæ Polonicæ ſcuto adjacente.*

HIS ACRIOR ICTUS.

AUGUSTO II. SACRI FOEDERIS CONTRA TURCIAM PROMOTORI.

Maxime ne doleas jam te LEOPOLDE carere
Ægide (*a*) quæ fuerat, per ſacra bella comes
Subſtituit Populus binos tibi Lechicus enſes,
HIS in Otomannos ACRIOR ICTUS erit.

* CLXXVII. *Gladius ad terram depreſſus mox aſſurgens.*

DEPRESSUS ASSURGO.

AUGUSTO II. IN ADVERSIS CONSTANTI ET MAGNANIMO.

Deprimitur quoties ad terram fortiter enſis,
Laxatâ toties ſurgit abinde manu.
Deprimitur quoties, toties ſe, credite, mucro
Principis AUGUSTI fortius inde levat.

* CLXXVIII. *Enſes Electorales rubri.*

MEDIIS RUBUERE TRIUMPHIS.

AUGUSTO II. IN PROSPERIS HUMILI.

Regis ut adverſis diffringi neſcius enſis,
Proſpera ſic etiam hunc nulla levare ſciunt.
Semper enim MEDIIS humiles RUBUERE TRIUMPHIS,
Nam nihil elati Regius enſis habet.

* CLXXIX. *Gladius ab adverſis ſolaribus radiis plus effulgens.*

FULGET SOLE LACESSITUS.

AUGUSTO II. EX OPPOSITIONIBUS ÆMULI RIVALIS GLORIOSIUS REGNATURO.

Plus

(*a*) *Scutum Joannis III. gentilitium.*

Plus micat, exponas soli si forsitan ensem,
Sat proprii quamvis luminis ille gerat.
Sic quoque Saxonicus Franco qui climate fulget
SOLE LACESSITUS, pulchrius inde MICAT.

* CLXXX. *Gladius nudus.*

NUNQUAM CONDITUR.

AUGUSTO II. SUBJECTIS SIBI POPULIS SEMPER AD AUDIENTIAM PATENTI.

Nunquam alios videas patulos nisi parcius enses
Semper in obscuro carcere nempe latent.
Principis AUGUSTI melior sors obtigit ensi,
Cernitur & NUNQUAM CONDITUR ille suis.

* CLXXXI. *Gladii in formam Crucis decussati ante coronam Regiam in mensâ jacentem.*

HAC CRUCE CORONA.

AUGUSTO II. PER ÆMULOS ET ADVERSA CORONAM POLONICAM ADEPTO.

Per medias hinc inde cruces splendere coronam
Cernis? per mediam hanc scito patere crucem.
Falleris ah! Lechicam crucibus sine quisque coronam
Expetis, hæc crucibus sola corona datur.
Ergo suam gens Lecha crucem patitura coronæ
Saxonicam cunctis prætulit illa crucem.

* CLXXXII. *Gladii Saxonici in labaro in forma Constantinianæ Crucis in cœlo fulgentis.*

HOC SIGNO VICTORES.

AUGUSTO II. VICTORIOSO.

Dum Constantino ferret suffragia cœlum,
Victori auratam præbuit æthre crucem.
Non opus est AUGUSTE parem tibi sidera forment,
Ensis enim similem format uterque crucem.
Non alio mihi crede venit victoria signo;
Ensis IN HOC SIGNO VICTOR uterque manet.

* CLXXXIII. *Gladius armatâ manu apprehensus.*

ULCISCOR NEFAS, NON PERPETRO.

AU-

AUGUSTO II. JUSTO CRIMINUM VINDICI.

Ultorem ſcelerum, cum ſeſe finxerit enſis,
Sæpius haud modicum perpetrat ille nefas.
Regius aſt aliter: nam ſolum vindicat ultor
Crimina, ſed nullum perpetrat ille nefas.

* CLXXXIV. *Gladius manu inflexus.*

DUM RIGET, FLECTITUR.

AUGUSTO II. MISERICORDI CRIMINUM VINDICI.

Qui riget indomito formatus mucro metallo,
Quando voles, promptus flectitur ille tamen.
Cum riget AUGUSTI plexurus crimina mucro:
Et riget & ſimul eſt, FLEXILIS ille tamen.

* CLXXXV. *Gladii Electorales rubicundi.*

SINE CRIMINE RUBENT.

AUGUSTO II. JUSTA ET SACRA BELLA GERENTI.

Sæpe rubent gladii, ſed non ſine crimine ſemper
Sæpius innocuo ſanguine, nempe rubent.
Regius ERUBUIT ſemper SINE CRIMINE mucro,
Hoſtili rutilat ſanguine, quando rubet.

* CLXXXVI. *Gladius manu ad feriendum adactus.*

FERIT ADACTUS.

AUGUSTO II. PIO, BENIGNO, CLEMENTI.

Non feriunt unquam, niſi forſan adegeris enſes,
Quippe ingens pretium ſanguinis eſſe ſciunt.
Regius AUGUSTI nullum ſcit mucro ferire,
Hic ſi forte FERIT, ſemper ADACTUS erit.

* CLXXXVII. *Gladii Electorales ramis oleæ circumducti.*

ET PACEM DIDICERE PATI.

AUGUSTO II. PACIFICO.

Qui prius hoſtili mucrones cæde rubebant,
Suaviter hos oleæ ramus utrimque ligat.
Nempe ſub AUGUSTO non tantum prælia Rege,
Sed PACEM dociles ADDIDICERE PATI.

* CLXXXVIII.

* CLXXXVIII. *Gladius Orionis, & Perſei, in cœlo ſtellis (quæ cœli oculi dicuntur) effulgentes.*

SEMPER IN EXCUBIIS.

AUGUSTO II. PRUDENTI ET IN AGENDO VIGILI.

Stellifer Orion, & quem fert Perſeus enſem,
SEMPER IN EXCUBIIS enſis uterque manet.
Non minus AUGUSTI, vigiles noctesque dieſque,
Præfuit ut populis, Regius enſis habet.

* CLXXXIX. *Gladius Orionis ſemper cum cœlo circumactus.*

INDEFESSUS AGENDO.

AUGUSTO II. IN TOGA ET SAGO INDEFESSO.

Volvitur & nunquam non INDEFESSUS AGENDO eſt.
Qui rutilans ſtellis, æthere mucro micat,
Par tibi de patriis fulget Rex inclyte ceris
Mucro; fatigari ſcilicet ille nequit.

* CXC. *Gladius unus in manu Juſtitiæ, alter in manu Martis.*

MARTI THEMIDIQUE SACRAMUR.

AUGUSTO II. SAGI ET TOGÆ ARTIBUS EXCULTO.

Hunc Themis, aſt alium Mavors tenet horridus enſem
Scilicet haud aliis enſis uterque ſacer.
Nempe prior populis ſervit, per bella tuendis;
Pro conſervandis legibus alter erit.

* CXCI. *Gladius ad menſam fortiter alliſus & infractus.*

NESCIUS EFFRINGI.

AUGUSTO II. INVICTO.

Fortiter allidas, rigidum ſi forſitan enſem
In partes videas, diſſiliiſſe duas.
Regis in AUGUSTI conſtans mucrone fefellit
Regula DIFFRINGI NESCIUS ille fuit.

* CXCII. *Perſei gladius ſplendens ob devictam Meduſam.*

SUB-

SUBACTIS HOSTIBUS.

AUGUSTO II. DOMITIS ECCLESIÆ, ET REGNI HOSTIBUS GLORIOSORUM LABORUM PRÆMIA IN COELO RECEPTURO.

Perſeus ignitum cœlo quem ſuſtinet enſem,
Hunc meruit, quando victa Meduſa fuit.
Tu quoque, quam geſtas, Princeps AUGUSTE, ſubactis
Hoſtibus, eſt gladius ſplendidus ille tuis.

* CLCXIII. *Gladius Perſei in noſtro Hemiſphærio nunquam occumbens.*

VELUT HIC NON OCCIDAT UNQUAM.

AUGUSTO II. FELICES ET PERENNES ANNOS ADPRECATUR SYMBOLORUM AUCTOR.

Perſeus illuſtrem cœlo quem ſuſtinet enſem,
Hactenus occaſus neſcius ille fuit.
Regius AUGUSTI per tot quæ ſæcla ſequantur,
Det Deus! occaſum, neſciet ille quoque.

* CLXCIV. *AD ZOILUM HORUM SYMBOLORUM, QUÆ PERISTROMATUM REGIORUM NOMINE INSCRIPTA FUERE.*

*Gladii Electorales cum Rutaceo Electorali ſerto.*

PROCUL ESTE BUFONES.

Livide dum cernis mea Periſtromata ſpernis,
Et vis Bufo tuâ commaculare lue.
Aſt gladio hæc tuta & Regali reſpice rutâ
Zoile Bufones hic ſecat, illa (*a*) necat.
Nuper enim tali fuerat mens certa ſodali,
Turpiter ipsâ ſue commaculare lue.
Lividus ergo venit, ſed mox hunc ruta peremit,
Nempe venenati, nil valet illa pati.
Bufones ergo, verſo hinc ſic conſulo tergo;
Eſte venenati ni libet iſta pati.

* CXCV.

(*a*) *Ruta ſolo odore ſuo appropinquantes ad ſe bufones necat. Teſte Berchorio.*

* CXCV. *Gladiis pluribus lemmâ.*

SINE CÆDE, ET SANGUINE PAUCI.

In milites, quorum pauci ſine effuſione ſanguinis ſunt.

* CXCVI. *Gladius ſplendidus eſt, dum ſanguine non inficitur.*

SINE CAEDE, ET SANGUINE SPLENDET.

In Commendationem Belli Ducis, ſeu Principis; humani ſanguinis parci; ſymbolum deſerviet; qualis fuit ultimis bellis Mareſchalcus Turenius, cautiſſimus & parciſſimus in ſuorum ſanguine profundendo.

* CXCVII. *Gladius in vaginâ ſplendidus conſervatur.*

CARCERE SERVATUR.

Eorum imago; quos Deus ad Religionem vocavit; in ſeculo aliàs perituros.

* CXCVIII. *Gladius manu ad terram depreſſus flectitur.*

DEPRIME, FLECTES.

Obſtinatum peccatorem Emblema ſpectat, non niſi adverſis à Deo flectendum, & emolliendum.

* CXCIX. *Gladii cum probantur, flexibus probantur.*

QUI FLECTITUR, OPTIMUS ILLE EST.

In Commendationem flexilis indolis; ſymbolum faciet.

CC. *Gladio, quo & ad hoſtilitatem, & defenſionem utimur, lemma erit.*

PROTECTOR, ET HOSTIS.

Mortificationem carnem hic affligentem & hoſtiliter habentem, ut ei in æternum bene ſit, expreſſam habes. Expreſſas habes etiam Magnatum Protectiones; vix ſine hoſtilitatibus conſpiciendas

CCI. *Gladio, qui in falcem ruſticam curvatur, Chovaynus inſcribit.*

DULCES, CURVATUR IN USUS.

Adoleſcentem in juventute flexum, ut demum in utilem Patriæ virum excreſcat, ſic exprimes.

CCII. *In Sacriſtiâ S. Joannis Varſaviæ gladio, cum vaginâ ſuâ in formam Crucis decuſſato, lemma eſt.*

IN CRUCE, NON IN ENSE SALUS.

 Spem

Spem in Deo ejusque Passione magis, quam nostris mortificationibus ponendam symbolum docet.

* CCIII. *Gladio, quo & milites hostem occidunt, & amicos, & eo inclinato salutant, inscribes.*

MORTEM, ATQUE SALUTEM.

SS. Eucharistiæ imago.

Arma in gloriam in cœlo majorem, & propriam damnationem indifferentia, sic etiam exprimes.

CCIV. *In nummo Episcopi Uratislaviensis gladius Episcopali pedo adjunctus, lemma tenet.*

SIC BENE CONVENIUNT.

Optimè notat Card: Bellarminus, singulari Dei providentiâ factum esse, quod in Germaniâ, ubi plurimum prævalituræ erant hæreses, Episcopi ad talem potentiam in fundatione Episcopatuum evecti sint, ut ipsis ad Principum sæcularium auxilia contra subditos suos, minimè recurrendum fuerit.

* CCV. *Gladius prius in fornace candens est, antequam sanguinem fundat.*

FLAMMIS ANTE RUBET, QUAM CÆDE.

Eos Tyrannos symbolum pingit, quibus libido ad Tyrannidem & hominum cædem viam stravit. Exemplum habes in Herode & Henrico VIII. Angliæ Rege.

* CCVI. *Gladius feriendo, nonnihil inflexus.*

FLECTOR DUM FERIO.

Misericordis in vindicandis sceleribus Principis idea.

CCVII *P. Bovius gladio inscripsit.*

DAT ACIEM LÆVOR.

Innuere volebat, politiam Societatis & familiarem cum hominibus conversandi modum, Societati multum prodesse, in animarum Conversione.

* CCVIII. *Gladius è vaginâ extractus.*

DE CARCERE SPLENDIDUS EXIT.

Sic innocentem carceres passum repræsentare licebit.

CCIX. *Gladio P. le Moyne inscribit.*

ULCISCOR, FACIOQUE NEFAS.

Principem aut Prælatum, sic exprimes in aliis ea delicta coercentem, quæ in se ipso committit.

CCX.

CCX. *Gladio ad Magnetem attracto D. Savedra inscribit.*

VOLENTES TRAHIMUR.

Hominem ad iracundiam facilem sic exprimes.

CCXI. *Gladius à fulgure illæsâ vaginâ liquefactus lemma à Catzio recepit.*

SINE VULNERE LÆDOR.

Animi divino amore sine vulnere saucii, isthæc imago est.

CCXII. *In Coronatione Josephi I in Regem Hungariæ gladius nudus oleæ ramo circumductus, in nummis missilibus, lemma habuit.*

AMORE, ET TIMORE.

Exprimebatur modus, quo bonos amore, malos & rebelles subditos timore, regere meditabatur.

* CCXIII. *Gladio è vaginâ exempto lemma.*

MILITAT EXEMPTUS.

Ordines Militares à Sede Apostolicâ exemptos, sic exprimes.

CCXIV. *Gladius inter duo sceptra intermedius; ab Henrico IV. Galliæ Rege lemma habuit.*

DUO PROTEGIT UNUS.

Exprimebat Rex, Duo sibi subjecta Franciæ & Navarræ Regna armis suis protegi.

Civilem potestatem, se ipsam, & Ecclesiasticam simul protegentem, sic exprimes.

* CCXV. *Gladius nudus hominem interficiens.*

SPLENDET, ET INTERIMIT.

Prælati mali in dignitate, quâ animarum curam negligit splendentis imago.

* CCXVI. *Gladius sanguine rubicundus, æruginis sibi causa est.*

IN SUA DAMNA RUBET.

Rusticum in confessione pudorem sic exprimes.

* CCXVII. *Gladius nudus.*

CONDERE PRÆSTAT. vel TUTIUS ABSCONDAR.

In recondendas violentas animi passiones.

CCXVIII. *P. Engelgrafe cuidam, qui gladio ſpeculum impetiturus, è ſpeculo eodem repeti videbatur, inſcripſit.*

REPETIT AUCTOREM SCELUS.

Malum in Auctorem ſic exprimes.

CCXIX. *Gladius nudus, quem Aquila Polonica tenebat, in Nuptiis Joannis Caſimiri, Poloniæ Regis, lemma tenuit.*

STRINGITUR IN BELLUM.

Miſſionarios Religioſos Caſtrenſes ſic exprimes, qui è Religioſis ſuis clauſtris educti ſunt, ut in bellis operam militibus navent ſpiritualem.

Hominem quoque, voto paupertatis ſeſe terrenis denudantem, ut in pugnas ſpirituales expeditior ſit, ſic exprimes.

* CCXX. *Gladio nudo lemma.*

NUDUS FERIT. vel NUDOR, UT FERIAR.

Fœminæ luxurioſæ imago.

* CCXXI. *Gladius in vaginâ abſconſus.*

QUO FERIT, ABSCONSUM.

Iræ reconditæ ſub amicitiæ ſpecie idea.

Mundus, Caro, Dæmon voluptates in aperto ſtimulum, quo ex poſt feriunt, in occulto ſervant.

CCXXII. *In funere Caroli Guſtavi, Regis Sueciæ, gladius inſcriptus apparuit, hoc lemmate.*

INDOMITUS PRO PACE QUIEVI.

Principem bellis quidem indomitum, ſed pacis amantem, ſic exprimes.

CCXXIII. *Haynovius, gladio in pulvinar adacto, atque ſic diffracto inſcribit.*

FRANGITUR IN MOLLI.

Exprimere volebat, majus malum eſſe tepidum, quam frigidum in Dei ſervitio eſſe.

* CCXXIV. *Gladius in capulo, ſeu manubrio deſinens.*

DESINIT IN CAPULO.

Omnem tyrannidem in feretro (quod etiam capulum ſignificat) finem habere, ſymbolum docebit.

CCXXV.

CCXXV. *Sigismundus* III. *Rex Poloniæ gladio, ramo oleæ circumducto inscripsit.*

UTROQUE CLARESCERE PULCHRUM.

Sago togam adjungendam, docet symbolum.

CCXXVI. *Sigismundus* II. *Rex Poloniæ gladio, quem manus tenebat, inscripsit.*

VIRTUTEM EXTENDERE FACTIS.

Virtutem facta non verba requirere, hinc doceris.

## CAPUT XIII.

# SCLOPETUM.

* CCXXVII. *Sclopetum etiam inane terret.*

TERRET INANE.

Concionatoris bonis operibus vacui imago.

* CCXXVIII. *Sclopetum uno oculo clauso, directum.*

DISSIMULA, SI VIS TANGERE.

Monet symbolum, multa dissimulanda iis, qui intentionis suæ scopum consequi volunt.

* CCXXIX. *Sclopetum explodendum, aliquando ignem non concipit.*

NIMIUM NE FIDE.

Documentum viribus propriis non nimium innitendum esse.

CCXXX. *Sclopeto, cui fomes admovetur, P. Masenius inscribit.*

ADMOVE, CONCIPIET FLAMMAS.

Hominem in Occasionibus facile luxuriosum, sic exprimes.

CCXXXI. *Sclopetum apud Fevillæum lemma habet.*

MINIS PROMPTIOR ICTUS.

Hominis minas executioni mox mandantis idea.

* CCXXXII. *Sclopeti gallus ut vocant, dum parum irritatur, vicino ferro mox ignes excitat.*

IRRITARE CAVE.

Homines ad iram pronos, non irritandos doceris.

* CCXXXIII. *Sclopetum à Gallo, ut vocant, ignes concipiens.*

A GALLO CONCIPIT IGNES.

Imago S. Petri, galli cantu ad pœnitentiam excitati, idem etiam experta Germania eſt.

CCXXXIV. *Sclopetum.*

FERIT A LONGE.

Imago detractoriæ linguæ, abſentibus minimè parcentis.

## CAPUT XIV.

## SCOPUS.

* CCXXXV. *Scopus in fundo albo nigram maculam habens, à multis intentus.*

EST AMOR AD MACULAS.

Libidinem maculas proximorum cavillandi, ſæculo huic communem ſic exprimes.

Bonos ad peccatorum maculas, hominum animas, ſic etiam repræſentabis.

CCXXXVI. *Expreſſurus Eques Theſaurus Rhetoricæ vim, pluribus in unum ſcopum argumentis collimantis, ſcopo pluribus ſagittis impetito, inſcripſit.*

OMNES EODEM. vel OMNIS IN UNUM.

Imago S. Sebaſtiani ſagittis confixi.

* CCXXXVII. *Scopus orbicularis Nollæ inſtar efformatus ſagittis petitus.*

EST AMOR AD NULLAM.

Imago cujuſdam, ab amoribus fœmineis multum alieni.

Imago cujuſdam humilitatis virtutem multum amantis.

* CCXXXVIII. *Scopus orbicularis ad inſtar Nollæ, uno oculo clauſo, attingendus.*

CLAUSO OCULO NULLAM.

Remedium optimum ſervandi ſe ab impuris tactibus eſt oculorum cuſtodia.

* CCXXXIX. *Scopus ad formam nollæ aliquot ſagittis tactus.*

NULLAM TETIGISSE, VICISSE EST.

Op-

Optimum contra obſcœna remedium, proprii tactus cuſtodia eſt.

* CCXL. *Scopus acuminatus, ad quem plures ſagittæ.*

DELECTAT ACUMEN.

Mortificationi addictum expreſſum habes.

* CCXLI. *Scopus orbicularis orbicularem globum recipiens.*

ORBIS, SCOPUS OMNIS IN ORBEM.

In vanas mundanorum intentiones, & curas.

* CCXLII. *Scopus candidus ſagittis confixus.*

CANDIDA DELECTANT.

Quendam innocentiæ ſtudentem ſic exprimes.

CCXLIII. *Scopus clauſo uno oculo intentus.*

SIC CERTIOR ICTUS.

Celatâ ſæpe intentione certius eadem aſſequenda eſt.

* CCXLIV. *Scopus ſagittas exſpectans.*

IPSE PATI VOLUIT. *Ovid.*

Imago Chriſti Domini, qui *oblatus eſt, quia voluit Iſaiæ C.* 53.

CCXLV. *Bornitius ſcopo, quem plures ſagittæ non attigerant, inſcribit.*

HOMO PROPONIT, DEUS DISPONIT.

* CCXLVI. *Scopus cum ſagittis.*

NON PLUS ULTRA.

Finis & mundanarum rerum ultimus ſcopus mors. *Ultima meta mori.*

## CAPUT XV.

## SCUTUM.

* CCXLVII. *Scutum nudum olim novitiis militibus dabatur, in quo eorum heroica facta notanda eſſent.*

FACTA NOTABUNT.

Documentum, inſignium nobilitatem à propriis factis ſolum ſumendam.

* CCXLVIII. *Scutum, in quo victoriæ & pugnæ depictæ.*

FACTA NOTARUNT.

Imago familiæ, proavorum heroicis geſtis inclytæ.

* CCXLIX. *Myrtillus clypeo pro tabulâ submersâ navi usus, naufragium evasit.*

SALOQUE, SOLOQUE.

B. Virginis protectionem iis, qui in terrâ & mari degunt, semper paratam exprimit imago.

* CCL. *Militibus olim ad bellum processuris singulariter scuti custodia demandabatur.*

SERVARE MEMENTO.

Monet Symbolum, amicos & Protectores semel paratos servandos esse.

* CCLI. *Scutum solis radiis in impetentem reflectens.*

FERIENTEM ILLUSTRO.

Imago animi in injuriantes benigni.

* CCLII. *Scutum orbiculare, pluribus sagittis avertendis impar.*

SUOS MALE PROTEGIT ORBIS.

Imago mundi suos deserentis in morte.

* CCLIII. *Scutum acuminatum tela repellens.*

REPELLIT ACUMINE.

Imago eorum, qui dæmonis tela mortificationum acumine repellunt.

* CCLIV. *Scutum alios protegens.*

SE NEGLECTO.

Imago Belliducis, se in media pericula conjicientis.

CCLV. *Quando Joannes* III. (*Cui in gentilitio agalmate scutum*) *in Poloniæ Regem coronabatur, scuto coronato lemma in missilibus nummis fuit.*

CORONATUR, QUIA PROTEXIT.

Alludebatur ad ejus victorias, quas contra Turcas & Tartaros, ante Regnum Exercituum Magnus Dux obtinuerat.

CCLVI. *Scutum umbram, & defensionem præstans.*

TUTAMEN, ET UMBRA.

Imago B. Virginis. Seu S. Josephi.

* CCLVII. *Scutum lumen retundens in adversarios.*

ADVERSUM LUMINE FERIT.

Imago D. Dei S. Paulum convertentis, circumfulgente eum luce &c.

* CCLVIII.

* CCLVIII. *Scutum ab eo, quo diligitur, ictibus objicitur.*

ICTIBUS OBJICIOR, QUAMVIS DILECTUS.

Imago juſtorum, qui præ aliis Deo dilecti, adverſitatum ictibus exponuntur.

* CCLIX. *Scuto, quod Dominum, non ſe defendit, lemma.*

NON DEFENDENTES VOSMET IPSOS.

Monitum Apoſtoli eſt patientiam ſuadens.

* CCLX. *Scuto dominum protegenti lemma.*

HOC INTERVENIENTE.

Patrocinium Sanctorum Emblema pingit.

* CCLXI. *Scutum cum ſtrepitu tela recipiens.*

MURMURAT OFFENSUS.

Imago impatientis.

CCLXII. *Joannis III. Poloniarum Regis gentilitium ſcutum inſcriptum legitur in Palatio ejus Villanovano.*

INGENTIBUS AUSIS, QUOVIS PANDIT ITER.

Imago generoſi Belliducis.

* CCLXIII. *Scutum jubar ſolis repercutiens.*

JUBAR CUM FOENORE REDDIT.

Grati animi idea.

* CCLXIV. *Scutum acuminatum, acumine ſuo retardans hoſtem.*

RETARDAT ACUMEN.

Mortificatio Dæmonis aſſultus vel maximè repellit.

* CCLXV. *Scutum viam per hoſtes faciens.*

FRANGIT, NON VULNERAT HOSTEM.

Imago Belliducis, qui detinendo hoſtium exercitum, eorum vires abſque ſanguine attenuat.

CCLXVI. *Scuto ſuo tres apes Barberinorum appingens, quidam ei inſcripſit.*

PRÆSIDIUM, ET DULCE DECUS. *Horat.*

B.V. Mariam, quæ ſalutetur: O DULCIS, ſic exprimes.

* CCLXVII. *Scuto lemma.*

SUB HOC LICET ESSE SECURIS.

Patronum potentem ſic exprimes.

* CCLXVIII. *Scutis aliquot militari antiquorum more, teſtudinem efficientibus quâ hoſtiles muri conſcendebantur, ſcalæ inſtar lemma eſt.*

ETIAM HIS ITUR IN ALTUM.

Sanctorum Patrociniis viam ad perfectionem, & cœlum patere, docet Symbolum.

* CCLXIX. *Umbo multis globis perforatus.*

NON UNO LÆSUS AB ORBE.

Claſſis marinæ Præfectum vulneribus in utroque orbe, variis conflictibus reportatis celebrem, ſic exprimes.

* CCLXX. *Scutum Palladis.*

IPSAS PROTEGIT UMBO DEAS.

Magnates ipſos divinæ protectioni ſubeſſe, ſic exprimes.

* CCLXXI. *Scuto lemma.*

MILLE PATET PLAGIS.

Hominis ad quaſvis injurias & calamitates reſignat imago.

* CCLXXII. *Scuto lemma.*

ALIIS, NON SIBI TUTOR.

Belliducis generoſi imago.

* CCLXXIII. *Zinckgrefius ſcuto in quo amor depictus, inſcribit.*

SOLO MUNITUS AMORE.

Prælati à ſubditis dilecti idea.

* CCLXXIV. *Scuto lemma.*

POST VULNERA SERO.

Patronos ſibi in tempore quærendos, docet imago.

* CCLXXV. *Stellatum Fidei ſcutum.*

SCUTUM MERUIT TAM NOBILE STELLAS.

Patronum Pauperum S. Ivonem in cœlum receptum ſic exprimes.

## CAPUT XVI.

# TORMENTUM MILITARE.
## GLOBUS. FOMES.

* CCLXXVI. *Tormentum globum ejiciens.*
SPRETO VIS OMNIS AB ORBE.
Sanctum miraculis, & maximè imperio in Dæmones clarum sic exprimes.

* CCLXXVII. *Tormentum.*
DISSITA, NON ALTA PETO.
In quendam, qui in Indiam Missionem petebat.

* CCLXXVIII. *Tormentum in rotis explosum.*
E ROTA AUDITUR.
Imago S. Catharinæ M. è rotâ suâ convincentis Philosophos.

* CCLXXIX. *Tormentum globo ejecto retrorsum fertur.*
SPRETO FEROR ORBE RETROSUM.
Imago Religiosi cujusdam, qui mundo spreto à priori zelo deficiebat.

CCLXXX. *Tormento eidem P. le Moyne inscribit.*
QUO RECTIOR, HOC FORTIOR.
Donum fortitudinis à Spiritu S. datur iis, qui maximè per gratiam ad hoc sunt dispositi.

* CCLXXXI. *Integer globorum cumulus.*
ISTIS SERVANTUR AB ORBIBUS URBES.
Imago SS. Rosarii, cujus lectione Urbes & Regna ab hostibus sæpe servata sunt.

CCLXXXII. *Varsavienses Rhetores tormento, è nimio pulvere pyrio rupto inscripsere.*
SUMPSIT IN INTERITUM.
Indignam Communionem exprimebant.
Imago etiam eorum, quibus divitiæ ac honores cedunt in damnationem.

* CCLXXXIII. *Tormentum fulmen ejiciens.*
FULMEN AB ORE.

Ima-

Imago hominis blaſphemi ſeu execratorii.

* CCLXXXIV. *Tormento lemma.*

CITO CONCIPIT IGNES.

Imago hominis ad iracundiam proni.

CCLXXXV. *Fomes bellicus ignitus à Verieno inſcribitur.*

VIVIT AD EXTREMUM.

Fomitem libidinis in nobis ad extremum uſque ſpiritum viventem, expreſſum habes.

Imago Charitatis, *quæ nunquam excidit.* 1 Cor. 13.

CCLXXXVI. *Tormentum flammam ejiciens.*

ALTERIUS JOVIS ALTERA TELA.

In excommunicationem ab Apoſtolicâ Sede inflictam.

* CCLXXXVII. *Tormentum ſuggeſtui impoſitum.*

EX SUBLIMI POTENS.

Patrocinium Sanctorum in cœlo ſic exprimes.

* CCLXXXVIII. *Pulvis pyrius in tormento preſſus.*

PLUS PRESSUS PLUS FERIENS.

Hominis imago ex calamitatibus plus exacerbati.

* CCLXXXIX. *Tormentum quo ſæpius exploditur, eo magis deteritur, & ineptum redditur.*

ARDET IN INTERITUM.

In damna libidinis & iracundiæ.

CCXC. *Fomiti ignito Verienus inſcribit.*

PERIT, SED IN ARMIS.

Imago Belliducis in prælio interfecti.

CCXCI. *Tormentum cum Regulâ directum.*

ARMISQUE POTENTIUS ÆQUUM.

* CCXCII. *Tormentum ad primos calores ruptum.*

PRIMISQUE CALORIBUS IMPAR. *Luc.*

Iracundi ad motus primo primos imago.

* CCXCIII. *Tormento, de quo neſcitur an oneratum.*

SCIT NEMO, QUID HÆREAT INTUS.

Imago inſcrutabilis cordis noſtri.

CCXCIV. *Tormentum nimio pulvere fartum rumpitur, unde ei à Meiſnero lemma.*

NIMIS MULTUM HAUD TUTUM.

In gulam, quæ plures occidit, quam gladius.

* CCXCV.

* CCXCV. T*ormentum ante ferit, quam à distantibus audiatur.*

ANTE SENTIAS, QUAM AUDIAS.

In iram præcipitem & repentinam.

* CCXCVI. T*ormentum quo sæpius exploditur, eò magis orificio consumpto hiat.*

HIAT AB IGNE.

Imago hominis ab obscœnis ignibus, plus iisdem inhiantis.

* CCXCVII. *Eidem* T*ormento eadem de causâ lemma.*

PLUS HIAT, QUO PLURA CAPIT.

Hominis avari idea.

CCXCVIII. T*ormento ex diversis metallis fuso & rupto Meisnerus inscribit.*

NON DURANT, MALE QUÆ COEUNT.

Impiorum fœderum & amicitiarum imago.

* CCXCIX. T*ormentum muros hostiles sternens, cum explosum retrocedit.*

CEDENDO VICTOR.

Humilitas victores Dæmonis nos facit.

* CCC. *Eidem lemma.*

ANTE MICAT, QUAM FERIAT.

Vindictam cujusdam specie amicitiæ occultatam, sic exprimes.

CCCI. T*ormento cum libellâ Bornitius inscribit.*

CONSILIUM ANTE ACTUM.

Deliberationem negotiis præponendam moneris

CCCII. *Fomiti P. le Moyne inscribit.*

UROR AD EXTREMUM.

Fomitem libidinis, ad mortem comitem expressum habes.

* CCCIII. T*ormento cuilibet debita pulveris quantitas danda.*

RES EST INGENIOSA DARE.

In faciendas prudenter donationes.

CCCIV. T*ormento à P. Engelgrave lemma est.*

MULTA ET METUENDA MINATUR.

Extremum judicium exprimebat.

* CCCV. *Globorum cumulus.* ISTIS

ISTIS STERNUNTUR AB ORBIBUS URBES.
vel ISTIS STERNUNTUR AB ORBIBUS HOSTES.

Hostes & Urbes ex recitatione SS. Rosarii sæpe devictas sic exprimes.

* CCCVI. *Tormento lemma.*

FERIENDO RETRORSUM.

Hominis ab ira multum diffamati idea.

* CCCVII. *Tormentum rotis impositum.*

FORTIUS E ROTIS.

Imago S. Catharinæ, post passam Maximini rotam fortius resistentis Tyranno.

* CCCVIII. *Tormentum plumbeis globis repletum.*

PLUMBEAS IRAS GERUNT.

In eos de quibus Poëta:

*Si bene quid feceris levior plumâ est gratia.*
*Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.*

CCCIX. *Tormenti bellici globus ad fractam S. Ignatii Lojolæ tibiam jacens inscriptum fuit.*

PRONUS TIBI SUPPLICAT ORBIS.

Exprimebatur, Orbem S. Ignatio supplicem fuisse ad conversionem suam.

* CCCX. *Tormentum fulgurans.*

ARCTIUS ILLUSTRAT, QUAM TERREAT.

Honores plus terroris quam splendoris suis afferunt.

* CCCXI. *Tormenta in suggestu.*

FERIUNT ELATA, NOCENTQUE.

Imago eorum, qui in dignitatibus aliis injurii sunt.

* CCCXII. *Tormento lemma.*

ANTE RUMPAR, QUAM EXPLEAR.

Imago avari ante morituri, quam divitiis expleatur.

* CCCXIII. *Tormentum ore aperto hians.*

HIAT APERTUM.

Imago avari.

* CCCXIV. *Tormentum globum emittens.*

ORBIS AB ORE.

Ima-

Imago hominis, cui ſola mundana ſemper in ore & iſcurſu ſunt.

## CAPUT XVII.

## TUBA.

* CCCXV. T*ubæ binæ ſonantes.*

JUNCTÆ SUAVIUS.

Concordiam eorum, qui animarum converſioni ſtu- ent, ſymbolum ſuadet.

CCCXVI. T*ubæ Uratiſlavienſium Veredariorum Magiſter inſcribit.*

IN OMNEM TERRAM.

Cæſareas poſtas, in omnes terras ſeſe extendentes de- ribebat. Apoſtolorum etiam imago.

* CCCXVII. T*uba ad pugnam excitans.*

POST CANTICA PUGNÆ.

Voluptates Conſcientiæ remorſus & luctæ ſubſequun- ır.

* CCCXVIII. T*uba de nocte ſuavius inſonans.*

NOCTE SUAVIUS.

Imago hominis in adverſis Deo grati.

* CCCXIX. T*ubæ, quo remotiores, eo ſuaviores.*

REMOTÆ SUAVIUS.

Laudem in abſentiâ ejus, qui laudatur faciendam do- eris.

* CCCXX. T*ubæ lemma.*

DELECTO PER AURAS.

Imago adulatoris.

* CCCXXI. T*ubæ lemma.*

NTERVALLO GRATIOR. vel AUGET PAUSA MELOS.

Viciſſitudinem ubique gratam docet Symbolum.

* CCCXXII. T*uba in pugnâ receptui canens.*

UT REQUIESCANT A LABORIBUS SUIS.

Tubam Extremi Judicii ſic exprimes, quæ juſtos ad ternam in cœlo requiem evocat.

* CCCXXIII.

* CCCXXIII. T*uba militaris primaria, quam aliæ omnes sequuntur.*

UNA SUSCITAT OMNES.

Linguam Seditiosam sic exprimes.

* CCCXXIV. T*uba classicum canens.*

NON MINUS OCCIDIT VOX, QUAM MUCRO.

Detractoriam linguam expressam habes.

* CCCXXV. T*uba sonans.*

INFLANTE SPIRITU.

In Concionatores qui Spiritus Sancti Tubæ sunt.

* CCCXXVI. T*ubæ lemma.*

PUGNAM, ATQUE RECEPTUM.

Extremi judicii tubam expressam habes, justis receptum, malis æternam animæ cædem afferentem.

* CCCXXVII. T*uba argentea in incude malleis extensa.*

MAJOR AB ADVERSIS FAMA.

Adversis famam vel maximè illustrari, symbolum docet.

* CCCXXVIII. T*uba sibi echonem repetendo formans.*

SIBI DAT RESPONSA SONANTI.

Conscientiam doctam; dubia sua sibi resolventem expressam vides.

* CCCXXIX. T*ubæ militares.*

DELECTANT QUAMVIS NOCUERE.

Imaginem habes ejus gaudii, quod bonis pariunt afflictiones perpessæ. *Quod pati duram meminisse dulce est.*

* CCCXXX. T*uba militaris equites ad signa cogens.*

AUDITA COERCUIT OMNES. *Ovid.*

Extremi judicii tubam expressam habes.

CCCXXXI. T*uba in Belliducum exequiis interclusa; ut modestè admodum resonet.*

SILENTIUM APTA VOX DOLENTIUM.

Imago eorum, qui silentio & solitudine peccata suâ expiarunt.

# CAPUT XVIII.

# TYMPANUM.

CCCXXXII. *Tympano lemma.*

FERIAR, DUM AUDIAR.

Feriant nos adverſa, dum iis propitium nobis ad exaudiendum nos Deum faciamus.

* CCCXXXIII. *Tympanum.*

PLUS TENSUM, PLUS STREPERUM.

Imago Murmuratoris, contra Regularem diſciplinam, aut Calamitates à Deo datas.

* CCCXXXIV. *Tympanum.*

NON NIMIUM TENDAS, AUT RUMPITUR.

Documentum, non nimium per diſciplinam arctandorum ſubditorum.

* CCCXXXV. *Tympanum.*

SINE VERBERE MUTUM.

Eos ſymbolum exhibet, qui per Orationem ad D. Deum, in proſperis minimè recurrunt.

CCCXXXVI. *P. Maſenius Tympano inſcribit,*

SINE PONDERE CORPUS.

Spectabilem quendam forma, ſed inanem virtutibus, ac faſtuoſum ſic exprimes.

* CCCXXXVII. *Tympani pelles, funibus arctatæ.*

ARCTANTUR INANES.

Pauperum undiquaque arctatorum imago.

Indoctos etiam ſcrupulis vexari videas.

* CCCXXXVIII. *Tympani pellis bacillorum ictu in centro ſui, maculam contrahens.*

MULTO FIT NÆVUS AB ICTU.

Inſignem quidem, ſed in variis conflictibus ſemper victum Belliducem, ſic exprimes.

* CCCXXXIX. *Tympanum pulſatum.*

MULTO FIT MURMUR AB ICTU.

Imago impatientis in adverſis animi.

* CCCXL. *Lupi & ovis pellis in tympano juncta rupta.*

QUAM MALE JUNGUNTUR.

Matrimonium duorum, qui disparis indolis sunt, sic describes.

* CCCXLI. T*ympanum mappâ instratâ ducibus mensæ loco serviens.*

PASCIT, QUOS TERRUIT ANTE.

D. Deum Symbolum spectat, qui eos, quos prius desolationibus & scrupulis terruit, demum cœlestibus consolationibus recreat.

* CCCXLII. *Idem tympanum ut supra.*

PASCIT, QUOS ANTE VOCARAT.

Deum exprimit Symbolum, eos quos ad Religiones vocavit, consolationibus replentem.

* CCCXLIII. T*ympanum quod ante mensæ loco servierat, nunc ad pugnam percussum.*

TERRET QUOS PAVERAT.

Imago Dæmonis, post longas delicias, demum suos in inferno æternaliter torquentis, pœnis ac terroribus.

* CCCLIV *Idem Tympanum.*

TERRET, QUOS ANTE VOCABAT.

In idem.

* CCCXLV. *Tympani pellis macerata, antequam feriatur.*

MACERATA FERITUR.

Disciplinæ seu flagellationis, quâ caro aliis austeritatibus macerata feritur, imago.

* CCCXLVI. *Tympanum cum impositis sibi ferculis.*

FERCLA TOT INTER INANE.

Imago plurium Sanctorum, qui in mediis mensarum deliciis, jejuni mansere.

* CCCXLVII. T*ympanum cum ferculis.*

FERCULA POST PLAGAS.

Imago cujusdam, qui ferculo Eucharistico, semper acrem disciplinam præmisit.

* CCCXLVIII. *Idem Tympanum.*

POST FERCULA PLAGÆ.

Gu-

Gulæ æternæ damnatorum plagæ in alterâ vitâ succedentes.

Disciplinam item Religiosam, Eucharistico ferculo succedentem sic exprimes.

* CCCXLIX. *Tympanum hostes terrens.*

A VACUO TERROR.

Jejunia Dæmoni maximè formidabilia.

* CCCL. *Tympanum cui duæ aleæ, cum duabus sextionibus impositæ.*

VACUÆ SORS OPTIMA PELLI.

Jejunorum & pauperum, optimam conditionem Emblema exprimit.

* CCCLI. *Tympanum multis funiculis arctatum.*

TOT VINCLA COARCTANT.

Afflictum in paupertate sic exprimes.

* CCCLII. *Tympani pellis.*

MULTO TENUATUR AB ICTU.

Imago cujusdam, qui multis flagellationibus, corpus & carnem attriverat.

* CCCLIII. *Tympanum more militari, ad auroram pulsatum.*

PULSOR AD AURORAM.

Disciplinam cujusdam matutinam, sic exprimes.

* CCCLIV. *Idem Tympanum.*

PULSU PRÆLUDO DIEI.

In idem.

* CCCLV. *Tympanum in funeribus militaribus raucum sonum edens.*

RAUCUM DE FUNERE MURMUR.

Imago cujusdam funera suorum, plus æquo impatienter ferentis.

* CCCLVI. *Idem.*

AD FUNERA PULSOR.

In quendam qui morem habebat, frequentes pro animabus Purgatorii, disciplinas faciendi.

* CCCLVII. *Tympani pulsu suo militibus ulteriores plagas indicens.*

HIS PLUS ULTRA PLAGIS.

Flagellationes, aliæque corporis macerationes, optimum ad Religiosum profectum medium sunt.

## CAPUT XIX.

# VEXILLUM. LABARUM.

* CCCLVIII. *Vexillum etiam involutum milites sequuntur.*

ET INVOLUTUM QUOQUE.

Christi sub speciebus Sacramentalibus involuti in Processione comitati, imago.

* CCCLIX. *Vexillum à Vexillifero exagitatum.*

QUI ME SUSTINET, EXAGITAT.

Imago D. Dei, suos hoc in mundo variis calamitatibus exagitantis.

* CCCLX. *Vexillum lacerum.*

DUCIT ADHUC.

Imago Ducis multis vulneribus confossi, adhuc agmina sua in hostem ducentis.

CCCLXI. *Vexillum antiquum.*

VENUSTA, QUÆ VETUSTA.

Senem multis pœnitentiis exhaustum, sic exprimes.

CCCLXII. *Vexillum agitatum.*

AGITATUM, SED FIRMUM.

Imago firmi in adversis animi.

* CCCLXIII. *Vexillum milites in media pericula ducens.*

TANTUS AMOR SIGNI.

Martyres amore Dei pro signo fidei passos expressos habes.

CCCLXIV. *Vexillo lacero imago I. Sæculi inscribit.*

JAM SE FORMOSIUS IPSO.

Hominem variis calumniis proscissum sic exprimes.

* CCCLXV. *Vexillum in hostili vallo plantatum.*

IN HOSTILI PLANTASSE DECORUM.

Eos symbolum spectat, qui Christi fidem ad infideles extulerunt.

CCCLXVI.

CCCLXVI. *In Gnomoglyphicis Konigmarchianis, vexillo è muro suspenso, inscribitur.*

INTENTI EXSPECTANT.

Promptam Religiosi cujusdam obedientiam sic exprimes.

CCCLXVII. *Vexillo lacero, apud Schonhardt lemma est.*

BENE MERUISSE DECORAT.

Bonorum laborum gloriosus fructus.

* CCCXLVIII. *Vexillum hosti ereptum, & in Templo suspensum.*

IN SACRO MIHI PARTA QUIES.

Hominis mundo valedicentis idea, atque in Religione quieti animæ vacantis.

* CCCLXIX. *Vexillo eidem lemma.*

SORS MELIOR CAPTO.

Eorum imago, quibus captivitas, occasionem conversionis, & vitæ æternæ præbuit.

# LIBER XXIII.

# INSTRUMENTA MUSICALIA.



## CAPUT I.

## ORGANUM.

* I. ORgano ab Organario, *manu prius ruditer tentato antequam insonet lemma.*

PRIUS AUDI, QUAM LOQUERE.

Juventutis ea obligatio est.

* II.

* II. *Organum ſoli Deo canens.*

NON CANIMUS SURDIS.

Orationem in Deum directam, qui ad exaudiendum facilis eſt, ſic exprimes.

* III. *Organi fiſtulæ ſpiritu inflatæ, ab organario ante pulſum organi probatæ.*

PROBATE SPIRITUS.

Probandi Spiritus, num ex Deo ſint.

IV. *R. D. Auguſtinus Erath, in Theologici cujuſdam tractatus fronte, organi fiſtulis inſcribit.*

DIVERSIS VOCIBUS UNUM.

Cui & illud P. Engelgrave ſimile eſt.

CONSPIRANT ASSENSU.

Concordiam Eccleſiæ Catholicæ ſic exprimes.

V. *P. Chriſtophorus Braun, in Concionum ſuarum fronte Organi fiſtulis debito Ordine diſpoſitis inſcribit.*

ORDINATE DISPONE.

Volebat innuere, Concionatori ordinem in diſponendâ Concionum materiâ, præ oculis eſſe debere.

* VI. *Organum folle cadente ſonans.*

UT CECIDIT CECINIT.

Humanorum faſtuum folles, ante orationem prius nobis concidant, neceſſe eſt, ut gratum Deo Canticum ſonemus.

VII. *P. Maſenius Regiſtris Organi (quæ etiam* Capitula *dicimus) quibus extractis diverſæ voces inſonant, inſcribit.*

QUOT CAPITA, TOT SENTENTIÆ.

Diverſitatem humanorum judiciorum expreſſurus erat.

VIII. *Expreſſurus quidam certum Auctorem, nullam in Libro edito partem habere, præter Indices (quæ & Regiſtra dicimus) deſtructo organo, in quo præter Regiſtra novi nil erat, inſcripſit.*

PRÆTER REGISTRA NIHIL NOVI.

IX. *Organo lemma.*

SOLI DEO, vel UNI MEA GAUDIA SERVO.

Imago hominis, ſolis ſpiritualibus delectati.

*. X. *Organi fiſtulæ, per vices ſonantes.*

GAUDIA PER VICES.

Imago mundanæ felicitatis nulli perpetuæ.

* XI. *Organi infimæ & ſupremæ Fiſtulæ, modulantur.*

PRIMI MODULANTUR, ET IMI.

Commune Eccleſiæ, vel Patriæ cujuſdam gaudium ſic exprimes.

* XII. *Organum manibus, & pedibus pulſatur.*

PESQUE, MANUSQUE SONUM.

Operi, boni affectus (quorum pedes ſymbolum) jungendi ſunt.

* XIII. *Organi prima & ultima ligna pulſantur.*

PRIMI PULSANTUR, ET IMI.

Nempe fortuna hoc in orbe neminem ab adverſis liberum ſervat.

XIV. *Organo in Sacriſtiâ S. Joannis Varſaviæ inſcribitur.*

TENOR IDEM CORDIS ET ORIS.

Orationem ſic commendabis.

* XV. *Organi Regiſtris ſeu Capitulis, quorum quodlibet verb, uno inſcribitur lemma.*

QUOT VERBA, TOT CAPITA.

In commendationem libri cujuſdam, uno in verbo tantum ſucci habentis, quantum fere alter uno in capite.

* XVI. *Fiſtulæ Organi omnes inflatæ.*

ET PRIMI INFLANTUR, ET IMI.

Superbiæ apud omnes dominantis imago.

* XVII. *Organum inflatum pulſatur.*

PULSOR, UT INFLOR.

Exprimit Symbolum, faſtuoſos varias æmulorum perſecutiones manere.

* XVIII. *Organum, cum probatur, omnes fiſtulæ audiendæ.*

AUDI ET ALTERAM PARTEM.

Hoc boni Judicis officium eſt.

* XIX. *Organi fiſtulæ, ſimul inſonantes.*

UNA VOCE DICENTES.

Ima-

Imago Sanctorum in cœlo, unâ voce laudantium Deum.

XX. *Organi fistulæ inflatæ.*

EODEM SPIRITU.

Imago Ecclesiæ Dei, quæ uno eodemque Spiritu regitur.

## CAPUT II.

## CHELIS. CHELIS MONOCHORDA. FIDES.

* XXI. *Cheli lemma.*

GAUDIA NOSTRA FIDE.

Fidem bonorum omnium spiritualium fundamentum Emblema exprimit.

* XXII. *Chelis lusura probatâ primum fide ejusdem.*

PROBATA FIDE.

Lusorem in lusu nemini injurium sic exprimes.

* XXIII. *Chelis, antequam suaviter moduletur, prius malè & discorditer insonuit.*

QUI NUNQUAM MALE, NUNQUAM BENE.

XXIV. *P. Hesius funi seu fidi, quâ cani alligatâ cæcus mendicus ducebatur, inscribit.*

DOMINO SUFFICIT ILLA FIDES.

Alludebat ad illud Apostoli, *Per fidem ambulamus.* 2 Cor. 5.

* XXV. *Cheli ludenti lemma.*

NON QUAM DIU, SED QUAM BENE.

Nimirum, plus spectat Deus perfectionem, quam actuum nostrorum durationem.

XXVI. *P. Hesius cheli inscribit.*

FIDEM CONCORDIA SANAM SOLA PROBAT.

Unum ex veræ fidei signis est ejusdem unitas & Concordia. *Erat credentium cor unum.* Act. 4.

* XXVII. *In lusu chelis melos formatur, dum fides supernè diverso modo digitis premitur.*

 PRES-

PRESSA FIDE MELOS.

Docet Symbolum in fidei preſſuris oratione recurrendum ad Deum.

* XXVIII. *Fides manu tentata.*

DAT TENTATA SONUM.

Imago hominis in preſſuris oratione ad Deum recurrentis.

* XXIX. *Fides arcu, quo tangitur, multis equinis ſetis luditur.*

MULTIS LUDITUR UNA FIDES.

Multis vera fides pro joco eſt.

Perfidiam hodiedum communem, ſic quoque exprimes.

* XXX. *Cheles variæ, poſtquam initio ingratum & diſſonum ſonum formarunt, deinde ſuaviter ludentes.*

LÆTANTUR, CUM MALE FECERINT.

Imago impiorum in peccatis ſuis gloriantium.

XXXI. *P. Heſius cheli ex Libro Muſico cum notis ludenti inſcribit.*

CERTA FIDEM SCRIPTURA REGIT.

Exprimebat, S. Scripturam Eccleſiæ pro Regulâ eſſe.

* XXXII. *Chelis monochorda.*

FIDES UNA, GAUDIA MILLE.

Imago eorum gaudiorum, quæ Sanctis in cœlo obvenient in verâ Eccleſiâ piè mortuis.

XXXIII. *Eadem chelis.*

SOLA FIDES SUFFICIT.

Unitatem fidei Symbolum exprimit.

XXXIV. *Chelis cuſtodia.*

SCIT SERVARE FIDEM.

Imago hominis fidelis.

* XXXV. *Fides ſine cheli.*

NOMEN INANE FIDES.

Fides quippe ſine operibus mortua eſt.

* XXXVI. *Cheles multæ in harmoniâ ſibi concordes.*

PARI CONCORDIA.

Mo-

Monet Symbolum, pacem & concordiam cum pa-
ibus ſervandam.

* XXXVII. *Cheles vocali muſicæ intermixta.*

JUNGE FIDEM DICTIS. vel VERBA FIDES
SEQUITUR.

Imago hominis promiſſa opere adimplentis.

* XXXVIII. *Fides, ſi torqueatur, recta eſt.*

RECTA FIDES, SI TORTA.

Unum veræ fidei ſignum eſt, tot martyria in ea-
lem.

XXXIX. *D. Burgundia diſſonæ in cheli ſidi inſcribit.*

OFFENDIT, QUÆ MALE FIRMA FIDES.

Exprimes Emblemate eodem, unum fidei requiſi-
um eſſe, ut firma ſit.

* XL. *Fides in cheli.*

TEMPORE LENTESCUNT.

Rigorem cujuſdam tempore lenteſcentem ſic deſcri-
bes.

* XLI. *Fides è viſceribus animalium contorta.*

E VISCERE PLAUSUS.

Imago veræ & minimè ſimulatæ lætitiæ.

XLII. *Cheli, quâ mendicus ſeſe oſtiatim ſuſtentat, lemma à P. Heſio eſt.*

EX FIDE VIVIT.

Alluſit ad illud Apoſtoli, Rom. 1. *Juſtus ex fide vivit.*

## CAPUT III.

# CHORDA MUSICA.

XLIII. *Chordæ eidem lemma.*

CHORDA TRAHIT CORDA.

Vim orationis ſic etiam exprimes, quæ cor D. Dei
emollit.

* XLIV. *Chorda eadem extenſa.*

DUM TENDOR, EXTENDOR.

Hominis idea, quem calamitas ad profectum ad-
ducit.

* XLV.

* XLIV. *Chorda musica è visceribus animalium contorta.*

ETIAM POST FUNERA TORTÆ.

Tormenta animarum in purgatorio sic exprimes.

* XLV. *Chordæ elatæ modulantur.*

MODULANTUR ELATÆ.

Sanctos in cœlo Deum indefessè laudantes expressos habes.

* XLVI. *Chorda disrupta.*

TENSA MINUS RESONAT.

Hominem in calamitate orationem intermittentem sic exprimes.

## CAPUT IV.

# CITHARA.

* XLVII. *Citharæ post acceptas chordas suaviter sonanti lemma.*

MUTA PRIUS FUERAT.

S. Thomæ Aquinatis imago.

* XLVIII. *Citharæ chorda rupta, mox melos turbans.*

NON DIU CONCORDES. vel BREVE GAUDIUM.

Legatus quidam Turcicus Romanorum Principum concordiam citharæ comparabat, quæ debitè aptata suavissimum melos daret, mox turbandam unius chordæ rupturâ.

XLIX. *Citharæ chordæ concordem melodiam facientes, à Zinkgrefio inscribuntur.*

CONCORDIA DISCORS. vel EX VARIETATE CONCENTUS.

Imago Religiosæ familiæ, Reip. &c. in quâ varia officia ad unum diriguntur, commune bonum.

L. *Unâ Citharæ chorda movetur, alterâ pulsatâ.*

QUID NON SENTIT AMANS?

Vim amoris sic exprimes, in duobus idem sentientibus.

Com-

Compaſſionem in amico quoque ſic exprimes, ad alerius amici paſſiones.

LI. *Citharæ, cujus fides pugno impulſæ reſonant, P. Heſius inſcribit.*

REBUS IN TREPIDIS ANIMOSA FIDES.

Innuit, in calamitatibus fidem vel maximè lætari.

* LII. *Una citharæ chorda movetur, dum altera tangitur.*

INTACTA MOVETUR.

B. Virginem, quæ in Salutatione Angeli turbabatur, ſic exprimes.

* LIII. *Citharæ in igne ardens.*

POST GAUDIA FLAMMIS.

Æterna quippe incendia mundi gaudiis ſuccedunt.

* LIV. *Citharâ unâ chorda minus tensâ diſcors.*

UNA MINUS TENSA.

Unus quippe indiſciplinatus in Monaſterio Religiois ſæpe totam ejuſdem harmoniam turbat.

LV. *Theſaurus geminis citharis ad ſe converſis inſcribit.*

CONCORDI CONCORS.

Symbolum conjugalis amoris.

LVI. *Cytharæ, quæ manibus tentatur, P. Heſius inſcribit.*

TENTANTI RESPONDET AMICE.

Charitatem ſic exprimes, irritari neſciam: *Charitas non irritatur.* 1 Cor. 13.

LVII. *Citharæ (cujus orificium infra chordas figuram cordis exprimebat) pulſatæ, Mullerus inſcribit.*

TACTA DOLORE CORDIS INTRINSECUS.

B. Virginem doloroſam ſic exprimebat.

LVIII. *Eidem citharæ idem inſcribit.*

PERCUSSISTI ME DEXTERA TUA.

In eandem Matrem doloroſam.

* LIX. *Eidem citharæ cum ſimili figurâ cordis lemma.*

EX PRÆCORDIIS SONENT PRÆCONIA.

Lau-

Laudes Deo ex intimo corde dicendas, Emblem exprimit.

## CAPUT V.

## LYRA.

LX. *Lyræ Thesaurus inscribit.*

OMNIS IN UNUM.

Sicuti enim differentium chordarum unitas harmoniam facit, ita differentium in Ecclesia statuum ordo ejusdem harmoniam & Hierarchiam.

* LXI. *Lyræ lemma.*

SUAVIS MODO, STRIDULA POST EST.

Intractabilis hominis ex affabili idea.

LXII. *P. Hesius Lyræ Poëticæ, quam æmulatura Philomela, mortua ex arbore decidebat, inscripsit.*

ANIMATA CANENTEM EXANIMAT.

Exprimere volebat, ad Lyram R. P. Cas. Sarbievii omnibus aliis Poëtis obmutescendum esse, eamque omnis æmulationis incapacem esse.

## CAPUT VI.

## TESTUDO.

* LXIII. *Testudo formam ventris habens, si vacua sit, sonat.*

INANI VENTRE MELOS.

Jejunium aptissima ad Orationem & Psalmodiam, dispositio est.

* LXIV. *Testudo multis fidibus instructa.*

VENTRI MULTA FIDES.

Nempe aliæ fides Sectariorum ventri servientes & commodæ sunt.

LXV. *Fides in testudine rupta.*

NON DIUTURNA FIDE.

Imago hominis perfidi.

* LXVI. *Testudo multas fides habens.*

MUL-

MULTA FIDE MELOS.

Docet Symbolum, orationi junctam esse debere, multam fidem de consequendis postulatis.

* LXVII. *Testudo unum ventrem ligneum, multasque in eo fides habens.*

VENTER TOT FIDIBUS IDEM.

Sectariorum fides magis ventri, quam Deo serviunt.

## CAPUT VII.

## TIBIA.

* LXVIII. *Tibia spiritu, quo impletur, nequaquam tumet.*

IMPLET, NON INFLAT.

Imago hominis Spiritu Sancto impleti, nequaquam inflati.

* LXIX. *Tibia ore & manu melos facit.*

ORE, MANUQUE MELOS.

Laicorum in Monasterio ideam habes, quorum est opera manualia orationibus jungere.

## CAPUT VIII.

## TIBIA UTRICALIS.

* LXX. *Tibia eadem ex caesa animalium pelle confecta suaviter modulatur.*

CAESA PELLE MELOS.

Innuit imago, mortificationem aptissimam ad orationem dispositionem esse.

* LXXI. *Tibia utricalis uter non resonat, nisi inflatus.*

NON RESONAT VACUUS.

Imago Musici humores amantis.

LXXII. *Tibia utricalis, solum tripudiis serviens.*

AD SACRA NEQUAQUAM.
TRIPUDIIS TANTUM.

Va-

Vaniſſimi & tripudiis addicti hominis idea.

* LXXIII. *Tibia utricalis inflatur, ut iterum ſpiritus i eâ contentus exprimatur.*

UT EXPRIMAT, INFLAT. vel UT EXPRIMAR, INFLOR.

Ita nimirum ſuos honoribus inflat mundus, ut demum in morte iterum eos exprimat.

* LXXIV. *Tibiæ utricalis uter inflatus premitur.*

INFLATUS PREMOR.

Innuit Symbolum, ſuperbos æmulorum preſſuri maximè obnoxios eſſe.

* LXXV. *Tibiæ lemma.*

SINE SPIRITU LANGUET.

Imago animæ noſtræ, ſine Spiritus S. gratiâ languentis.

* LXXVI. *Eidem lemma.*

IMPLET, ET INFLAT.

Mundus, quibus bonis ſuos implet, iiſdem etiam tumidos facit.

## CAPUT IX.

# TUBA DUCTILIS.

* LXXVII. *Tubæ ductili (quæ Famæ inſtrumentum eſt) lemma.*

FAMAM EXTENDERE FACTIS.

Monet Symbolum, famam non verbis, ſed heroicis factis quærendam.

# LIBER XXIV.
# INSTRUMENTA RUSTICA.



## CAPUT I.
## ARATRUM.

* I. A*Ratri vomer splendens ex terræ laceratione,*
*ex quâ ipse olim effossus fuit.*
MATRIS STRAGE MICAT.
Quendam sic exprimes, qui suppressione parentum ad honores ascendit.

II. *In nummo quodam Foederati Belgii, aratrum rusticum illud ducentem, isthoc lemmate alloquitur.*

VICTUM TIBI PRÆBEO; PERGE.

Perseverantiam in bono suadet, copiosa eorum merces in cœlo.

III. *In Capitulari domo RR. PP. Dominicanorum Gedani aratro ad solis occasum inscribitur.*

DUM TEMPUS HABEMUS. vel DUM LICET, ET LUCET.

Nempe, dum tempus habemus, operemur bonum.

* IV. *Aratrum laceratione sua terram emolliens.*

VULNERAT, ET MOLLIT.

Imago D. Dei obstinatos multorum animos adversarum rerum aratro emollientis, quo eos recipiendis divinæ gratiæ seminibus aptet.

* V. *Aratrum non nisi fœcundum solum lacerans.*

NON NISI FOECUNDOS LACERO.

D. Deus vel maximè calamitatum aratro proscindit justos.

* VI. *Aratri vomer attritus splendet.*

ATTERAR, DUM SPLENDEAM.

Atteratur pœnitentiis corpus nostrum, ut in meliore vitâ claritatis dote splendeat.

* VII. *Aratrum splendens alios excolendo.*

EXCOLENS SPLENDEO.

Imago Regii cujusdam Præceptoris.

* VIII. *Idem aratrum terram excolendo atteritur.*

ALIOS EXCOLO, ME ATTERO.

Imago Doctoris, aut Professoris multis Doctionibus exhausti.

## CAPUT II.

## CRIBRUM.

* IX. *Cribrum quo pluribus foraminibus perforatum, eo magis charum est.*

MUL-

MULTO VULNERE POLLET.

Imago Belliducis multis ab hoste acceptis vulneribus inclyti.

* X. *Cribrum pertusum, ut resarciatur, loco unius foraminis (seu vulneris, ut ita dicam) multa sunt reponenda.*

UNI PER MULTA MEDETUR.

Uni vulneri Originalis peccati, per multa Christi Vulnera medetur.

* XI. *Cribrum, quæ minora sunt, dimittit.*

MINORA DIMITTIT.

Conscientiæ Pharisaicæ idea, quæ excolendo culicem camelum glutit.

* XII. *Cribro lemma.*

SIBIMET ALIQUID.

Imago infidelis Oeconomi.

XIII. *Burgundia cribro inscribit.*

NON OMNIA SERVAT.

Imago linguæ secretum non servantis.

XIV. *Farnesius cribro lolii & tritici semine referto inscribit.*

ARGUIT ET PURGAT.

Prælati idea defectus arguentis, & expurgantis.

* XV. *Cribrum quos diutius exagitavit, servat.*

MAXIME JACTATOS SERVAT.

Deus, quos maximè adversitatibus hoc in sæculo jactat, eosdem æternæ saluti servat.

* XVI. *Cribro quævis aqua affusa affluit.*

SI FUNDAS FLUMINA TOTA FLUENT.

Oblivionem Beneficiorum apud ingratos sic exprimes.

# CAPUT III.

## CURRUS.

XVII. R. P. *Jacobus* Coret, *honori S. Catharinæ Suecæ, vacuo currui inſcribit.*

PLUS VACUUS, PLUS CELER. vel VACUUS EXPEDITIOR.

Ejuſdem Sanctæ paupertatem, quæ ei in via perfectionis, magno adjumento fuit, exprimebat.

XVIII. *Peſſimæ currus partes, ſemper ſtridentes.*

PESSIMA STRIDENT.

Maxime leves vel defectuoſi, maximè garruli.

XIX. P. *Engelgrave currui, cui veſperi urbis portæ occludebantur, inſcribit.*

NOCUIT DIFFERRE PARATIS.

Pœnitentiam minimè procraſtinandam, Emblemate iſto ſuadebat.

* XX. *Currus ab equis attractus.*

ATTRACTUS SEQUOR.

Imago vocationis Religioſæ, minimè neglectæ.

XXI. *Bornitius currui à lepore & teſtudine attracto inſcribit.*

NEC CUNCTANDO, NEC FESTINANDO.

Medium quippe tenendum, Emblema docet.

* XXII. *Vacuus currus ſine equis.*

INCERTUM, QUO FATA TRAHENT.

Animi ad utramque fortunam, adhuc indifferentis imago.

XXIII. *Currui in acclivi bovem retrahenti P. Maſenius inſcribit.*

CEDENDUM EST ONERI.

Potentiori cedendum eſſe, Emblema docet.

XXVI. *Eidem idem P. Maſenius inſcribit.*

SISTENDUS, NON TRAHENDUS. vel NON TRAHE, SED SISTE.

Præ-

Præcocem indolem Emblema exhibet.

* XXV. *Idem P. Masenius, currui quatuor equis in montem attracto, inscribit.*

SIC ITUR IN ALTUM.

Exprimes, quatuor Cardinalibus Virtutibus perfectionis currum in altum ducendum.

* XXVI. *Currus rotis inscribes.*

PAR LABOR, ATQUE QUIES.

Corporis & animæ pares in hac vitâ labores, & in alterâ quietem sic depinges.

* XXVII. *Eisdem inscribes.*

PAR CURSUS, PAR META DUOBUS.

In eandem animæ & corporis sortem.

XXVIII. *P. Le Moyne Currui triumphali inscribit.*

SERVUS CURRU PORTATUR EODEM.

Rivalem imparem exprimebat.

* XXIX. *Currus aliquot triumphales.*

HIS CURRIBUS ONUS HONORES.

Familiam quandam honoratam sic exprimes.

* XXX. *Currus non nisi attractus sequitur.*

NON NISI ATTRACTUS.

Exprimit Emblema homines, nil nisi gratiâ Dei attractos præstare.

* XXXI. *Currui, qui rotas suas volvit, lemma.*

VOLVITQUE, ET VOLVITUR UNA.

Exagitatorem aliorum expressum habes, simul ea patientem, quæ aliis infert.

## CAPUT IV.

## ROTA.

* XXXII. *Rotæ S. Catharinæ quam pluribus mucronibus horridæ lemma.*

TOT IN ORBE DOLORES.

Orbem calamitatibus plenum sic exprimes.

* XXXIII *Rotæ inunctæ.*

UNCTÆ PROGREDIMUR. vel PROMPTIOR UNCTA.

Extremam unctionem ſic exprimes, qua promptiores ad mortem reddimur.

Advocatorum quoque & judicum corruptiones.

XXXIV. *In vexillo Ducis Luneburgici Oſnabrugenſi Rotæ inſcriptum legi.*

QUO ME FATA FERENT.

Imago indifferentis animi.

* XXXV. *Rota figulina, ſemper jacens.*

NUNQUAM ERECTA.

Dejecti animi imago.

* XXXVI. *Rota eadem, niſi continuo à baculo feriatur, ſiſtet.*

SISTAR, NI FERIAR.

Imago eorum, quos continuo adverſis à Deo feriri neceſſe eſt, ne in via Dei lenteſcant.

* XXXVII. *Eadem rota in curſu ſuo, baculo quoque ſiſtitur.*

UT SISTAR, FERIOR.

In eos, quos calamitatum virgâ, à malo ſiſtit Deus.

* XXXVIII. *Eadem rota cum luto ſuo circumacta.*

LUTUM VERSO.

Imago hominis obſcœna continuo tractantis.

* XXXIX. *Eadem Rota.*

IN FRAGILI LABOR EST.

Voluptatem expreſſam habes, levem & brevem.

* XL. *Eadem rota.*

VERSATUR, UT FORMET.

Miſſionarium, qui per diverſa oppida circumvolvitur, ut informet peccatores, ſic exprimes.

* XLI. *Rota currus dum volvitur, erecta manet.*

QUI VOLVIT, IS ERIGIT IDEM.

Imago D. Dei, qui animum ſuis inter revolutiones varias, quas immittit, ſemper erectum largitur.

XLII. *Rota currus ſemper erecta.*

DEJECTA NEQUAQUAM.

Erecti animi imago.

* XLIII.

* XLIII. *Rota circulo suo absoluto, alium format.*

REDIT LABOR ACTUS IN ORBEM.

Vitæ imaginem habes, in quâ prioribus novi continuo labores & calamitates succedunt.

XLIV. *Rotæ P. Masenius inscribit.*

UNGITUR, UT PORTET.

Imago sacerdotis in ordinatione suâ inuncti, ut peccata populi portet.

* XLV. *Rotæ lemma.*

SURSUM FEROR, ATQUE DEORSUM.

Imago hominis affectuum suorum rotis, variè circumacti.

* XLVI. *Rotæ currus.*

CONTIGUÆ, NUNQUAM CONTINGIMUS.

Castitatem eximiam S. Ordinis nostri sic exprimo, in quo Patres à Sororibus divisi muris simul Deo servientes, quo ad usque Ordo stetit, nunquam auditi sunt vel minimum in castitate defectum commisisse.

XLVII. *Rotis duabus in curru P. Masenius inscribit.*

ERRANTE UNO, ERRAT ET ALTER.

Intellectum errantem, voluntatem ad similem errorem attrahentem expressum habes.

* XLVIII. *Rota figulina.*

VERTOR, NON PROVEHOR.

Ita calamitas multos versat, non vero meliores facit.

* XLIX. *Rota currus.*

DUM VERTOR, PROVEHOR.

Eorum imago, quos adversa emendant.

* L. *Currus ab equis tractus.*

QUO TRAHUNT, RETRAHUNTQUE SEQUEMUR.

Promptæ obedientiæ imago, seu resignati animi.

* LI. *Rota currus.*

CIRCUMIENS STETIT.

Missionarii cujusdam, in hominum consortio nunquam lapsi imago.

LII. *Rota currus.*

AXI INNIXA STABIT.

Innitentes quippe divinæ voluntatis axi nunquam cadimus.

* LIII. *Rota currens, si allidatur ad objectum aliquod, labitur.*

LABITUR ALLISA.

Imago hominis, qui ad tribulationum lapidem à Deo allisus dejecto animo est.

* LIV. *Rota Circumvoluta.*

NIL FIXUM IN ORBE.

Rerum mundanarum inconstantiam, sic exprimes.

* LV. *Rota stannaria splendorem supellectili stanneæ ferens.*

QUEM FERIT, ILLUSTRAT.

Quos adversis ferit Deus, gratiarum suarum luminibus ad pœnitentiam illustrat.

* LVI. *Eadem rota antiquam stanneam supellectilem renovans.*

QUOS FERIT, HOS RENOVAT.

Imago D. Dei, qui adversarum rerum rotâ suos renovat ad pœnitentiam.

* LVII. *Rota figulina Deum quendam antiquorum gentilium formans.*

FICTILEM VERSO DEUM.

In quendam qui recens creatum Nobilem exagitabat.

## CAPUT V.

## FALX.

LVIII. *P. Gobat in cujusdam Operis sui fronte falci inscribit.*

NON ALIENA METO.

Justitiæ id proprium.

* LIX. *Falx ascendentes nimium vitium aliarumque arborum ramusculos rescindens.*

AM-

AMBITIOSA RECIDET. *Horat.*

Dei imago superflua dementis suis per paupertatem.

* LX. *Falx semper recurva.*

NUNQUAM RECTA METIT.

Imago Prælati correctionis officium nunquam debitè exercentis.

* LXI. *Falx segetes atque lolia debito tempore metens.*

TEMPORE QUÆQUE SUO.

Imago correctionis debito tempore exercendæ.

* LXII. *Falx gramina & humiles in eo flores demetens.*

NEQUE PARCO PUSILLIS.

Imago Herodis SS. Innocentes interficientis.

* LXIII. *Falci lemma.*

FERT UNDIQUE STRAGEM.

Imago Dæmonis & Tyranni.

* LXIV. *Falx vicina metens.*

PROXIMA QUAEQUE. *Virg.*

Imago animi propriis amicis injurii.

* LXV. *Falx recurva.*

ETSI HAUD RECTA, NIL AUFERO.

Imago judicis malæ alias vitæ, sed justi tamen in proferendis sententiis.

* LXVI. *Falx per orbem circumacta.*

FERT DAMNA PER ORBEM.

Imago mortis falcem suam undique in mortales circumagentis.

Imago Dæmonis mundi illecebris homines capientis.

* LXVII. *Falx, dum herbas vel gramina metit, earum radicibus nil nocet.*

HUMILES TRANSEO.

Humiles à Dæmonis falce maximè immunes.

## CAPUT VI.

# FLAGELLUM.

LXVIII. *Flagello rustico Camerarius inscribit.*
TRIBULATIO DITAT.
In utilitatem tribulationum.

* LXIX. *Flagellis iisdem lemma.*
TOLLUNTUR IN ALTUM, UT LAPSU GRAVIORE RUANT.
Eos Symbolum exprimit, quos ad honores extollit Mundus, ut turpius demum eos allidat.

## CAPUT VII.

# JUGUM.

* LXX. *Jugum animali recenter impositum.*
INASSUETUM GRAVIUS.
Nempe, adjicit novitas calamitatibus pondus.

LXXI. *Jugo Verienus inscribit.*
BESTIIS TANTUM. Cui illud Masenii lemma simile est.
PRO LIBERIS NON EST.
Peccati servitus rationalem creaturam summè dedecet.

LXXII. *Eidem jugo idem Verienus inscribit.*
SUPERABO FERENDO.
Patientia & consuetudo emollit omnia.

LXXIII. *Idem Verienus eidem inscripsit.*
DOMAT INDOMITOS.
Correctioni & Disciplinæ id proprium est.

* LXXIV. *Jugo lemma.*
INVITIS GRAVIUS.
Ita jugum Præceptorum Dei Votorum Religiosorum gravius iis est, qui illud ferunt inviti.

* LXXV. *Jugo recte lemma inscripseris.*
JUSSA ALIENA PATI.
Imago prompti ad obediendum subditi.

CA-

## CAPUT VIII.

## LIGO.

* LXXVI. *Ligo montem feriens, unde ejus ferrum extractum fuerat.*

IN PATRIAM SÆVUS.

Tyranni in Patriam propriam imago.

* LXXVII. *Ligo terram aperiendo, eandem fœcundat.*

FOECUNDO, QUEM FERIO.

Imago calamitatum nos ad opera bona excitantium.

* LXXVIII. *Ligo montes feriens.*

VISCERA SCRUTATUR MATRIS.

In quendam, qui tractatum de B. Virginis misericordiâ tradiderat, aut de ejus misericordiâ meditabatur.

* LXXIX. *Eidem lemma.*

INTIMA SCRUTATUR TERRÆ.

Physicæ proprium.

* LXXX. *Ligo terræ intima aperiens.*

INTIMA PANDIT.

In quendam alterius secretum pandentem.

* LXXXI. *Ligo in montibus & vallibus terram fodiens.*

EXCELSOS SCRUTOR, ET IMOS.

In D. Deum, qui scrutatur omnium corda & renes.

* LXXXII. *Ligo terram feriens.*

UT FRANGAM FERIO.

Imago correctionis, quâ subditorum animi feriuntur, ut obstinati frangantur.

## CAPUT IX.

## RASTRUM.

LXXXIII. *Rastro Verienus inscribit.*

SPARSA COLLIGIT.

Lectoris & seduli collectoris imago.

* LXXXIV. *Rastrum hortum purgans.*

UT TOLLAT OMNE NOXIUM.

Correctionis imago.

* LXXXV.

* LXXXV. *Eidem lemma.*

A MALO DISCERNO BONUM.

Conſcientiæ imago,inter bonum & malum judicantis.

* LXXXVI. *Raſtrum, dum lolia attrahit.*

MELIORA PROBO, DETERIORA SEQUOR. *Ovid.*

Humanam ad mala inclinationem expreſſam habes.

## CAPUT X.

## VANNUS.

LXXXVII. *Vanno P. Maſenius inſcribit.*

MELIORA RESERVO.

Hominis proprii commodi ſtudioſi idea.

* LXXXVIII. *Vannos rectè inſcribes.*

MALOS DE MEDIO JUSTORUM.

Deum Judicem expreſſum habes.

* LXXXIX. *Vannus inanes paleas levans.*

QUOD PEJUS, ID SURSUM. vel QUIDQUID LEVE, FERTUR IN ALTUM. *Claud.*

Videas, honores à maximè indignis affectari.

* XC. *Vanno lemma.*

LEVANDO SECERNIT.

In honoribus quippe probantur homines.

XCI. *Vannus grana plena, ac inanes paleas jactans.*

BONOSQUE, MALOSQUE EXAGITO.

Calamitas tam juſtos, quam malos exagitat.

Zoili quoque alicujus idea.

* XCII. *Vannus frumenta adverſus ventum projiciendo, eadem à paleis diſcernit.*

ADVERSIS PROBITAS EXERCITA REBUS. *Ovid.*

Amici in adverſis probati imago.

# LIBER XXV.

# CORPORA MIXTA.



## CAPUT I.

## ROGUS.

* I. *Rogus defunctorum corpora cremans.*
NON NECAT HIC ANIMUM.
Emblemate eo flammas Purgatorii exprimes, seu
etiam Calamitatum ignem.

CA-

## CAPUT II.

# ARCULA.

* II. *Arculæ lemma.*

NON ALIENA TENET.

Imago hominis divitis, divitiis juſtè acquiſitis.

III. *Apud Auctorem Coll. Cabineto Chriſtianiſſimi Regis lemma eſt.*

SERVAT, ET EFFUNDIT.

Ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis munificentiam, Emblema repræſentat.

IV. *Arcæ Vet. Teſtamenti à quodam inſcriptum fuit.*

MECUM SUNT DIVITIÆ ET GLORIA.

S. Annam utero ferentem B. Virginem Mariam ſic exprimebat.

* V. *Arculæ lemma.*

NIL RECIPIT SIBI.

Imago divitis Eleemoſynarii.

* VI. *Arculæ lemma.*

ACCIPIT UT REDDAT.

Imago ejuſdem.

## CAPUT III.

# ÆGYPTUS.

VII. *Ægyptus Nilo fluvio tecta in Imagine I. Seculi inſcribitur.*

DUM CONDOR, FOECUNDOR.

Fructus eos, qui in ſpiritualibus exercitiis latent, Emblema exprimit.

* VIII. *Eidem lemma.*

ABUNDAT, CUM EXUNDAT.

Pœnitentialium lachrymarum fructus, ſic exprimes.

## CAPUT IV.

## CANALIS.

IX. *Canali lemma.*

VEHIT, NON SERVAT.

Eleemoſynarii imago, ſeu munifici etiam.

* X. *Canali lemma.*

QUO VULT, EFFUNDIT.

Imago D. Dei, qui, in quos vult, gratiarum ſuarum ri-
os derivat.

XI. *Canali ſubterraneo lemma.*

FERT ALIIS ABSCONSUS AQUAS.

Secreti Eleemoſynarii idea.

## CAPUT V.

## CALCAR.

XII. *Calcaribus apud Theſaurum lemma eſt.*

STIMULOS DEDIT ÆMULA VIRTUS.

Æmulationem bonam in licitis expreſſam habes, ſeu
xemplorum vim.

* XIII. *Calcaria generoſo equo infixa.*

NEC FERVIDUS ISTA RECUSAT.

Imago eorum Religioſorum, qui licet in Dei ſervitio
rvidi ſunt, flagellationibus religioſis ſe magis exſti-
ulant.

XIV. *Calcaribus à puero geſtatis quidam inſcripſit.*

PARCE PUER STIMULIS.

Factum fuit in quendam juniorem ad Comitia quæ-
am Deputatum, pronum admodum ad Satyricas pun-
iones.

* XV. *Calcari cum freno lemma.*

UTROQUE PARITER.

Deſides admonitionum calcare pungendos, fervorem
iorum moderandum docet ſymbolum.

* XVI. *Calcari lemma eſt.*

PUN-

PUNGIT, UT EXSTIMULET.

Imago eorum, qui mortificationes corpori suo adhibent, ut iisdem ad servitium Dei magis illud exstimulent.

## CAPUT VI.

# CILICIUM.

XVII. *Cilicium vestis luctui & pœnitentiæ, solum deputata.*

LUCTUI, NON LUXUI.

Documentum non alio fine gestandæ vestis hujus quam ad peccatorum satisfactionem.

* XVIII. *Cilicium eum, a quo portatur, aculeis ferit.*

FERENTEM FERIO.

Hominis in benefactorem suum ingrati idea.

## CAPUT VII.

# COMPEDES.

XIX. *Compedibus P. Masenius inscribit.*

AURO LICET ILLITA STRINGENT.

Splendidam aulicæ vitæ servitutem expressam habes.

* XX. *Compedibus lemma.*

NISI QUI VINXIT, SOLVERE NEMO VALET.

Excommunicationi, aliisque censuris id proprium est

* XXI. *Eisdem lemma.*

VINCIUNT, NON PERIMUNT.

Excommunicationis aliarumque censurarum scopus est, non animas perimere, sed corrigere.

## CAPUT VIII.

# CORNU.

* XXII. *Cornu quod vivum ferit, post inflatum terret.*

QUI VIVUS FERIIT, MORTUUS TERRET

San

Sanctum in vitâ & post mortem imperium in Dæmones exercentem sic exprimes.

* XXIII. *Cornu lemma.*

EXCITAT, ET TERRET.

Concionatoris imago.

* XXIV. *Cornu, cum osse suo repletum est, minime inflari potest.*

NON RESONAT PLENUM.

Imago eorum, qui scientiis aut virtutibus pleni minimè garruli sunt.

* XXV. *Cornu inflatum.*

INFLATUR INANE.

Maxime indoctos maximè plerumque garrulos videas & fastuosos.

XXVI. *Auctor Peristromatum eidem inscribit.*

ET DUCIT, ET EXCITAT AGMEN.

Prælati exemplo præcedentis, quo alios ducit, imago.

## CAPUT IX.

# CORONA.

XXVII. *Joanni III. Regi Poloniæ, quod post varias victorias, quas Campidux obtinuerat, demum in Regem evectus esset, Corona Regalis laureæ imposita inscripta fuit.*

AUREA POST LAUREAM.

Non absimile symbolum visum fuit in Coronatione Jacobi, in Angliæ Regem coronati, ex Præfecto Anglicanæ classis: Corona quippe regia, laureæ imposita lemma tenuit,

DE MILITARI AD REGIAM.

Coronam æternam in cœlis, quæ Regibus ad Dei leges gubernantibus succedit, sic exprimes.

XXVIII. *Ferdinando Archiduci Austriæ corona serpenti & gladio innixa pro symbolo fuit, cum lemmate.*

FULCRA MAJESTATIS.

Innuebat, prudentiam & vires Regnorum fulcr[a] esse.

XXIX. *Coronæ Ariadnæ in cœlo cum alterâ quadam mensæ incumbenti, Bornitii lemma est.*

PRÆSTAT ÆTERNA CADUCÆ.

Excessum eum, quo bona temporalia ab æternis su[-]perantur, Emblema innuit.

* XXX. *Corona quæ à fonte abjecta in alto sustinetur, eumque adhuc coronat, lemma tenet.*

ET ABJECTA CORONAT.

Honores mundi hujus amore Christi spreti æternu[m] nos coronabunt in cœlis.

XXXI. *Christinâ Reginâ Sueciæ Taurinum ingredien-te, tres Coronæ Regni Sueciæ à Thesauro inscribebantur.*

MENS SUFFICIT UNA.

Innuere volebat, solam Reginam tribus Regnis re[-]gendis capacem fuisse.

XXXII. *Coronæ spineæ infra regiam lemma.*

HAC ITUR AD ILLAM.

Non aliâ nempe viâ ad cœlestem gloriam, qua[m] per cruces & tribulationes pertingitur.

* XXXIII. *Coronæ Regiæ, in cujus superiore parte crux est lemma.*

A CRUCE SURGIT HONOS.

Calamitates æternos in cœlis honores pariunt suis.

XXXIV. *Coronis variis inscripsit nonnemo.*

LAUREA SOLA PLACET.

Exprimere volebat suos in Lauram quandam am[o]res, ita nonnemo. Melius amorem virginitatis sic ex[-]primes.

* XXXI. *Corona ingenti humanorum cordium cumulo innixa.*

ISTIS TUTISSIMA FULCRIS.

Tutissimi quippe Principes sunt, ubi amores subd[i]torum suorum possident.

* XXXVI. *Coronæ lemma.*

MI

MERENTI, NON SOLVENTI. vel NON EST VENALE, QUOD OPTAS.

Omnem pecuniarium dignitatum ambitum ſymbolum damnat.

XXXVII. *Bellicam laudem Chriſtinæ Sueciæ Reginæ expreſſurus Theſaurus Laureæ Coronæ inſcribit.*

NON UNIS PARTA TRIUMPHIS.

Regni cœleſtis coronam pluribus de nobis ipſis victoriis merendam Emblema repræſentat.

XXXVIII. *Coronæ duo corda coronanti, nummus inſcribitur Suecicus.*

UNA SAT ABUNDE DUOBUS.

Cœleſtem coronam animæ & corpori remunerando ſufficientem ſic exprimes.

XXXIX. *Coronis variis menſæ impoſitis, cui Ariadnæ corona in cœlo reſpondens, lemma poſuit quidam.*

UNAM PETII.

Animum contemptis mundi honoribus ad cœleſtia ſolum aſpirantem, ſic exprimes.

* XL. *Corona, ad quam varii in ſtadio currunt.*

LUCTANTI ET PERSEVERANTI.

Illis nempe ſolis cœleſtes coronæ debentur.

XLI. *Quercina Laurea muralis & oleagina, coronæ ſibi invicem innexæ, lemma tenent.*

CUNCTÆ UNI, SUA CUIQUE.

Aureolas Sanctorum ſuis virtutibus & meritis reſpondentes ſic exprimes.

XLII. *Coronis ſupra dictis, apud Verienum lemma eſt.*

DIGNA SOCIETAS.

Non repugnare ſibi Sanctorum aureolas in uno, Emblema docet.

* XLIII. *Corona à radio fontis abjecta in altum.*

ETIAM SPREVISSE DECORUM.

Imago eorum, qui ex ſpretis mundi coronis Deo & cœlo illuſtres redditi ſunt, ex utroque Cæſares facti, tum regno abdicato quam poſſeſſo.

XLIV. *Honori Joannis III. Regis Poloniæ coronæ Laureæ, Gedanensis Resp. inscribebat.*

PRETIUMQUE, ET CAUSA LABORUM.

Æternam coronam Sanctorum in cœlo expressam habes, quæ laborum nostrorum causa est, & præmium.

## CAPUT X.

# CUCURBITULA.

* XLV. *Cucurbitula carni hæret, ut noxium ab eâ sanguinem educat.*

UT NOXIA TOLLAT ADHÆRET. vel DUM CURO MEDERI.

Imago Confessarii adhærentis peccatoribus, ut occasionem habeat, conversionis eorundem.

* XLVI. *Cucurbitula, si caleat, cute attractâ carnem disponit ad emissionem noxii sanguinis.*

CURAT, SI CALET.

Zelosi Confessarii, Concionatores &c. pœnitentes a animæ morbis curant.

* XLVII. *Cucurbitula carnem attrahens.*

QUOD TRAHO, CARNALE EST.

Imago Mundi, Carnis & Dæmonis solum attrahentis eos, qui carni plus æquo addicti.

* XLVIII. *Cucurbitula inflammata, ut carnem attrahat.*

UT ATTRAHAT, ARDET.

Imago Confessarii & Concionatoris fervidi.

## CAPUT XI.

# FLABELLUM.

XLIX. *In certi Operis fronte flabello muscas abigenti, inscripsit D. Aresius.*

UT FUGENTUR DESIDES.

Fer

Fervidam in oratione advertentiam, qua distractionum muscæ fugentur, Emblema innuit.

L. *Flabello apud P. le Moyne nonnemo inscribit.*

MAS ESPANTA, QUE MATA.

TERRET, NON INTERIMIT.

Timorem Dei sic exprimes, aut Desolationes justorum.

## CAPUT XII.

# FLAGRUM.

LI. *Flagro lemma.*

JUVENES, CASTIGO SENESQUE.

Pœnitentiæ imago.

Calamitatis quoque idea.

* LII. *Flagro ferreis catenulis contexto aliquando inscripsi.*

MODERATO SPLENDET AB USU.

Exprimere volebam moderationem in pœnitentiis & corporis macerationibus servandam.

* LIII. *Flagrum (seu disciplina) pœnitentis sanguine cruentum.*

ALIENIS CULPIS ERUBESCO.

S. Bernardinum Senensem ad aliorum obscoena dicta erubescentem sic expressi.

* LIV. *Flagrum proprium corpus castigans, ne æternum pereat.*

QUEM AMO, CASTIGO.

Imago D. Dei, vel maxime adversitatum flagro castigantis suos.

Idem, anima corpori pœnitentiam infligens, ne æternum pereat, reponere poterit.

* LV. *Flagrum sanguinolentum culpas emundans.*

ALIOS MUNDO, ME MACULO.

Imago plurium indoctorum Confessariorum.

* LVI. *Flagrum dum carnem sanguine maculat, simul à peccatis emundat.*

 MUN-

MUNDAT, DUM MACULAT.

Imago Calumniatorum ſimul maculas animæ eluentium, dum famam maculant.

## CAPUT XIII.

# FRENUM LUPATUM.

* LVII. *Freno equus devius corrigitur, dum flectitur.*

CORRIGO FLECTENDO.

Ita ſæpe duriores ſubditi corriguntur, inflexo & relaxato rigore diſciplinæ.

* LVIII. *Frenum, ut corrigat recte, aptandum.*

VIS CORRIGAT APTA.

Imago aptandæ cujuſvis genio correctionis, ut fructificet.

* LIX. *Freno lemma.*

NIMIUM NEC LAXA, NEC ARCTA.

Medium in diſciplinâ ſervandum, Emblema ſuadet.

* LX. *Freno lemma.*

REDUCO DEVIOS.

Confeſſarii, Concionatoris idea.

* LXI. *Freno equis currentibus remora injicitur.*

REMORATUR EUNTES.

Seductoris imago ac Dæmonis.

## CAPUT XIV.

# HARPAGIUM.

* LXII. *Harpagium ſtillatim per foramina ſua aquam deſtillans.*

DE MEIS VULNERIBUS MEÆ LACHRYMÆ.

Peccatoris ob animæ ſuæ vulnera lachrymas pœnitentiales ſtillantis imago.

* LXIII. *Harpagium ſuum in flacceſcentes herbas liquorem ſtillans.*

VIROR INDE, VIGORQUE.

Ri-

Rigantem Spiritum S. animam consolationum suarum stillis Emblema exprimit.

* LXIV. *Harpagio elato digito spiranti & stillanti super herbas lemma.*

SPIRAT UBI VULT. vel STILLAT, UBI VULT.

S. Spiritum sic exprimes, *ille enim spirat ubi vult.*

LXV. *Harpagio P. Masenius inscribit.*

SIBIMET NIHIL.

Imago hominis propriis commodis minimè addicti.

* LXVI. *Harpagio lemma.*

CONGREGATA DISPERTIT.

Eleemosynarii imago.

Oeconomi etiam boni idea.

* LXVII. *Harpagium multis foraminibus reddens, quod uno orificio accepit.*

MULTIS REDDIT, QUOD ACCIPIT UNO.

Imago ejusdem Eleemosynarii dispertientis inter plures ea, quæ à Deo accepit.

LXVIII. *Harpagio, quod accepto spiritu gemebundi instar lachrymas emittit, Verienus inscribit.*

LACHRYMANSQUE, GEMENSQUE.

S. Mariæ Mag. imago.

LXIX. *Simon Rigaudus Lugdunensis Bibliopola Harpagio flaccescentes herbas riganti, usque dum optata pluvia adveniat, inscribit.*

DONEC OPTATA VENIAT, RIGABO.

Imago Confessarii & Concionatoris rigantis doctrinarum salutarium stillis animas, dum torrens Spiritus Sancti plenior in eas advenerit.

* LXX. *Harpagiis lemma.*

VULNERIBUS PROFUSA SUIS.

Imago Christi, per cujus SS. Vulnera omnia in nos gratiarum flumina fluunt.

* LXXI. *Harpagio, quod flaccescentibus herbis sufficientem, non superfluam aquam instillat, lemma.*

SCIT SERVARE MODUM.

Liberalitatis diſcretæ & prudentis imago, nimirum: *Et modus in dando eſt.*

* LXXII. *Eâdem ex causâ Harpagio inſcribes.*

LACHRYMAS IN MENSURA. vel ET MODUS EST LACHRYMIS.

Diſcretæ & moderatæ pœnitentiæ imago.
Item diſcreti in adverſis doloris idea.

LXXIII. *Harpagio herbas riganti lemma.*

DONEC SATIS.

Gratiam à Deo communicatam, donec *ſufficiens* ſit, ſic exprimes.

## CAPUT XV.

## LARVA.

* LXXIV. *Larvis pluribus lemma.*

ABSTRAHET UNA DIES.

Ultimum judicii diem omnes hypocritarum larvas abſtracturum ſic exprimes.

LXXV. *Apud Fevillæum larvæ lemma eſt.*

SIMULARE MEUM.

Politicorum & Hypocritarum imago.

* LXXVI. *Pluribus larvis diverſi generis lemma.*

FACIES NON OMNIBUS UNA.

Diverſas hypocritarum fictiones ſic exprimes.

LXXVII. *Larvæ, quæ manu tenebatur, & pueros aliquot terrebat, inſcriptum legi.*

INVERTE, ET AVERTES.

Exprimitur, cauſas vani timoris examinatas mox in aliam nos mentem ducere.

* LXXVIII. *Larvæ lemma.*

MENTIS INOPS FORMA.

Inſenſati imago.

* LXXIX. *Larvæ illud Juvenalis inſcribes.*

FRONTI NULLA FIDES. *Juven.*

Politicorum & Hypocritarum ſimulationes expreſſas vides.

* LXXX.

* LXXX. *Larva pueros terrens.*

PESSIMUS INTERPRES RERUM METUS.

LXXXI. *Boissardus larvæ inscribit.*

PRUDENTER, LOCO ET TEMPORE. vel QUOTIES OCCASIO POSCIT.

Prudentiæ eſt, licitæ ſimulationis larvam ſubinde occaſione exigente, ſumere.

LXXXII. *Larvæ P. Bovius inſcribit.*

COGNITA RIDETUR.

Exprimere volebat, S. Ignatium Lojolam fraudes Dæmonis cognitas, vilipendiſſe.

* LXXXIII. *Larvæ pulchræ Virgineæ lemma.*

SEMPER, ET HOC VULTU.

Ingenium mundi eſt, ſemper ſe formoſum fingere.

* LXXXIV. *Hilaris larva virgini ornatæ impoſita, quæ depoſita, moeſtam & fœdam faciem manifeſtat.*

MOESTA INTUS FACIES. vel VULTU CELANTE DOLOREM. *Luc.*

Occaſionem huic ſymbolo, liber fecit R. P. ADRIANI POIRTERS, quem *Larvam mundi* inſcribit, in cujus fronte, genius mundo in forma venuſtæ virginis larvam detrahens, horridam intus faciem manifeſtat.

## CAPUT XVI.

# LARVA DOMICELLARIS.

* LXXXV. *Larvæ huic lemma.*

ETIAM SUA LARVA VENUSTIS.

Politiam licitam, ac Religioſam juſtis etiam convenientem expreſſam habes.

* LXXXVI. *Eidem lemma.*

PER HANC VIDET OMNIA MUNDUS.

Mundus quippe venuſtum ſe fingit, aſſumptâ larvâ voluptatum ſuarum.

LXXXVII. *Larvæ eidem lemma.*

TANTUM DECET ILLA PUELLAS.

Exprimit Emblema, comi & ornari non virile, ſed fœmineum eſſe.

* LXXXVIII. *Eidem lemma.*

VULTU FRUSTRATUR AMANTEM.

Chriſtum in SS. Euchariſtiæ Sacramento à larvâ ſpecierum Sacramentalium nobis abſconſum, Emblema pingit.

* LXXXIX. *Larva eadem nigra & horrida, puellis decorem concilians.*

ET FOEDA DECOREM.

Calumniæ id adſcribes, quæ etſi fœda ſit, mirum tamen decorem juſtis conciliat.

## CAPUT XVII.

## NODUS.

* XC. *Nodus funibus recedentibus arctior, apud Engelgravium inſcribitur.*

ARCTIUS ABSCEDENS.

Imago Chriſti in cœlum Aſcendentis, ut in eodem, arctiori nobis vinculo aſtrictus, nos diligeret.

* XCI. *Nodo Gordio lemma.*

DIGNUS VINDICE NODUS. *Horat.*

Difficultatem à quodam expeditam, ſic exprimes.

XCII. *In nuptiis Caroli Em: Duc: Sabaudi cum Franciſcâ à Franciâ, in honorem nodi Sabaudici, Theſaurus varios nodos formavit. Duobus ergo ſerpentibus in nodum ſibi implicatis, inſcribit.*

CONCORDIA FELIX.

XCIII. *Nodus Sabaudicus, ex mutuis palmarum ramis implicatus.*

IN MUTUA FOEDERA.

XCIV. *Nodus idem ex lauri ſurculis ſibi implicatis.*

NEC FULMINA SOLVENT.

XCV. *Idem nodus ex implicatis ſibi rudentibus formatus.*

UTRIMQUE SECURITAS.

XCVI.

XCVI. *Gemini arcus, quorum uterque nervus, Sabaudo nodo implicatus.*

VINCI ET VICISSE DECORUM.

XCVII. *Jugi vincula simili nodo sibi implicata.*

SOLA MORS SOLVERE POSSIT.

XCVIII. *Nodus similis, ex implexâ unionum lineâ.*

PRETIOSIOR OMNIBUS UNA.

XCIX. *Alius nodus, ex adamantino monili.*

NEC FERRO, NEC IGNE.

Collimabat eques Thesaurus omnibus eo, ut indissolubile horum Serenissimorum Conjugum, conjugale vinculum, Sacramento Matrimonii contractum exprimeret.

Veræ amicitiæ expressam etiam ideam habes.

C. *Nodo lemma.*

FIRMIOR IN TENUI.

Pauperum amicitias, & fœdera ordinarie firmiora esse iis, quæ Magnates formant, experimur.

CI. *Quando Anno 1596. in subsidium fœderatorum Statuum venerat Dux Alenconius, & Elisabethæ Reg: Angliæ, nodo, è quo insignia Gallica, Anglica & Belgii dependebant, in nummo inscriptum fuit.*

RUMPITUR HAUD FACILE.

Amicitiam firmam quorundam, sic etiam repræsentabis.

## CAPUT XVIII.

## PECTEN.

CII. *Pecten confusos capillos in ordinem redigens.*

CONFUSA REDUCO. vel ORDINO CONFUSOS.

Patris familias, aut Prælati familiam, ad ordinem debitum reducentis, imago.

CIII. *Pectini lemma.*

FRONTE CAPILLATA.

In occasiones, suo tempore captandas.

CA-

# CAPUT XIX.

# SCENA.

* CIV. *Scenæ illud Jobi* 10. *inscribes.*

FINIETUR BREVI.

Imago vitæ, ac voluptatum mundanarum.

* CV. *Scenico Regi, vel Principi lemma.*

PONE PERSONAM.

Imago dignitatum, & honorum transeuntium.
Imago hypocritæ.

* CVI. *Scenæ lemma.*

SPECTATA THEATRIS. *Horat.*

Martyrem in mundi & tormentorum suorum Theatro spectatum sic exprimes.

* CVII. *Comoedia ex flebili initio, jucundum finem habens.*

FLEBILE PRINCIPIUM. *Ovid.*

Vitam justorum, hoc in orbe expressam habes.

* CVIII. *Tragoedia ex jucundo initio flebilem finem habens.*

GAUDIA PRINCIPIUM. *Ovid.*

Vitam impiorum expressam habes.

* CIX. *An Comoedia vel Tragœdia Theatro detur, ex fine patet.*

EX FINE VIDETUR.

Vitæ decursum, in fine æstimandum exprimitur.

* CX. *Scenæ lemma.*

PARTES QUISQUE SUAS. *Juve.*

Agimus nempe, hoc in orbe personas nostras à Deo nobis impositas.

# CAPUT XX.

# SCEPTRUM.

* CXI. *Sceptrum unâ manu tenetur.*

UNA TENEBIT.

Imago Regni non patientis duos. Virginis Religiosæ etiam idea, uni ſponſo ſacræ.

CXII. *Cupidini in ſinu Electricis Brandenburgicæ Charlotæ ſedenti, ſceptrumque manu tenenti in Nummo Brandenburgico lemma eſt.*

IN UNA SEDE MORANTUR MAJESTAS ET AMOR.

Exprimitur ejuſdem Sereniſſimæ Electricis cum Majeſtate conjuncta morum ſuavitas.

* CXIII. *Sceptrum libris innixum.*

HIS TUTO NITITUR.

Regna nempe, tuto Dei & humanis legibus inniti, Emblema innuit.

* CXIV. *Sceptrum, quod tenenti paret, ſimulque regit.*

PARETQUE, JUBETQUE. *Ovid.*

Imago Prælati Deo parentis, dum ſuis imperat.

* CXV. *Sceptrum à geniis cuſum, & in incude extenſum.*

MULTO CREVIT AB ICTU.

Æternæ gloriæ ſceptrum multis rerum adverſarum ictibus, juſtis obvenit.

* CXVI. *Cracovienſis Univerſitas pro inſigni ſuo duo ſceptra in formam Crucis decuſſata habet, quibus illud lemma adſcribo.*

RECTOR, SED CRUCIFIXUS ADEST.

Chriſtum Crucifixum, de quo ait Eccleſia: *Regnavit à ligno Deus.* ſic exprimes.

Innuit etiam Emblema, nullum ſine adverſis Regnum, & regimen eſſe. Audi Poetam Polonum:

In

In cruce ſceptra manent, retinent onus hoc in honore
Rector adeſt, ſed vix non crucifixus adeſt.
Regia ſed res eſt, regalia ſceptra tenere.
Regia at in crucibus, res habet illa cruces.
Non mirum fugiunt quidam quod regia ſceptra.
Namque graves ſceptri, ſunt in honore cruces.
Prælati etiam mortificati imago.

* CXVII. *Sceptrum in manu humanâ.*

EX OPERE REGNUM.

Regnum cœlorum operibus merendum, Emblema docet.

* CXVIII. *Sceptro lemma.*

MULTIS IMPERAT, UNI SERVIT.

Imago cujuſdam, qui devictis malis affectibus ſuis, uni ſuperando minimè ſtudebat.

* CXIX. *Sceptro lemma.*

REGIT, NON PLECTIT.

Manſueti Principis, & Superioris idea.

* CXX. *Sceptro ad calvariam lemma.*

AUFERET UNA DIES.

Mortem Regnis imminentem Emblema innuit.

* CXXI. *Sceptro lemma.*

UNDIQUE RECTUM.

Imago juſti, & pii undiquaque Principis.

* CXXII. *Sceptrum olim ex arbore præciſum.*

PRÆCISUM REGNAT.

Imago Prælati, præciſis mortificationum cultro affectibus ſibi & aliis quietiſſimè imperantis.

* CXXIII. *Liceat hic ſceptra Clivica Ducatus ejuſdem inſigne, in formam coronæ diſpoſita, uno alterove ſymbolo honorare. Quoniam ergo Ser: Electori Brandenburgico (qui Imperiale Sceptrum uti imperii Arch: Camerarius tenet) Clivica ex poſt acceſſere, eidem inſcribo.*

MULTIS PRÆLUDITUR UNO. vel OMEN AB EVENTU.

Æterno in cœlo regimini præludi coronis terreſtribus, bonis Principibus, ſic exprimes.

CXXIV.

CXXIV. *Sceptra eadem in formam Coronæ diſpoſita.*
FORMANT SIBI JUNCTA CORONAM.

Inviĉtiſſimos inclytæ hujus Domus Heroes, immortalem gloriam eidem pluribus rebus in togâ & ſago præclare geſtis parientes, Emblemate expreſſos habes.

Concordiam Principum in cœlo coronandam ſic pinges.

* CXXV. *Eiſdem ſceptris Clivicis, lemma.*
NON SUFFICIT UNUM.

Non una laus & corona debetur Sereniſſimo Electori eidem, quod hiſce noviſſimis contra Galliam & Turciam bellis plures pro S. R. I. Copias in campum duxerit.

* CXXVI. *Eiſdem lemma.*
SCEPTRIS CONTRARIA SCEPTRA.

Gallicis nimirum & Navarræis ſceptris, ſuam potentiam ſtrenue iiſdem bellis oppoſuit, idem Ser. Elector.

# CAPUT XXI.

## SERA ANNULARIS.

* CXXVII. *Seræ annulari, lemma.*
RETINET VERBUM. *Luc.* 8.

B. Virginem utero gerentem Chriſtum Dominum ſic exprimes.

Taciturni item imago.

CXXVIII. *In nummo quodam Coronationis Joannis Caſimiri Regis Poloniæ tempore cuſo, ſeræ ejuſmodi, in quo manus è cœlo nomen* JOANNES CASIMIRUS *componebat, inſcribebatur.*
COMPACTUM DESUPER.

Exprimebat electionem ſuam, opus dexteræ divinæ eſſe.

CXXIX. *Eidem ſeræ lemma.*
CALLEAT UNUS.

Do-

Documentum ſervandi unius Confeſſarii, Secretarii &c.

* CXXX. *Seræ eidem lemma.*

VERBUM IN TEMPORE SUO. *Prov. 25.*

Imago hominis opportuno tempore ſeſe expectorantis & loquentis.

CXXXI. *P. Abrahamus à S. Clarâ ſeræ eidem, cujus verbum erat* HOSTIA, *oſtium aperienti inſcribit.*

HOSTIA PANDIT.

Exprimebat, SS. Euchariſtiæ ſumptione, animabus purgatorii oſtium cœli pandi.

* CXXXII. *Sera eadem ordine litterarum claudens.*

MIRO CLAUSIT ORDINE.

Imago B. Virginis, miro naturæ ordine claudentis utero virgineo Salvatorem.

*. CXXXIII. *Seræ annularis nomen demum repertum.*

QUI QUÆRIT, INVENIT.

Deum quærentibus is præſto eſt.

* CXXXIV. *Eadem ſera, vel unâ ſolum litterâ turbatâ clauditur.*

VEL UNA RECLUDET.

Imago malitiæ unius ſolum lethalis peccati, quod cœlo claudendo nobis ſufficiens eſt.

* CXXXV. *Sera eadem præter verbi ſui litteras, alias habet ad nil profuturas.*

IN SPECIEM RELIQUÆ.

Factum fuit in quoſdam Titulares cujuſdam Principis Confeſſarios.

* CXXXVI. *Sera eadem.*

VERBO LABOR OMNIS IN UNO EST.

In quendam, qui Tractatum de Incarnatione ſcripſerat

* CXXXVII. *Seræ ejuſdem litteræ ultra verbum ad fallendum ſolum ſervientes.*

NON UT APERIANT, SED UT FALLANT.

Ab-

Abſolutiones Sectariorum in ſuâ Confeſſione generali expreſſas vides.

CXXXVIII. *Sera uno verbo & uni homini reſerata.*

UNO RESERATUR ET UNI.

In reſerationem conſcientiæ, uni Superiori ad unum verbum, in Societate Jeſu uſitatam.

CXXXIX. *In Theſibus S. Xaverio dicatis eadem ſera inſcribebatur.*

DONEC VENIAT VERBUM EJUS.

Sancti ejuſdem ad Societatem Jeſu vocationem expreſſam habes.

CXL. *Sæpe dictus Cæſareorum Veredariorum Vratiſlaviæ Magiſter, ſeræ eidem ſupra Urbis ejuſdem iconem depictæ, cum verbo CÆSARIS inſcripſit.*

UNI PARET VERBO CÆSARIS.

Volebat nempe, Vratiſlavienſis Urbis ſubjectionem, erga Auguſtum Cæſarem, exprimere. Juſti cujuſdam divinis præceptis parentis imago quoque iſta eſt.

CXLI. *Seræ eidem, cui verbum PAX erat, P. Schonhardt inſcribit.*

PAX CUNCTA RESOLVIT.

Serenitas Conſcientiæ ſcrupulos priores omnes, ſolutura & ſufflaminatura eſt.

* CXLII. *Seræ ſimili, cui pro verbo PECCAVI lemma.*

VERBO TANTUM, DEPENDET AB UNO.

Vim pœnitentiæ in ordine ad peccatorum remiſſionem Emblema exprimit.

CXLIII. *P. Maſenius ſimili ſeræ cui verbum AVE, inſcribit.*

PANDET AVE, QUOD CLAUSIT EVA.

B. V. Mariam cœlum reſeraturam, ab Evâ clauſum exprimit Symbolum.

CXLIV. *Seræ eidem lemma.*

SI LATET ARS, PRODEST. *Ovid.*

Politiæ artes expreſſas habes.

* CXLV. *Eidem ſeræ ordine litterarum ſuarum oſtium pandenti lemma.*

ORDINE PANDIT.

Abſolutionis, quæ Sacramento Ordinis datur, im go.

CXLVI. *Italus Eques apud Auct. Coll. expreſſurus ſuos in* Luchettam *quandam amores, ſimile ſeræ (quæ Italis* Luchetti *dicitur) inſcribit.*

UNI PATET.

Senſus erat, cor ſuum ac ejus amores uni *Luchett* apertos eſſe.

## CAPUT XXII.

## SERTUM.

* CXLVII. *Serto lemma.*

CRESCIT VINCLO CRESCENTE CORONA.

Adverſarum rerum vinclis creſcentibus creſcun quoque in cœlo coronæ.

* CXLVIII. *Serto eidem lemma.*

ASSOCIAT FLORES. vel NON UNO FLORI CORONA.

Perquam celebri Ordinis noſtri in Ducatu Cliviæ B. Mariæ V. ad FLOREM Monaſterio, hoc merit inſcripſerim; tot enim *flores* aſſociat *flos* iſte, quot Patre & Virgines ſacras Religioſorum votorum vinculis, ve luti in pulcherrimo quodam *ſerto* connexos ſervat; è qu ſuaviſſimum virtutum odorem undiquaque ſpirant quibus omnibus hoc Eccleſiaſtici pro voto appono. *Flo rete flores quaſi lilium & date odorem, & frondete in gratian & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibu ſuis.* Eccleſ. Cap. 39.

* CXLIX. *Serto eidem lemma.*

CEN

CENTUM NEXIBUS ORNAT. *Ex Hym.*

Corona beatitudinis æternæ, plurium virtutum nexu comparatur.

* CL. *Sertum florum recentium impositum capiti.*

ANTEQUAM MARCESCANT.

Ex occasionibus obvenientibus captandos flosculos, symbolum docet, quibus æternæ vitæ coronam nobis texamus.

* CLI. *Serti flores emorientes.*

IN VINCLIS MORIMUR.

Imago SS. Martyrum carceribus suis immortuorum.

Imago Religiosorum in vinclis votorum Euangelicorum expirantium.

* CLII. *Sertum ex floribus accrescens.*

ISTIS MEA VINCULA CRESCUNT.

Mundanarum voluptatum flosculis vincula spiritui quamplurima parari doceris.

CLIII. *Flores in serto arctati.*

ARCTE, SED APTE.

Religiosos & justos afflictos, sed aptè ad suam æternam salutem sic exprimes.

## CAPUT XXIII.

# TABELLA PICTA.

CLIV. *Tabellæ rasæ P. Masenius inscribit.*

MELIOR FORTUNA NOTABIT.

Spem fortunæ melioris sic exprimes.

CLV. *Tabellæ eidem lemma.*

DECOR MIHI MAJOR AB UMBRIS.

Humilitas decorem singularem suis in Dei & mundi oculis adjicit.

CLVI. *Tabella eadem pretium ab artifice habet. Alia enim Michaëlis Angeli, alia Rubenii &c.*

PRETIUM AB ARTIFICE.

Pretium hominis ab artifice ejuſdem Deo ſic expi-
mes.

* CLVII. *Pictura elegans.*

TABULA RASA FUI.

Meminerint doctiſſimi quique, ſeſe tabulas raſas
nativitate ſuâ fuiſſe.

CLVIII. *Picturæ eleganti P. Maſenius inſcribit.*

NIL PAR APELLES.

B. V. Mariæ laudes nunquam ſat exprimendas ſic pi-
ges.

CLIX. *P. Michaël Radau in fronte Oratoris ſui extem-
poranei tabulæ, cui verba minutiſſima diverſas figu-
ras efficiebant, inſcripſit.*

REBUS DANT VERBA FIGURAM.

Exprimere volebat, figuras Rhetoricas multam r
bus elegantiam adferre.

* CLX. *Picturæ quoddam genus in obſcuris locis melius
dignoſcitur.*

HÆC AMAT OBSCURUM.

Imago hominis humilitatem vel ſolitudinem ama-
tis.

* CLXI. *Aliæ picturæ ad lucem melius apparentes.*

VOLET HÆC IN LUCE VIDERI.

Ambitioſi imago.

* CLXII. *Picturæ prototypo ſuo ſimili lemma.*

NON MULTUM ABLUDIT IMAGO,

vel illud, quod P. Lohner in Auctarii ſui fronte ſi-
mili picturæ inſcribit.

VERUM, AUT SIMILE VERO.

Imitationem cujuſdam ſive in virtutibus, ſeu vitiis ſ
exprimes.

CLXIII. P. *Nieſporkowitz picturæ, quæ ad prototypu
ſuum depicta eſt inſcribit.*

CONFORMES FIERI, IMAGINIS EJUS.

Innuere volebat, B. V. Mariam tanquam virtutu
omnium prototypon, nobis imitandam.

* CLXI

* CLXIV. *Tabulæ rasæ lemma.*

QUÆ FORMA PLACEBIT.

Imago resignati & indifferentis animi.

* CLXV. *Colores tabulam maculantes.*

MACULANT, SED ILLUMINANT.

Imago eorum, qui calumniis orbi & Deo illustriores ìdditi sunt.

* CLXVI. *Tabulæ diversis coloribus illitæ lemma.*

SUNT MULTA FUCIS ILLITA. *Ex Hym.*

Mundi fucos & fallacias sic exprimes.

* CLXVII. *Tabulæ lemma.*

IN FICTIS FACTA RELUCENT.

Innuit Symbolum fabulis subinde aliquid veritatis ıesse.

* CLXVIII. *Tabellæ ad leges perspectivè factæ lemma.*

PROXIMUS MAJOR.

Qui enim spectatori proximus majori staturâ depictus hibetur.

Documentum sumendi boni de proximis judicii.

CLXIX. *In eadem tabellâ quo altius persona depicta est, eo minor exhibetur.*

HIC QUI MINOR, ALTIOR ILLE EST.

Altior coram Deo est, qui in oculis suis minor & hu-lior.

CLXX. *In eadem picturâ ea, quæ procul exhibentur, minora pinguntur.*

MINORA, QUÆ PROCUL.

Ita nempe æterna dæmon extenuare nobis novit.

* CLXXI. *Eadem pictura omnia eminus objecta di-minuens.*

EMINUS PROSPICIENTI NIHIL MA-GNUM.

Æterna consideranti hoc in orbe nil magnum est.

## CAPUT XXIV.

# THRONUS.

* CLXXII. *Throno lemma.*

SUCCESSORI CEDENDUS.

Honores mundi admodum breves ſic exprimes.

* CLXXIII. *Eidem lemma.*

POMPÆ, NON QUIETI.

Vitam aulicam Regum expreſſam habes.

* CLXXIV. *Throno lemma.*

IMPATIENS CONSORTIS ERIT.

Regnum quippe non capit duos.

## CAPUT XXV.

# TORQUES.

CLXXV. *Torqui P. Maſenius inſcribit.*

GRAVAT, ET ORNAT.

Ita mundani honores.

CLXXVI. *Eidem P. le Moyne inſcribit.*

TORQUENT, ET DECORANT.

In eoſdem. Mortificationi id quoque proprium.

CCLXXVII. *Torqui, in quo numiſma principium & finem facit, Verienus inſcribit.*

A TE PRINCIPIUM, TIBI DESINO.

A D. Deo actionum noſtrarum principium ſumendum, eundemque omnium finem ultimum eſſe debere, docet Emblema.

## CAPUT XXVII.

# FERULA.

SAPIENTIAM PRÆSTANS PARVULIS.

Diſci

Diſciplinam ſalutarem juventuti & neceſſariam ſic pinges.

* CLXXIX. *Eidem lemma.*

CONSPECTA TIMOREM.

Pœnas divinas tunc demum timorem incutientes, cum præſentes ſunt, ſic exprimes.

## CAPUT XXVII.

## PERA VIATORIS.

CLXXX. *Peræ eidem P. Maſenius inſcribit.*

ONUS LEVE.

Mundana omnia bona, omnibus dilecta expreſſa habes.

## CAPUT XXVIII.

## FASCIA.

CLXXXI. *Ill. Petri Gembicki Epiſ. Cracovienſis gentilitia faſcia, in inauguratione ejus inſcribebatur.*

ALLIGAT, ET FOVET.

Boni Prælati idea, cujus eſt, laxiores ad arctiorem diſciplinam conſtringere, & fovere bonos.

* CLXXXII. *Faſcia alba Auſtriaca coronâ Imperiali coronata.*

MERUIT CANDORE CORONAM.

Sereniſſima & Auguſtiſſima Auſtriacorum familia, Imperialem coronam ſinceritate ſuâ & fide in fœderibus & Capitulatione ſervandâ, vel maximè dudum eſt promerita.

# CAPUT XXIX.

# SOLEA.

CLXXXIII. *Andreas Kanon in fronte Lyricorum ſuorum, ſoleæ Trzbinskianæ honori, Pegaſum ſoleâ ſuâ fontem in Parnaſſo novum procurantem hoc lemmate donabat.*

HAC FERIENTE SALIT.

Patronum quendam Poëſeos ſic exprimes.

CLXXXIV. *Soleæ equinæ lemma.*

UT FIRMIOR GRESSUS.

Affectuum mortificationem ſymbolum innuit, unde firmior in viâ Dei inceſſus eſt.

CLXXXV. *Georgius Soranus Luſitaniæ Cancellarius ſoleæ, in arenâ veſtigium imprimenti inſcripſit.*

SECUTURIS. vel NATIS, ET QUI NASCENTUR AB ILLIS.

Exempla Progenitorum ſic repræſentabis.

CLXXXVI. *Solea equum montem aſcenſurum firmans.*

HAC ITUR IN ALTUM.

Quidam ſic Patronum ſuum exprimebat, cui in agalmate ſolea erat.

CLXXXVII. *Soleæ ſub pedibus equorum latentes ſplendent.*

DUM LATUERE NITENT.

Eorum imago, quos ſolitudo illuſtres fecit.

CLXXXVIII. *Eidem lemma.*

CALCATA NITESCIT.

Eos imago ſpectat, quos calumniæ, aut adverſitates illuſtrarunt.

CA-

## CAPUT XXX.

# TRITON.

CLXXXIX. *Tritoni omnibus ventis sese accommodanti, Chovaynus inscripsit.*

ATODOS. Id est. OMNIBUS.

Hominis idea, qui omnibus, omnia factus est.

CXC. *Triton semper in indicando vento fidelis.*

NULLUM ILLE FEFELLIT.

Sinceri animi idea.

* CXCI. *Triton adversum semper ventum respiciens.*

RESPICIT ADVERSUM.

Christi in passione suâ, S. Petrum respicientis imago.

* CXCII. *Eidem semper commoto lemma.*

NUNQUAM IN EODEM STATU PERMANET.

Humanæ inconstantiæ imago.

* CXCIII. *Turris triton, circumeundo ventos docet.*

CIRCUMIENS DOCET.

Imago Missionarii, vicatim docentis.

CXCIV. *Tritoni P. Masenius inscribit.*

QUÆLIBET AURA MOVET.

Imago hominis, adulationibus delectati.

* CXCV. *Turris triton, seu Gallus cruci impositus, omnibusque ventis expositus.*

IN CRUCE SECURUS.

In Christi Cruce, omnes adversitatum turbines, securi despicimus.

* CXCVI. *Tritoni in summitate turris lemma.*

NIL FIXUM IN SUMMIS.

Imago honorum, & dignitatum, nunquam securè possidendorum.

* CXCVII. *Tritoni turris seu Gallo, qui in cruce à vento circumagitur, lemma.*

IN CRUCE CIRCUMAGOR.

Imago impatientis in adverſis animi.

* CXCVIII. *Triton à vento dejectus in terrâ, non amplius circumagitur.*

IN HUMILI REQUIES.

Dignitatum inquietudines expreſſas habes.

* CXCIX. *Triton ſolum reſpicitur, cum vento circumagitur.*

DUM SPIRAT ASPICIOR.

Aulici ob Principis ſui favores æſtimati idea.

# APELLES TABULAM SUAM RECOGNOSCENS.

SIVE,

ADDITAMENTA ALIQUOT SYMBOLORUM AD TITULOS SUOS REVÓCANDA.

AUCTÓRE.

R. P. JOANNE MÎCHAELE VON DER KETTEN.

Ord: SS. SALVATORIS Vulgo S. BIRGITTÆ Sacerdote.

# LECTORI BENEVOLO.

NOn puduit APELLEM hunc noſtrum, morem præſtantiſſimorum quorumcunque pictorum, preſſiore penicillo abſolutum opus remetientium, eique additamenta nonnulla colorum facientium ſequi. Preſſiore proinde oculo ſymbolicam hanc ſuam TABULAM remenſus, manum quam mox de TABULA amovit, eandem iterum admovens, acceſſionem nonnullorum ſymbolorum, quæ opere abſoluto prius obvenere, tibi Benevole Lector offert, enixè rogans eos, qui ſecundam Apellis hujus Editionem fortè aliquando curaturi ſunt, ut ſuis ea Capitibus tunc inſerere non dedignentur. Ut autem facilior in Indice operis progreſſus ſit, uno continuo numero procedente, ea ſibi ſuccedere vides. VALE.

AD

# AD TITULUM COELUM.

* I. *Cœlum Empyreum, omnis motus expers.*

QUIES IN EMPYREO.

Æternam Sanctorum in cœlo quietem, expressam habes.

* II. *Cœlum post pluvias & ventorum turbines, iride speciosum.*

SUA NUBILA, PACE CORONAT.

Imago D. Dei, longis conscientiæ tenebris & desolationibus, substituentis, cœlestium suarum consolationum & gratiarum lumina.

* III. *Cœlum amisso die, paulatim Constellationes suas (quæ omnes ex fabulis ortum trahunt) exhibens.*

TOT FABULAS, PANDIT AMISSA DIES.

Innuit symbolum, amissam vitæ hujus diem, in Extremo aliquando multa revelaturum, & meras fabulas fuisse ostensurum, quæ mundo apparebant solidissimæ veritates.

In honorem R. P. Matthiæ Casimiri Sarbievii, sæculi nostri Horatii, apparebit symbolum hoc, quando meâ curâ luci dabitur opus ejusdem posthumum, intitulatum Dii GENTIUM &c. quo, mortalis vitæ die amissâ, idem Pater eosdem Deos, ex Fabulis erutos, orbi pandet.

* IV. *Cœlum constellationibus suis (quæ omnes ex fabulis suum ortum habent) nonnullam lucem nocti præbens.*

EX FABULIS LUCEM.

In honorem ejusdem Patris, multam eruditis lucem affusuri, Opere suo præfato.

Imago etiam illa Concionatoris est, fabulis veterum & apologis, utentis ad Auditorum suorum instructionem.

* V. *Cœlum unicum solem habens.*

GE-

GEMINOS NON PATITUR SOLES.

Factum fuit in Generalem quendam Cæſareum Monoculum.

VI. *Cœlo nunc claro, nunc pluvio, in laudem fœminæ cujuſdam apud Equitem Theſaurum in Tubo ſuo Ariſtotelico inſcribitur.*

VARIUM, ET MUTABILE SEMPER.

Inconſtantem genium cujuſdam ſic excuſabis.

VII. *P. Heſius cœlo ex obſcuro puteo de die ſpectato, atque ſic ſtellas exhibenti inſcribit.*

EX OBSCURO SPECTABILE.

Fidem expreſſurus erat, quâ ex hac obſcurâ lachrymarum valle cœleſtia ſpectantur.

VIII. *P. le Moyne cœlo ſtellato ex adverſo ſolis inſcribit.*

CAETERA QUID COLLECTA JUVANT?

*ſoli vero.*

MIHI SUFFICIT UNUS.

Exprimere credo voluit, ſicut cœlum ab omnibus ſtellis non lucem ſuam, ſed ab unico ſole habet, ita nequaquam creaturas omnes ſufficere animæ, ſed ſolum Deum eam replere.

* IX. *Cœlum empyreum.*

CAETERA TRANSCENDIT.

B. V. Mariæ omnes in gratiâ tranſcendentis imago.

X. *P. Bovius inferioribus planetarum cœlis inſcribit,*

RAPIMUR MAJORE.

Innuere volebat, Societatem Jeſu ad functiones ſuas non alio fine rapi, quam *Majori Dei gloriæ progagandæ*, reſpiciens ad S. Patris ſui teſſeram: *Ad majorem Dei gloriam.*

* XI. *Cœlum contrarias elementares qualitates in ſe nullas habens.*

CONTRARIA NESCIT.

Innuit Emblema, amores Sanctorum in cœlo omnis contrarietatis, vel averſionis expertes.

* XII. *Cœlum inde ſpecioſum.*

TOLERATÆ PRÆMIA NUBIS.

Se-

Serenitatem conſcientiæ præmii loco poſt patienter toleratas ejuſdem deſolationes, à Deo immiſſam Emblema pingit.

* XIII. *Cœlum corruptionis omnis expers.*

CORRUMPI NESCIUS ÆTHER.

Virginitatis ſymbolum.

* XIV. *Cœlum ob figuram ſuam ſphæricam ad motus ſuos aptiſſimum.*

MOTUS SIC APTOR AD OMNES.

Indifferentia (quæ ſphærica figurâ deſignatur) optima ad obedientiam diſpoſitio eſt.

* XV. *Cœlum ſtellatum cum coronâ Ariadnæ de nocte.*

MERUIT SUB NOCTE CORONAM.

Imago eorum, qui adverſarum rerum, ſeu ſcrupulorum nocte toleratâ, à Deo coronam cœleſtem recepere.

* XVI. *Cœlum nocturnum nubibus obductum.*

CELAT SUB NUBE CORONAM.

Imago Chriſti D. Deitatem ſuam ſub Sacramentalium ſpecierum nube abſcondentis.

* XVII. *Cœlum veſpertinum poſt ſolis occaſum rubicundum.*

RUBET AB AMISSO.

Imago pœnitentis ob amiſſum per peccatum Deum rubore ſuffuſi.

* XVIII. *Idem cœlum veſpertinum.*

RECIPIT PRO LUCE RUBOREM.

Imago eorum, quibus honores in æternam confuſionem cedunt.

* XIX. *Cœlum duos, inter conſtellationes canes, unum ad pedes Orionis, alterum ad pedes Geminorum habens.*

GEMINO CUSTODE BEATUM.

Idea cujuſvis Principis, vel Prælati, quos graves Theologi binis Angelis Tutelaribus munitos volunt uno uti homines reliqui, altero Officii & Prælaturæ.

AD

# AD TIT. RADIUS, LUX, UMBRA.

XX *Radius rectâ diffusus, à P. Hesio lemma tenet.*

VIIS AGIT OMNIA RECTIS.

Charitatis idea, quæ S. Paulo teste, *Non agit perperam.* Sinceritatis quoque idea.

* XXI. *Radius per fenestram immissus, atomos minusculos demonstrans.*

PUSILLOS EXCITAT. vel FACIT EXULTARE PUSILLOS.

Imago Prælati Regularis, cujus juxta monitum S Augustini in Regulâ est. *Consolari pusillanimes.*

* XXII. *Umbræ lemma.*

AMICA COLUBRIS.

B. Virginem peccatorum Refugium sic exprimes.

* XXIII. *Radius minusculos atomos ostendens, quos plenè splendens sol, non manifestaverat.*

REVELAT ATOMOS.

Factum fuit, in Renatum Cartesuum docentem omnia componi ex corpusculis seu atomis diversimodè conjunctis.

* XXIV. *Eidem radio atomos ostendenti lemma.*

ILLUSTRO PUSILLOS.

Imago D. Dei, gratiarum suarum lumina, humilibus præbentis.

* XXV. *Solem testantur ortum, radii è sole oriente primum emissi.*

SOLEM TESTANTUR ORTUM.

SS. Angelos, Christo in Nativitate suâ concinentes Emblema exprimit.

* XXVI. *Solaris radius, vitrum transiens, eum colorem assumit, quem intermedium vitrum habet, rubrum, viridem. &c.*

CUIVIS ADAPTOR.

Idea viri Apostolici, qui omnibus omnia factus est.

XXVII.

XXVII. *Luci, quâ somno sopiti excitantur lemma.*

SOPITOS EXCITO.

Calamitatis idea prosperis sopitos hominum animos xcitantis.

Gratiæ quoque prævenientis idea.

## AD TIT. AURORA.

* XXVIII. *Auroræ cœlo ruborem afferenti lemma.*

RUBESCUNT OMNIA CIRCUM.

Commune pœnitendi tempus, quale est Quadragesina, ita expresseris.

Familiam verecundarum Virginum seu Sanctimoniaum sic quoque expressam vides.

* XXIX. *Auroræ lemma.*

PELLIT IN ANTRA LATRONES.

B. V. Mariam suis in viarum periculis auxiliatricem, mblema innuit.

B. V. Mariam quoque imperium in Dæmones exerentem sic exprimes.

* XXX. *Aurora cœlo pro tenebris ruborem reddens.*

PRO NOCTE RUBOREM.

Imago cujusdam, qui ex humilitatis latebris ad pururam Cardinalitiam extractus fuit.

## AD TIT. SOL.

* XXXI. *Sol hinc super horizontem levatus, cum lemmate.*

QUEM DIES VIDIT VENIENS LEVATUM.

Indè occumbens cum epigraphe.

HUNC DIES VIDET FUGIENS CADENTEM.

Castigatam alicujus superbiam, aut ab honoribus deradationem sic exprimes.

XXXII. *P. l'Abbe Soli Orienti inscribit.*

ONGAS SPARGIT, DUM NASCITUR, UMBRAS.

Exorientem alicujus fortunam ſic exprimes, quae plurimis invidiæ umbris, ei ſuccreſcentibus.

* XXXIII. *Sol ex mari Poëtis fabulantibus exoriens, quod ipſi ALTUM dicunt.*

ORIENS EX ALTO.

Excelſos alicujus notales ſic exprimes.

# AD TIT. SOL SUPRA HORIZONTEM ELEVATUS.

XXXIV. *Perſa ſolem adorans.*

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

Dicitur, amphibologico hujus lemmatis ſenſu, al quando Chriſtianus quidam, in Perſiâ ad ſolem adorar dum compulſus, idololatriæ peccatum declinaſſe, ſenſ ejuſdem ad verum Deum reſtricto.

XXXV. *Quando Princeps Ludovicus Franciſcus Borboniu de Conti, electioni Auguſti II. Poloniæ Regis, ſeſe op ponebat, duo Symbola apparuere, quibus totidem ana grammata anſam præbebant. Primum ex Nomine BORBONIUS quod hoc anagramma reddit. BONUS ORBI Soli ergo inſcripſit quidam.*

BONUS ORBI.

Si bonus eſt toti fortis BORBONIUS orbi,
Quomodo Leche tibi noxius eſſe poteſt?

Eidem Reſponſum eſt alio Symbolo, epigraph ſumptâ ex anagrammate nominis CONTI. Id eſt NOCTI.

Soli ergo orienti inſcribebatur.

PULSA NOCTE.

AUGUSTUS ſol eſt, ſed CONTI luna: diei
Ille præeſt, NOCTI præferet ipſa facem.
Te ſolem optamus cuncti, nox ultro faceſſat,
Et redeat PULSA NOCTE ſerena dies.

XXXVI. *P. Heſius Soli dum adverſam ſibi nubem illuſtrat inſcribit.*

DE-

DECUS NON INVIDET HOSTI.

Beneficium erga inimicos ſic exprimes.

XXXVII. *Idem P. Heſius ſoli vapores attrahenti, atque eoſdem in nubes transformatos in aere ſuſtinenti inſcribit.*

GRAVE NIHIL AMANTI.

Amoris nempe, una proprietas eſt quod nil ei ſit difficile.

XXXVIII. *Chovaynus Soli vapores attrahenti, inſcribit.*

UT REDDAM REPETO.

Principis tributa in populi utilitatem exigentis, imago.

## AD TIT. SOL OCCIDENS.

* XXXIX. *Sol dum occidit, rubens.*

CUM RUBORE CADO.

Hominis de lapſu ſuo mox erubeſcentis & pœnitentis imago.

## AD TIT. SOL ECLIPSATUS.

* XL. *Sol à Lunâ eclipſatus.*

MEUM LUMEN CYNTHIA TOLLIT.

Virum quendam muliebribus amoribus multum obſcuratum ſic exprimes.

XLI. *Quando à Throno ſuo dejectus fuit Jacobus Rex Angliæ, & variis contra Wilhelmum Regem libellis cauſam ſuam tuebatur. In nummo Belgico ſoli, dum à Lunâ eclipſabatur, inſcriptum fuit.*

ORBATA LUCE, LUCIDUM OBSCURAT.

Abſtrahendo ab utroque jam dicto Rege, eos hoc Emblema ſpectabit, qui invidiâ pleni cum ipſi emergere nequeant, idem aliis invident.

## AD TIT. LUNA IN GENERE.

* XLII. *Lunationes omnes in Schemate Astronomicè expressæ.*

QUASLIBET IN FORMAS.

Politici pro rerum exigentiâ, sese ad quævis accommodantis imago.

* XLIII. *Lunæ, quod solis lumine splendeat, inscribes.*

POSTHUMUS SPLENDOR PATRIS.

Parentem post obitum in liberis suis adhuc celebrem, sic exprimes.

De cætero honores cuidam post mortem obvenientes sic exprimes.

## AD TIT. LUNA CRESCENS.

* XLIV. *Lunæ crescenti lemma.*

LUMINE CREVIT APEX.

Quendam sic exprimes, cui minimorum cura accrevit, accrescente ei luce gratiæ.

* XLV. *Luna, cum vacua est, eâ parte, quâ vacua est, cœli colorem refert.*

COELUM MENTITUR INANIS.

Mundum sic exprimes, qui veris deliciis vacuus cultoribus suis tamen solida gaudia adpromittere videtur.

* XLVI. *Lunæ crescenti, quo plus crescit, eo magis apices pereunt.*

CRESCENTI, PEREUNT APICES.

In quendam, cui paulatim rerum minimarum cura, minus cordi erat.

## AD TIT. LUNA DECRESCENS.

* XLVII. *Luna quo magis decreſcit, eo ejus apices plus creſcunt.*

APICES CREVERE DEFECTU.

In quendam, qui decocto patrimonio nunc curam ncipiebat habere minimarum in Oeconomiâ reum.

## AD TIT. LUNA ECLIPSATA.

XLVIII. *Luna Eclipſata apud Verienum, ſolem hoc lemmate invocat.*

FRATER SUCCURRE SORORI.

Humanæ naturæ ad Chriſtum ea exclamatio eſſe poeſt, ipſe enim eſt *Primogenitus in fratribus.* Rom. 8. Facit huc Anagramma & Carmen oblatum Seren. Carolo Lotharingiæ Duci, quando Anno 1685. Turas ingenti clade affecerat. Ex nomine ergo CAROLUS Anagramma reſultans SOL CURA, tali Chrono diſticho ornavit nonnemo:

LUna CaLet febrIbVs, ſoL CVra ſeCtIO Venæ
Eſt præſCrIpta, MaLo ſangVIne ſpIſſa flVat.

XLIX. *Luna etiam cum Eclipſin patitur, nihilominus à ſolito ſuo curſu nil deficit.*

NEC LUMINE DEVIAT ORBA.

Deſolatum quendam, aut ſcrupuloſum ſic exprimes, nter medias tamen deſolationum & ſcrupulorum ſuoum eclipſes, à virtutis tramite, minimè devium.

## AD TIT. STELLÆ FIXÆ.

* L. *Stellæ fixæ, cum tremore quodam fulgere videntur.*

 CUM

CUM FULGORE TREMOR.

Timores eos, quos justi in pleno prosperitatis humanæ fulgore constituti, habere debent sic exprimes.

* LI. *Stellæ eædem in rigore hyemis, maximè tremulæ videntur.*

IN RIGORE TREMOR.

Meminerint ii, qui rigidissimam vitam ducunt, nihilo minus sibi in continuo timore & tremore salutem suam esse operandam.

LII. *Stellæ fixæ quod Planetis altiores sint, eclipsin non patiuntur.*

ECLIPSIN NESCIT, QUIA PROXIMA COELO.

Contemplativum sic exprimes, ad quamcunque sortem semper resignati.

## AD TIT. PLANETÆ.

* LIII. *Planetæ maximâ ex parte semper extra Domum suam sunt.*

RARO DOMI.

Quendam propriæ Conscientiæ admodum negligentem inspectorem sic exprimes. Aut etiam vagum hominem.

* LIV. *Planeta cum in domo suâ est, fortior est, & influit in hæc inferiora majori cum vigore.*

FORTIOR IN PROPRIA.

Spiritum id concernit, qui nunc flaccidè Deum amans, faciet id intensius cum in Domum suam, cœlestem gloriam transiturus est.

* LV. *Planetæ motu primi mobilis veloces sunt, motu vero suo cœlo proprio tardiores.*

ALIENO VELOX, TARDUS SUO.

Gratiæ motus Symbolum docet, quibus excitamur & agiles reddimur, in Deo amando, ex nobis ipsis tardissimi.

* LVI. *Planetæ quo altiores ſunt, quo in motu ſuo tardiores.*

ALTIOR TARDIOR.

Eos qui in dignitatibus tardiores in ſervitio Dei ſunt, ſic exprimes.

Maturitatem quoque conſiliorum altioribus dignitatibus annexam ſic exprimes.

## AD. TIT. PLANETÆ IN SPECIE.

### SATURNUS.

* LVII. *Saturnus quoniam inferiorum Planetarum infrigidativus eſt, lemma tenet.*

ALTIOR ALGET.

Frigidi, ex fervido ſubdito, Prælati imago.

### JUPITER.

* LVIII. *Jupiter Saturno junctus eum temperat.*

TEMPERAT AUSTERUM.

Chriſtum humani generis apud Patrem Mediatorem, ſic exprimes.

### MERCURIUS.

* LIX. *Mercurius ejus Planetæ naturam induit cui jungitur.*

CUM BONIS BONUS.

Vim Societatis expreſſam habes.

* LX. *Mercurius regnum ſuum in Virginis ſigno habet.*

IN VIRGINE REGNAT.

Mulierum inconſtantiam ſic exprimes.

# AD TIT. CONSTELLATIONES SIGNA ZODIACI.

## ZODIACUS.

* LX. *Zodiacus ſolem continens.*

MIHI FAS CONCLUDERE SOLEM.

B. V. Mariam, utero gerentem Chriſtum Symbolum innuit.

* LXI. *Zodiacus fixas ſtellas & Planetas, intra ſe continens.*

FIXOSQUE, VAGOSQUE.

Religionis aut familiæ cujuslibet imago, in quâ conſtantis & vagi ingenii ſubditi ſunt, aut ſi mavelis, Confeſſarii & Concionatores ad certa loca ſtabiles, & Miſſionarii vicatim circumeuntes.

## ARIES.

* LXII. *Cum in hoc ſigno ſol eſt, nox æqualis diei redditur.*

PER ME NOX ÆQUA DIEI.

Reſignationem ſic exprimes, quâ æque proſpera ac adverſa feruntur.

## VIRGO.

* LXIII. *Virgo cœleſtis ſemper in raptu primi mobilis.*

INNOXIA RAPTU.

S. Luciam ſic exprimes, in lupanari, ad quod juſſu Tyranni rapta fuerat, omnino innoxiam.

## AQUARIUS.

* LXIV. *Aquario lemma.*

FUN-

FUNDIT, NIL ACCIPIT UNQUAM.

Principis cujuſdam munificentiam ſic exprimes.

LXV. *Eques Theſaurus Aquario urnam verſus Phaetontis incendium dirigenti, inſcripſit.*

PARES PHOEBEIS IGNIBUS UNDAS.

Exprimere volebat', victorem Amedæum. Sabauæ Ducem, pace ad Cheraſcum factâ, belli incendia ſtinxiſſe.

Mediatorem Chriſtum, apud Patrem, aut Terrenum egem in Tractatibus pacis, ſic exprimes.

Lachrymas etiam pœnitentiæ ſic exhibebis, infernabus ignibus reſtinguendis, pares.

## PISCES.

LXVI. *Piſcibus Chovaynus inſcribit.*

SEMPER RECENTES.

Sanctorum in cœlo incorruptibilitatem ſic pinges.

* LXVII. *Piſcibus eiſdem lemma.*

HIS ÆQUOR OLIMPUS.

Eorum ordinum in cœlo remunerationem exprimes, ui carnibus abſtinent.

## CYGNUS.

LXVIII. *Cygnus in cœlum ad conſtellationes translatus.*

SPLENDOREM, MERUIT CANDOR.

SS. Virgines in cœlo nunc glorioſas, ſic commenlabis.

## BALÆNA.

LXIX. *Balæna, quod à Perſeo victa eſſet, in cœlum tranſlata eſt.*

VINCIDA POR SA GLORIA.
MIHI GLORIA VINCI.

Eos Emblema ſpectat, qui aliis libenter cedunt, eiſque victoriam judicii ſui ſubmiſſione relinquunt.

## SAGITTA.

* LXX. *Sagitta occidens.*
DEORSUM ETIAM.

Symbolo hoc, virorum juſtorum peccata venialia excuſabis.

LXXI. *Sagittæ eidem lemma.*
IGNARA FERIRE.

Manſueti idea.

* LXXII. *Sagitta cæleſtis, nullo nervo ſed motu primi mobilis acta.*
NERVIS MELIORIBUS ACTA.

Hominem Miſſionarium, ad Dei & Superiorum ſuorum voluntatem circumactum, ſic exprimes.

## CORONA ARIADNÆ.

LXXIII. *Coronæ eidem lemma.*
PRO COELO BELLA GERENTI.

Eos duces ſymbolum animare poteſt, qui bella ſacra gerunt.

## HERCULES.

LXXIV. *Hercules in cœlum tranſlatus.*
TERRA NON CAPIT HERCULEM.

Belli ducis cujuſdam mortem, ſic celebrabis.

Chriſtum quoque Aſcendentem in cœlum, Emblema poteſt pingere.

* LXXV. *Herculis Conſtellatio, in cœlo ſemper circumacta.*
HIC META NULLA HERCULI.

Sanctorum erga Deum amores, nullâ metâ circumſcriptos, ſic pinges.

LXXVI. *Hercules ob Junonis iram, quam ſemper infeſtam habuit, in cœlum tranſlatus.*
IRA DEÆ, ME COELO ASSERUIT.

Eos

Eos imago ſpectat, quibus occaſio melioris vitæ, & majoris dein in cœlo gloriæ fuit, diſgratia Principis.

## ORION.

* LXXVII. *Orion ſtellis ( quæ oculi cœli dicuntur ) plenus canem ad pedes habens.*

VIGILI STANT BELLA MINISTRO.

Belli Ducis cujuſdam vigilantiam ſic commendabis.

## CANIS.

* LXXVIII. *Canis ad pedes Geminorum.*

FRATRIBUS ADVIGILAT.

Dæmonis technas, Religioſis maximè paratas, ſic exprimes.

* LXXIX. *Cani cœleſti lemma.*

VIGILAT, NON LATRAT.

Vigilantis ſed mitis Prælati, idea.

* LXXX. *Canis cœleſtis, ad pedes Geminorum.*

PEDIBUS SUCCUMBERE DOCTUS.

Infernalem canem, Dæmonem ſic exprimes, à Sanctis ſæpius per miraculâ compreſſum.

## URSA MAJOR.

* LXXXI. *Urſa major, ſeptem ſtellis præcipuis conſtans, quatuor in curru tres in equis habens.*

UNO SIBI FOEDERE JUNCTÆ.

Innuit ſymbolum, Virtutes tres Theologicas, & quatuor Cardinales, optimè jungi.

## STELLA POLARIS.

* LXXXII. *Stella polaris in acu magneticâ, etiam eas naves regens, quæ ab eâ recedunt.*

QUOS REGO, NON PRÆEO.

Prælati imago, minimè exemplaris erga eos quos regit.

* LXXXIII. *Stelli polari, ob nimium frigus nemo ſubeſſe poteſt, ita út eam pro Zenith habeat.*

VULT

VULT NEMO SUBESSE.

Prælatum rigidum, eadem ſtella repræſentat.

* LXXXIV. *Eadem de cauſâ, eidem ſubſcribes.*

NEMINI SUPERIOR.

Hominis humilis, quique ſe omnibus inferiorem æſtimat, imago.

* LXXXV. *Eadem ſtella frigida, acum magneticam trahens.*

FRIGETQUE, TRAHITQUE.

Puellam aliorum amores ad ſe trahentem, cum ipſa nullum amaret, ſic exprimes.

GALAXIA. ſeu VIA LACTEA.

LXXXVI. *R. P. Adalbertus Bartochowski, S. J. expreſſurus occultos Collegii Poſnanienſis Benefactores cœlo receptos Stellis iis, quæ in viâ lacteâ latent, inſcripſit.*

LATENT, QUIA PROXIMA COELO.

Eos Emblema ſiſtit, qui, quo Deo per ſpiritum proximiores ſunt, eo magis humiles, orbi latere ſtudent. Sanctos quoque in cœlo incognitos ſic exprimes.

N O X.

* LXXXVII. *Nox, etſi millenis ſtellis fulgeat, humida nihilominus & frigida eſt.*

MILLENO LUMINE FRIGET.

Eos ſymbolum exhibet, qui etiam cum mille gratiarum actualium luminibus ſibi immiſſis, frigidi in amando Deo perſiſtunt.

* LXXXVIII. *Inſiſtendo primæ orbis creationi, nox diem præceſſit.* Et factum eſt Veſpere & mane, dies primus &c. Gen. I. *Unde nocti, lemma facies.*

PRÆVIA LUCI.

Deſolationes & ſcrupulos, conſolationibus & conſcientiæ ſerenitati prævios, ſic exprimes, aut humilitatem honoribus præviam.

Audi Poetam:

Præceſſit nox atra diem, lumenque tenebræ.
Apparere cupis, diſce latere prius.

AD

## AD LIBRUM. II.

# CORPORA ELEMENTARIA.

## IGNIS COMMUNIS.

* LXXXIX. *Ignis ex ſubactis corporibus ſcintillas elevans.*

LEVAT, QUOS SUBJUGAT.

D. Deum expreſſum habes, eos denique exaltantem, uos ſibi peccatis adverſos ante ſubegerat.

* XC. *Ignis, etiamſi remotus admodum ſit, nihilominus proximior ſemper apparet.*

PROXIMUM SE SIMULAT.

Ejus imago, qui ſe proximo amicum fingit, minimè ero eſt.

* XCI. *Ignis metalla expians.*

EXPIAT, ET PURGAT.

Ignis Purgatorii, in vitâ alterâ ſimulachrum.

* XCII. *Ignis in ſilice latens, pabulo minimè indiget.*

CUM LATET IMPASTUS.

Religioſi clauſtralis, jejuniis admodum addicti imao.

* XCIII. *Ignis duo metalla uniens.*

URIT, ET UNIT.

Charitati id proprium, animos incendere, & divios, ſibi unire.

* XCIV. *Ignis omnium corporum penetrativus.*

QUIDVIS PENETRAT ÆQUE.

Ingenii acris imago.

## FUMUS.

* XCV. *Fumus odores bonos, & fœtores pro diverſitate rei crematæ advehit.*

HINC FOETOR ODORQUE.

Fa-

Famæ id proprium, ſive bonum virtutum odorem ſive criminum fœtorem adducere.

## CARBO.

* XCVI. *Carbo rubicundus, quamdiu ignitus & vivus eſt.*

RUBET AB IGNE.

Pœnitentis, luxioſi, ſeu iracundi idea.

XCVII. *Idem carbo.*

DUM VIVO, RUBEBO.

S. Bernardini ſemper verecundi imago.

Expreſſio etiam illa eſſe poteſt pœnitentis animæ profeſſæ ruborem de peccatis ſuis quo ad vivet.

## NUBES. NEBULA.

* XCVII. *Nubes ſplendens.*

SPLENDET INANIS.

Idiotam in honoribus conſtitutum, ſic exhibebis.

* XCIX. *Nubes ſplendens, coronam à ſolis radiis recipiens.*

MERUIT SPLENDORE CORONAM.

Hominis virtuoſi idea, meriti cœleſtem coronam ſplendore earum virtutum, quibus in terrâ fulſerat.

* C. *Nubes rorida, iridem formans.*

RORE CORONATUR.

Hominem à miſericordiâ, vel manſuetudine commendatum, ſic exprimes.

B. Mariam V. quando eum rorem, quem orbi exorabat Iſaias C. 45. *Rorate cœli deſuper* &c. utero ſuo portabat, ſic etiam depinges.

CI. *Nubi fulmen paranti, Chovaynus inſcribit.*

TERROR ET UMBRA.

Chriſtum Judicem venturum, ſymbolum pingit qui uti bonis in umbram, peccatoribus in terrorem aderit.

CII. *Nubes ſoli adverſa, fulmen concipit.*

FULMEN ADVERSA MINISTRAT.

Blaſphemum, Deo ſeſe opponentem ita depinges.

* CIII

* CIII. *Nebula floribus arborum maximè inimica.*

FLORIDA CORRUMPIT.

Juventutis seductorem sic exprimes.
Invidiæ idem proprium, & calumniæ est.

* CIV. *Nebula elata, iterum prosternitur in pluviam.*

PROSTERNOR ELATA.

Indigni degradationem ex honoribus sic exprimes, ut superbiam castigatam.

## P L U V I A.

CV. *Pluviæ Pastorius inscribit.*

ALTIUS IMPRESSIT MORA.

Suavem ac tardam correctionem quæque sine impetu est, majorem impressionem in subditorum animis facturam, ac eam quæ turbulenta est, Emblema demonstrat.

## R O S.

* CVI. *Ros ab aurora genitus.*

PROTULIT AURORA.

Christum Dominum, à B. V. Mariâ in Bethlehem progenitum, imago sistit.

* CVII. *Ros herbas æstu solis languentes, de nocte illapsu suo refrigerans.*

FERVORE REFRIGERAT USTOS.

Spiritum Sanctum expressum habes, qui est IN ÆSTU TEMPERIES. *Ex Hym.*

CVIII. *Ros solum cœlo sereno nascitur.*

SERENO NASCITUR.

Immaculatam Conceptionem B. V. Mariæ sic exprimes.

## M A N N A.

* CIX. *Manna ab Israelitis colligebatur in eo numero & copiâ, quæ sustentationi eorum erat sufficiens.*

NON PLUS QUAM OPORTET.

Disces ex hoc, D. Deum, suis consolationes divinas ministrare in eâ quantitate, in quâ prævidet ipsis ad salutem necessarias easdem esse.

GRAN-

## GRANDO.

* CX. *Grando semper cum impetu dilapsa.*
IMPETUOSA VENIT.

Impetuosi imago.

* CXI. *Grando teneras herbas prosternens.*
PROSTERNO TENELLOS.

Dæmonis ea imago est, initia operum nostrorum prosternentis, immittendo malas operanti intentiones, vel simile quidpiam.

Herodis infanticidium, quoque expressum habes.

## FULGUR. FULMEN.

* CXII. *Fulmini cadendo summè noxio inscribes.*
CÆDIT, DUM CADIT.

Dæmonem post lapsum suum injurium generi humano, expressum habes.

Apostatam quoque Religioni suæ, postquam ab eâ defecerat, pariter noxium symbolum pingit.

CXIII. *R. P. Adelbertus Bartochowski, in honorem Joannis* III. *Poloniæ Regis, Viennam urbem ab obsidione Turcicâ eliberantis, fulmini inscripsit.*
QUANTUS FIT SPLENDOR AB ICTU? vel FERIENDO CORUSCAT.

Principis aut Ducis alicujus victoriam sic celebrabis.

* CXIV. *Pari jure fulmineo ictui lemma facies.*
QUANTUS FIT TERROR AB ICTU?

Ultimum ictum decretoriæ in Extremo judicio sententiæ ruditer expressum videas.

CXV. *Fulguri, cujus ignes tremuli à longè videntur, inscribes.*
TREMULO FERIT IGNE, MICATQUE.

Prælatum cum timore censuras infligentem depictum habes.

* CXVI. *Eadem ex causâ, fulguri disparenti inscribes.*

CUM

CUM TREMORE PERIT.

Agoniam juſtorum & Sanctorum, expreſſam vides.

* CXVII. *Fulmen ictum inferendo, mox diſparet.*

DUM FERIO, PEREO.

Iram lethali morte animam perimentem, ſic exhibebis.

* CXVIII. *Fulmini lemma.*

FERIENDO DEORSUM.

Iracundum ſic exprimes, in irâ plerumque excedentem.

CXIX. *Fulmini ferienti lemma.*

IGNIBUS ÆTHEREIS.

Prælatum excommunicationis ſententiam ferentem, ſic exhibebis.

CXX. *Chovaynus fulmini turrim dejicienti inſcribit.*

PRÆLUSTRIA VITA.

Monet ſymbolum, eos, qui procul ab honoribus, procul à periculo eſſe.

* CXXI. *Fulgur, ſi rectè obſerves, primo à depreſſione horizontem verſus incipiens, paulatim aſſurgit altius.*

ILLUSTRAT HUMILIA PRIMO.

D Dei iſthoc ſimulachrum eſt, qui humilibus dat gratiam.

* CXXII. *Fulmen partubus noxium.*

CONCEPTOS DESTRUO FOETUS.

Dæmonis expreſſum ſimulachrum bonis, juſtorum propoſitis inſidiantis, ut deſtruat.

* CXXIII. *Fulmini paucos ferienti, omnes illuſtranti lemma.*

LATIUS ILLUSTRAT, QUAM TERREAT.

Concionatorem expreſſum habes oratoriis ſloſculis ſua illuſtrantem, animos vero Auditorum non ferientem.

CXXIV. *Fulmen cum ingenti Tonitru feriens.*

FRAGOR, ET ICTUS.

Simulachrum hominis, minas ingentes, mox executioni demandantis.

## IRIS.

* CXXV. *Iris post occasum solis formata.*

POSTHUMUS LABOR PATRIS.

Operi posthumo cujusdam inscribere id licebit.

* CXXVI. *Iris fictos colores habens, iis tamen nonnul la indicia serenitatis præbet.*

PER TOT MENDACIA VERUM.

Operi posthumo R. P. Matthiæ Casimiri Sarbievii cui Titulus *Dii Gentium*, quo Fabulæ explicantur Th logicè, Moraliter &c. id inscriptum apparebit.

Judicem sic exprimes, vera ex diversis rerum me daciis elicientem, uti fecit Daniel in duobus senibus.

CXXVII. *P. Hesius Iridem pulchram, sole in occasum vergente, hac Epigraphe donavit.*

PULCHRIOR IPSO SURGIT AB OCCASU.

Spem justorum in morte eorum majorem, sic exp mes, utpote appropinquante redemptione animæ ergastulo sui corporis.

* CXXVIII. *Iris dimidiatæ coronæ formam habens, in aquis aut mari ex adverso resplendens, integram Coronam exhibere videtur.*

AUGENT ADVERSA CORONAM.

Calamitates expressas habes, in cœlo coronas a cturas justis.

## VENTUS.

* CXXIX. *Ventus hinc viatorem fervido sub sole lan guentem reficiens, inde facem plus accendens, lemma tenet.*

ET SEDAT, ET EXCITAT ÆSTUS.

Spiritum S. expressum habes, impuri amoris æst in nobis gratiâ suâ extinguentem, sacros vero erga Deu amores accendentem.

* CXXX. *Ventus navim hinc in portum, inde in sco pulum promovens.*

IN SCOPUM, ET SCOPULOS. vel IN PORTUM, ET SCOPULOS.

L

Liberum arbitrium, quo & in æternæ damnationis scopulos, & in salutis portum anima provehitur, expressum habes.

* CXXXI. *Ventus paleas, plumas, &c. ejusmodi in altum elevans.*

LEVIUSCULA LEVAT.

Prosperitati id proprium est, solum levare & inflare non eos, qui in virtutibus solidi sunt, sed levioris indolis homines.

* CXXXII. *Ventus velum inflans.*

AFFLAT, UT INFLET.

Adulatorem expressum habes.

* CXXXIII. *Ventus mare commovens.*

TURBAT INEXHAUSTUM. vel INEXHAUSTUM FERIUNT.

Peccata nostra sic exprimes, quæ inexhaustam omnis bonitatis abyssum Redemptorem Christum, in agoniâ non tantum ad mortis tristitiam usque turbarunt, sed etiam in flagellatione acerbissimè tractarunt.

* CXXXIV. *Vento lemma.*

SURSUM FERT ATQUE DEORSUM.

Violentos animi affectus & passiones expressas habes.

A Q U A.

CXXXV. *Aqua limpida non solum maculas homini inspicienti ostendens, sed easdem etiam lavando abluens.*

MACULAS OSTENDIT, ET AUFERT.

Confessarii idea.

Correctoris quoque imago.

Examen quoque conscientiæ, illudque secutam Confessionem sic exprimes.

CXXXVI. *P. Hesius speciosæ bullæ ex aquâ & cinere formatæ inscribit.*

ORDIBUS EX IPSIS FORMOSIOR ARDET.

Hominem in statu humili in Dei oculis formosiorem sic exprimes.

CXXXVII. *Aqua omnino silet, nisi vel decursu, vel aliunde moveatur.*

MUTA, NI MOTA.

Eos ſymbolum ſpectat, qui vix ad orationem v
Sacramentum Confeſſionis confugiunt, niſi tribulati
nibus moti fuerint.

CXXXVIII. *Bullæ lemma.*

FRANGITUR AFFLATU.

Vitam miſeram noſtram expreſſam habes, unius
briculæ afflatu ſæpe interituram.

Quendam fœmineis blanditiis mox ſeductum,
quoque exprimes, aut adulationi ſuccumbentem.

## M A R E.

CXXXIX. *Maris refluxus oculis, non ingenio comprehenditur.*

CERNITUR, ET LATET.

SS. Euchariſtiæ Sacramenti, rude ſymbolum & g
tiæ, cujus effectus, non ipſa patet.

* CXL. *Maris littus placide ſpumas in ſe ejectas recipiens.*

FERT PLACIDE SPUMAS.

Chriſtum in Paſſione ſuâ conſputum, ſic depinges

CXLI. *In nummo Foed. Belgii An. 1655. cuſo, nav bus aliquot ſulcatum mare inſcribitur.*

QUANTOS APERITUR IN USUS.

B. V. Mariam ſic exprimes, quæ eſt fidelibus mare g
tiarum, & auxiliorum.

CXLII. *Mare inſulam fluctibus ſuis feriens, & pro tegens à cujuſlibet acceſſu.*

PROTECTOR, ET HOSTIS.

Protectiones Magnatum ſic exprimes ſemper ſua
commoda annexa habentes.

* CXLIII. *Mare vacuas conchas exſpuens.*

DIMISIT INANES.

Ita nos mundus nudos dimittit ad ſepulchrum.

Amici falſi imago, deſerentis Patronum ſuum,
inopiam redactum.

* CXLIV. *Mare in freto incluſum & arctatum.*

ARCTARI PATITUR.

Hominis inter adverſa patientis imago.

CLX

CLXV. *Mare tempestate à Junone commotum, ad Æneam reprimendum.*

TURBANTE JUNONE. vel MATRE DEA TURBANTE QUIETEM.

Factum fuit, in turbas quaſdam excitatas à fœminâ, ...idam nobiliſſimo Regno.

* CXLVI. *Mare Lunæ motus per omnia ſequens.*

STAT QUOCUNQUE SEQUI.

Reſignati & ad obedientiam prompti, imago.

...XLVII. *Lemmati illi, quod in mari ponitur.* QUOS ULTRA CITRAQUE NEQUIT. *Subſtitues ſequens, quod Auctor Periſtromatum Regi ſuo ponit.*

NUSQUAM DATA LITTORA TRANSIT.

Moderati Principis, & Juſtitiæ limites nunquam ...nſgredientis imago.

* CXLVIII. *Mari ſpumas in tempeſtate ejicienti, lemma.*

SPUMAT AB ÆSTU.

Iracundi idea.

* CXLIX. *Mare, poſtquam piſcis Monachus ſe conſpiciendum dedit, tempeſtuoſum (ipſe enim excurrens ſecuturæ tempeſtatis indicium eſt).*

EXCURRENTE MONACHO.

Eas tempeſtates, quas Eccleſiæ & orbi ſuſcitavit Lu...eri apoſtaſia, ſic non inconcinnè exprimes.

* CL *Mari lemma.*

UT LUNA MUTATUR.

Fatuum expreſſum habes. *Stultus ſicut luna mutatur.* ...cl. 27.

* CLI. *Mare omnes fluvios recipiens.*

EXCIPIT HOSPITIO QUOSVIS.

Hoſpitalis viri imago.

* CLII. *Mari tempeſtuoſo, lemma.*

IN ALTO TEMPESTAS.

Honorum inquietudines, expreſſas habes.

* CLIII. *Mari ſcopulis pleno lemma.*

IN ALTO SCOPULI.

Pericula dignitatum ſymbolum innuit.

* CLIV. *Mare appetitum & cibos auferens:*

PELLIT OREXIN.

Mundanarum rerum mare, expreſſum habes, quo SS. Euchariſtiæ Sacramenti faſtidia excitat.

CLV. *Fluctus ad ſcopulum alliſi.*

FERIENDO PERITUR.

Injuriatores proximorum, expreſſos habes, demun æternum perituros.

CLVI. *Fluctus maris ſe mutuo allidentes.*

FRANGIMUR ALLISI MUTUO.

Communitatis in ſe diviſæ imago.

F L U M E N.

CLVII. *Flumini, quod exuſtos à ſole agros tranſeundo recreat, inſcribes.*

TRISTE SOLUM RECREAT.

Divinas conſolationes ſic exprimes.

Uti & Spiritum S. qui eſt CONSOLATOR OPTIMUS.

CLVIII. *Expreſſurus P. l'Abbe quendam ex primariis Miniſtris, etiam dum in ſuburbanis ageret, Civitatis curas minimè negligentem, Flumini Urbem egredienti, inſcripſit.*

EXIT, NON DESERIT URBEM.

Quem properare vides, exit nec deſerit urbem,
Et fugit, & ſemper mobilis unda manet.
Tu quoque Mendonum repetis, nec deſeris urbem,
Et procul, & præſens, nobile flumen ades.

CLIX. *Quando Illuſtr. Camillus de Neuville Lugdunenſium Prorex, in ejus Civitatis Epiſcopum fuerat conſecratus P. Labbe Ararim & Rhodanum confluentes exhibuit, cum lemmate.*

SOCIATA POTESTAS.

Eccleſiaſticam, & civilem poteſtatem, in uno ſociatam ſic exprimes.

Duorum quoque ſtabile fœdus, ſeu matrimonium.

CLX. *Fluvii duo confluentes, lemma ab eodem P. Labbe habent.*

MIS-

MISCENTUR IN UNUM.

Lentus Arar, Rhodanusque celer, miscentur in unum.
Ille amor, hic timor est, lentus hic, ille celer.

Timorem Dei, ejusdem amori opportunè misceri, ymbolum repræsentat.

CLXI. *P. Comptonus in fronte Cursus sui Philosophici fluvio Paradisi omnem terram irriganti inscripsit.*

TERRAM IRRIGAT OMNEM.

Munificentiæ Bavaricæ id inscribebat.

S. Spiritum quoque gratiarum suarum rivis idem præantem, sic etiam exprimes.

CLXII. *Fluvius è ripis suis aquas effundens, indeque excrescens apud C. Mavolet Calcographum Gallum inscribitur.*

MAJOR AB EFFUSIS.

Munificentiam cujusdam, aut Eleemosynas sic celerabis.

Sanctum etiam quendam pœnitentem, sic ab effusis chrymis commendabis.

LXIII. *Fluvio, qui hinc terram abrodit, inde per alluvionem novam adducit, apud Verinum lemma est.*

HINC STRAGES, ET MERCES.

Calamitatis imago.

CLXIV. *Fluvii parvi in magnum sese exonerantes exinde nomen majoris, ejusque indolem in cursu & aliis assumentes, lemma tenebunt.*

MUTANT CUM NOMINE MORES.

Eos Religiosos Emblema spectat, qui in Religione, utato sibi nomine, etiam mores & vitam Religiosam umunt.

CLXV. *Ingens fluvius lapsu suo alios minores, qui se in ipsum exonerant, ad mare deducens.*

UNIUS LAPSU PLURES.

Vim scandali, seu lapsum luciferi cum sequacibus ngelis exprimit symbolum.

* CLXVI. *Iisdem minoribus fluviis, simul cum majore excrescentibus inscribes.*

TUMUERE PER UNUM.

k. Eoſdem adhærentes Lucifero Angelos, ſic exprimes.

CLXVII. *Chovaynus fluviis duobus confluentibus inſcribit.*

FLUMINA SENSERUNT IPSA, QUID ESSET AMOR.

In duos matrimonium ineuntes, factum fuit, quibus pro inſigni flumina erant.

CLXVIII. *Idem Chovaynus flumini, ex objectis obicibus ferociori, inſcribit.*

QUI PENSE M'ARRESTER, NE FAIT, QUE M'IRRITER.

COERCITUS SÆVIOR.

Hominem ex correctione ferociorem, ſic pinges.

* CLXIX. *Fluvius turbidus, progreſſu clarificatus.*

PROGRESSU CLARIOR.

Scrupuloſum temporis progreſſu à ſcrupulis ſuis liberandum, ſic conſolaberis.

* CLXX. *Fluvius lapſu ſuo paulatim major.*

GRANDIOR E LAPSU.

S. Pœnitentem quendam, ſic exprimes.

* CLXXI. *Fluvius major turbulentus limpidos, quos recipit fluvios, pariter turbulentos reddens.*

TURBAT, QUOS ACCIPIT.

Dæmonis imago, eos, qui ſervitio ejus ſe addicunt, in inquietudinem animi præcipitantis. Idem de mundo ſenties.

* CLXXII. *Fluvius, cum exundat, turbulentus efficitur.*

TURBATUR, UT AFFLUIT.

Divitias non animo quietem, ſed graves inquietudines adducentes, exprimit ſymbolum.

CLXXIII. *Fluvius è turbulento limpidus.*

POST TURBIDA CLARET.

Deſolationibus conſolationes, & proſpera calamitatibus ſucceſſura, imagine iſtâ ſuadebis.

* CLXXIV. *Fluvio pontem disjicienti lemma.*

CALCARI IMPATIENS.

Fa-

Faſtuoſi cujuſdam, aut ipſius Dæmonis omnem contemptum abhorrentis imago.

* CLXXV. *Fluvius Pontem tranſiens ſine læſione ejus.*

TRANSIT, NON FRANGIT.

Chriſti uterum Virgineum in Nativitate ſuâ tranſeuntis imago.

* CLXXVI. *Fluvius limpidus imaginem hominis recipiens.*

HAUD LUDIT IMAGINE FALSA.

Conſcientiæ quietæ & ſerenæ imago, quæ in examine ſinceram ſui imaginem præbet, eam ſedulo examinanti.

* CLXXVII. *Fluvius è mari originem ſuam habens.*

ORTUS INEXHAUSTO.

Generationem Verbi ſic exprimes, ab æterno à Patre, & in tempore à Spiritu S. Geniti.

CLXXVIII. *Fluvio lemma.*

TURBINE MAJOR.

Hominis in vulgi tumultibus promoti idea, aut ex ſcrupulis ſibi merita efformantis.

## P A L U S.

* CLXXIX. *Palus Torrentes recipiens, nullos vero emittens, ſed omnes abſorbens.*

ACCIPIT, HAUD REDDIT.

Ingrati, aut etiam avari imago.

## N I L U S.

CLXXX. *Nilus initia ſua celans à* P. *Labbe epigraphen recepit.*

PARTE SUI MELIORE LATET.

Hominem expreſſum habes, ſanctum occultè.

CLXXXI. *Nilo exundanti Chovaynus inſcribit.*

FLUMINIS IMPETUS LÆTIFICAT.

D. Deum inexhauſtum omnis boni flumen cœleſtem Jeruſalem inexplebiliter lætificantem expreſſum habes.

## FONS.

* CLXXXII. *Fons medicatus agros simul irrigans.*

AGRIS, ET ÆGRIS.

Sanctum quendam agrestium & ægrorum Patronum sic exprimes.

CLXXXIII. *Fontis aquis machinâ in altum elatis, P. le Moyne inscribit.*

UT LAPSU GRAVIORE RUANT.

Impium ad honores evectum imago innuit.

* CLXXXIV. *Fonti ego aliquando inscripsi.*

POTUM, ATQUE LAVACRUM.

SS. Eucharistiæ idea, quæ animæ potus & lavacrum est.

CLXXXV. *Fonti, Montanea, Gallica Virgo, inscripsit.*

DE PLENITUDINE EJUS.

Christum Symbolum respicit. *De plenitudine* enim *ejus omnes accipiunt.* Joan. 1 Cap.

CLXXXVI. *P. l'Abbe expressurus Ministrum quendam, ex villâ suburbana ad veteres Regni curas redeuntem, fonti cuidam per canales, ad urbem deducto inscripsit.*

QUOD BIBIMUS, DE RURE VENIT.

Quod bibimus de rure venit, postquam alluit urbem.
Mobilis ad patrios unda recurrit agros.
Tu quoque post aulam & fiscum, & mysteria Regni
Sæpe novus rediens, ad nova rura redis.

Virum insignem, ac Patriæ utilem agresti parentelâ ortum sic exhibebis.

CLXXXVII. *Fonti mox ad mare defluenti, Auctor Peristromatum inscribit.*

PETIT IMPIGER ORTUS.

Hominis à cunis nil facientis, nisi quod ad mortem eat, imago.

CLXXXVIII. *Fonti è scopulo marino salienti, & mox in mare defluenti Verienus inscribit.*

SIC BREVE, DULCE MEUM.

Mun-

Mundi voluptates ſic exprimes. *Præterit enim figura hujus mundi.* 1 Cor. 7. Cap.

Anima deſolata ſic etiam conqueretur, de brevitate permiſſarum ſibi à Deo conſolationum. Aut maritus de ſublatâ conjuge.

CLXXXIX. *Fontis aquæ clavi retentæ, apud P. Bovium lemma tenent.*

DA VENIAM, ET VENIAM.

Donum lachrymarum S. Ignatio Lojolæ à Deo datum expreſſurus erat.

* CXC. *Fontis aquæ per plures gradus ad majus oblectamentum labentes.*

DANT LAPSUS HONOREM.

SS. Pœnitentes expreſſos habes.

* CXCI. *Fons lapſu ſuo, organum pulſans.*

LUDERE, LAPSUS ERAT.

Pericula quorumcunque luſuum expreſſa habes.

## TERRA.

* CXCII. *Terra poſt fruges datas aratrum iterum patiens.*

PRO MUNERE VULNUS.

Beneficia cujuſdam maleficiis compenſata ſic exprimes.

* CXCIII. *Terram raro trementem epigraphe donavi iſtâ.*

RARO TREMIT.

Intrepidi viri imago.

* CXCIV. *Terra uno alterove anno à ferendis frugibus quieta poſtea feracior eſt.*

OTIA FOECUNDANT.

Honeſtam animo quietem, & recreationem aliquando indulgendam ſuadet ſymbolum.

## CAMPUS.

* CXCV. *Campus ab animalibus aliquot depaſtus.*

CARPITUR ET RIDET.

Hominis inter calamitates hilari animo idea.

* CXCVI.

* CXCVI. *Campus, qui horizonte coronæ instar coronatur, lemma tenet.*

ÆTHRE CORONATUR.

Ecclesiam Triumphantem in cœlo coronatam, aut militantem coronandam à Deo sic exprimes.

CXCVII. *Campus aratro ad fruges paratus.*

SPEM CREDE LABORI.

Docet Symbolum, spei nostræ mensuram esse debere labores & opera.

## MONS. RUPES.

* CXCVIII. *Rupes, dum à Moyse feritur, sitientibus fontem producit.*

PRO VERBERE MUNUS.

Proposui symbolum hoc Electo AUGUSTO II. Saxoniæ Electore in Regem Poloniæ, in lusu quodam Symbolico, cui pro corpore varia Saxa erant, alterius quidem nomine edito, sed qui me Auctorem habuit.

Expressurus ergo beneficum ejusdem Principis erga hostes animum, hoc ei symbolum exhibui, cum versibus sequentibus.

Dum Moyses feriit rupem, pro verbere munus
Mox percussori præbuit illa suo.
Hostibus haud aliter Rex sese præbet amicum;
Hactenus adversis ille benignus erat.

* CXCIX. *Expressurus, eundem Serenissimum Augustum singulari gratiâ ad fidem Catholicam reductum esse, rupi, cujus apex è cœlo illustrabatur, inscripsi.*

COELO LUX ILLA REFULSIT.

Quæ micat in SAXO COELO LUX ILLA REFULSIT.
Scilicet haud alio Lux venit ulla loco.
Quo noviter micuit, conversus lumine Princeps;
Desuper AUGUSTO, lux ea missa fuit.

* CC. *Munificentiæ ejusdem Serenissimi exprimendæ, Rupi, quæ largè fossoribus aurum fundebat, lemma fuit.*

SUA

SUA DONA PROFUNDIT.

Prodigâ quod tenuit rupes, communicat aurum;
Omnia profundit, nil tenet illa sibi.
Rex sua munificus profundit munera cuivis,
Scilicet hic nullas servat avarus opes.

* CCI. *Mons, quo major est, eo in terræ motu, plus tremit.*

MINUS TREMUERE PUSILLI.

Innuit Symbolum, humilibus in Extremo judicio, minus timendum, quam Magnatibus.

## INSULA.

* CCII. *Insulæ virenti, undique fluctibus appetitæ lemma.*

INTER VIRET INTEGRA FLUCTUS.

Hominis inter adversa intrepidi idea.

* CCIII. *Insulæ lemma.*

ET CRESCIT, ET INTERIT UNDIS.

Mercatoris è navigatione maritimâ ditati primum & dein depauperati idea.

CCIV. *Insula sub exundante fluvio absconsa, sed simul alluvione crescens.*

LATEO, SED CRESCO.

Solitudinem optimam ad spiritualia augmenta facienda dispositionem esse, docet imago.

* CCV *Insula ab æstu fluvii excrescens.*

CREVIT AB ÆSTU.

Hominis adversarum rerum æstu, illustrioris facti idea.

* CCVI. *Insula, si crescat, fluvius decrescit, & vice versa.*

CRESCIMUS ALTERNIS.

Carnem & spiritum expressum habes, alternis incrementis & decrementis spectabilem, prout hic de eâ triumphat, aut illa huic rebellis est.

## ISTHMUS.

* CCVII. *Isthmus lemma tenebit.*

AR-

ARCTOR, ET EMINEO.

Hominis idea, quem calamitates illuſtrarunt.

## SCOPULUS.

CCVII. *Verienus Scopulo in medio mari fontem emittenti, inſcripſit.*

HÆRET INEXPLETUM LACHRYMANS.

Exceſſivam cujuſpiam triſtitiam, ſic exprimes.

CCVIII. *Chovaynus ſcopulo, fluctibus marinis fruſtra alliſo, inſcribit.*

ÆTERNUMQUE MANEBIT.

Infracti cujuſdam animi, imago.

CCIX. *Scopulus à Moyſe percuſſus, fontem præbens, lemma tenet.*

QUI ME FERIT, ELICIT UNDAS.

Hominem expreſſum habes, calamitatum ictibus, ad pœnitentiam adductum.

CCX. *Scopulus ad quem naves alliſæ pereunt, & enatantes ad eundem homines ſalvantur.*

SALUS, ET INTERITUS.

Chriſtum Dominum expreſſum habes, qui *poſitus* eſt *in ruinam & reſurrectionem.*

CCXI. *Scopulum inter fluctus immotum, Chovaynus ſiſtit, mare alloquentem, iſthoc cum lemmate.*

VOI DE CRUDELTA, JO DE CONSTANTU.

FIRMUS IN CRUDELITATE, EGO IN CONSTANTIA.

Sic Salvator Chriſtus, in Paſſione ſuâ, Peccatori obdurationem ſuam exprobrabit.

CCXII. *Clariſſimus vir. D. Joannes Reinberch, Auguſto Electore Saxoniæ ad Regnum Poloniæ evecto, oſtenſurus, id nullo ambitu, ſed ſolâ Dei providentia factum ſcopulo inacceſſo in apice ſui coronato inſcripſit.*

DESUPER ACCESSIT.

Regna mortalia, ſola Dei providentiâ conſtitui, ſic exprimes.

CCXIII.

CCXIII. *Scopulo, è quo insignis Echo redit, P. l'Abbe inscribit.*

SOLI SUM PERVIA VERBO.

Annuntiatam Virginem Mariam exprimebat.

* CCXIV. *Echo quo diutius durat, & quo sæpius repetit, eo charior est.*

ET QUAM DIU, ET QUAM SÆPE.

Nimirum conformitatem nostram cum voluntate Dei, semper & diutissimè debere esse, innuit symbolum.

* CCXV. *Ostensurus altos Augusti ex Electore Saxoniæ, Poloniæ Regis natales, scopulo è mari (quod ALTUM Poëtæ dicunt) exorienti inscripsi.*

ORIENS EX ALTO.

Cernis ut ex ALTO, SAXUM prænobile Ponto
Sublime EXORIENS, efferat inde caput.
AUGUSTUS Saxum est, magnâ de rupe propago.
EXORIENS ALTO Sanguine ducit avos.

* CCXVI. *In eodem lusu symbolico, de quo suprà, ostensurus Augustum Regem, Populis suis ad audientiam facilem esse, scopulo, à quo Echo redibat inscripsi.*

RESPONDERE PARATUS.

Audis ut ad mutam rupem, si forte loquaris,
Quam responsa tibi, prompta sit illa dare.
Rex negat AUGUSTUS nulli responsa PARATUS.
RESPONDERE suis, promptior Echo Lechis.

* CCXVII. *Scopulus ad quem Incendiariæ & Pyraticæ aliquot naves allisæ pereunt, in eodem lusu AUGUSTUM exhibebat, crimina vindicantem, cum lemmate.*

PRÆDONIBUS ASPER.

Non nocet illa bonis prædonibus aspera tantum,
Nam perit illorum naufraga sola ratis.
Regia scit rupes Cives servare, pyratas
Et malefactores docta ferire reos.

## AD LIBRUM III.

# DII, ET HOMINES. EX S. SCRIPTURA.

### JACOB.

* CCXVII. *Jacob Gen. 28. Cap. ſaxo indormiens, occaſionem eidem ſymbolico luſui dedit, in honorem ejuſdem SAXO inſcribendi.*

FESSIS DABIT ILLE QUIETEM.

Scribitur Iſacidæ SAXUM tribuiſſe quietem,
Cum defeſſa viri membra teneret humus.
Accipiet SAXO, longè meliore quietem;
Innumeris pridem lechia feſſa malis.

CCXVIII. *Jacob patientiâ Rachele potitus.*

TANTI EST PATIENTER AMARE.

Meritum eorum, qui in omni patientiâ cœleſtem Jeruſalem ambiunt, expreſſum habes.

### LUCIFER.

CCXIX. *Lucifero lemma.*

EX ALTO CASUS GRAVIOR.

Sic lapſus magnorum virorum deſcribes, aut eorum, quibus honores ad damnationem occaſioni fuere.

### JOSEPH ÆGYPTIUS.

CCXX. *Joſeph Ægyptius fratribus cum frumento pretium reddens.*

MAGNIFICUS LARGITUR AMOR.

Amori munificentiam propriam eſſe, hoc ſymbolo ſuadebis.

### JOB.

CCXXI. *Jobo in fimeto ſuo lemma.*

FIMETUM SAT GRANDE THEATRUM.

Innuit ſymbolum, in abjectiſſimo etiam ſtatu magna-um virtutum actus exerceri poſſe.

## DAVID.

CCXXII. *David poſt commiſſum peccatum cum Angelo gladium, calvariam, & virgas gerente depictus.*
MULTA FLAGELLA PECCATORIS.

## GEDEON.

CCXXIII. *GEDEON Madianitas confractione lagenarum exterrens.*
STANT PRÆLIA FAMA.
Innuit Symbolum, Bella juxta adagium fama geri.

## POPULUS ISRAELITICUS.

CCXXIV. *Una manu gladium, alterâ trullam cœmentariam gerens.*
IN UTRUMQUE PARATUS.
Principem ſic repræſentabis, in re militari & ædifi-atoriâ celebrem.

## JUDAS ISCARIOTES.

CCXXV. *Judas argenteos facti pœnitentiâ ductus, projiciens.*
POST FACTUM POENITET ACTUM.
Remorſus peccatorum ſeramque eorum pœnitentiam xpreſſam habes.

# EX FABULIS.

## SIREN.

CCXXVI. *Siren Sereno mari triſtior.*
TRISTATA SERENO.
Hominem expreſſum habes in proſperis triſtem, uod patiendi pro Deo, occaſionem nullam habeat.

## JASON.

CCXXVII. *Anno 1598. In nummo Belgico Fœderatorum Statuum Jasoni, vellus per mille pericula quærenti inscriptum fuit.*

ASSIDUITATE.

Assiduitate ardua quæque consequenda esse, symbolum monet.

## JANUS.

CCXXVIII. *Jano lemma.*

JUVENISQUE, SENEXQUE.

Maturum in juvenili ætate animum sic exprimes.

CCXXIX. *Jano ante & retro prospicienti lemma.*

QUIS FALLERE POSSIT?

Viri circumspecti imago.

CCXXX. *Chovaynus Jano post tergum inspicienti, inscribit.*

MIHI CURA FUTURI.

Meditationem æternorum sic exprimes.

## HERCULES.

* CCXXXI. *Hercules Hydram ferro & face devincens lemma tenet.*

FERROQUE, FACEQUE.

Belliducem armis & ignibus civitatem ad deditionem cogentem sic exprimes.

CCXXXII. *Hercules in cunis angues discerpens.*

VICTRIX INNOCENTIA.

Innocentiam invidiæ anguibus impetitam, ac demum victricem sic exprimes.

CCXXXIII. *Quando Hercules Dux Alenzonius, priori seculo, Fœderatorum Belgii Statuum protectionem susceperat, in honorem ejusdem Leoni Columnas Herculeas concutienti inscriptum in nummo fuit.*

CON

CONCUSSIT UTRAMQUE.

Potentiam Hiſpanam ab eodem HERCULE Alen-onio concuſſam, Emblema pingebat.

CCXXXIV. *Ejuſdem Herculis honori Leo Unam ex Herculeis columnis ultra efferens, lemma tenebat.*

HERCULES EXTULIT ULTRA.

In idem.

CCXXXV. *Hercules filans cum Omphaliâ lemma habuit.*

LABOR OTIO PEJOR.

Ita conſtituti ſunt plurimi hominum labores.

## ATLAS.

CCXXXVI. *Atlanti P. Meneſtrerius inſcribit.*

PONDUS IMMANE, VIRES INFRACTÆ.

Principem aut Miniſtrum ingentibus Regni curis pa-em, ſic exprimes.

## PHAETON.

CCXXXVII. *Phaetonti currum Parentis ſibi in propriam perniciem optanti lemma.*

SAPIENTIUS OPTA.

In multas mortalium preces & vota, in propriam per-iciem ſuſcepta.

CCXXXVIII. *Phaëton è curru ſuo præcipitatus.*

LEGITIMUM TANTUM, PATIUNTUR HABENÆ.

Alieni Regni invaſorem præcipitatum, ſic expri-nes.

CCXXXIX. *Eidem Phaëtonti lemma.*

MAGNIS EXCIDIT AUSIS.

In nummo Belgico comparuit, quando Amſteloda-num fruſtra tentaverat Auriacus.

## AMPHION.

CCXL. *Amphioni ludenti (cujus lusu muri Thebarum in unum coibant) in funere Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgici inscriptum erat.*

LUSUS ERAT, MONUMENTA PARARE.

In rem ædificatoriam ejusdem Serenissimi factum fuit.

## PALLAS.

CCXLI. *Palladi armatæ Puffendorfius in fronte Historiæ suæ Suecicæ inscripsit.*

HOSTES VIRTUTE REPELLO.

Belliducis insignis idea.

CCXLII. *Chovaynus Palladi inscripsit.*

NIL PRÆTER VULTUM FOEMINEUM.

S. Catharinam Martyrem, aliasque Heroinas ei similes sic exhibebis.

CCXLIII. *Idem Chovaynus Palladi cum ægide sua, Medusæ anguibus horridà ad pectus inscripsit.*

TIMOREM SAPIENS IN PECTORE GESTAT.

## FORTUNA.

CCXLIV. *Fortunæ in arâ collocatæ P. Menestrerius inscribit.*

VULT FORTUNA COLI.

Exprimit Symbolum, fortunatos & divites omnium honoribus ambiri.

CCXLV. *Fortunæ eidem lemma.*

MAGIS NULLI ALTARIA FUMANT.

In eosdem.

CCXLVI. *Vitreæ Fortunæ Chovaynus inscribit.*

DUM SPLENDET, FRANGITUR.

Foi

Fortunæ inconſtantiam, & brevitatem expreſſam
ıabes.

CCXLVII. *Fortuna aurea ſeu argentea, ſub aurifabri malleo.*

QUISQUE SUÆ FORTUNÆ FABER.

CCXLVIII. *Fortuna leonem demulcens, apud Chovaynum lemma tenet.*

FAVET SORS FORTIBUS AUSIS.

Innuit ſymbolum, fortia virorum facta bono plerum-
ue exitu coronari.

## PANDORA.

CCXLIX. *Pandora, in quam Deæ omnes de ſuo decore contulerant aliquid.*

CUNCTARUM DONA DEARUM, SOLA TULIT.

B. V. Mariam ſic exprimes, collectim tenentem ea,
uæ ſparſim in aliis Sanctis ſunt dona.

## SARDANAPALUS.

CCL. *Sardanapalus inter fœminas filans.*

PRÆTER VULTUM NIL MASCULUM.

Effœminati idea.

## ULYSSES.

CCLI. *In nummo Belgico Ulyſſes quod ſapientiâ, Diomedes, quod robore præſtaret inſcriptionem habuere.*

ULYSSIS CONSILIO, DIOMEDIS ROBORE.

Mens ſymboli eſt, ſenum prudentiâ, juvenum viribus
ℓeſpublicas ſtare.

## SATURNUS.

CCLII. *Saturnus pueros devorans.*

QUOS DECUIT SERVASSE, NECAT.

Herodis infanticidium ſic exprimes, aut etiam juven-
utis ſeductorem, vel ſcandaloſum Prælatum.

CCLIII. *Saturnus à Jove ligatus.*
NEMO MALUS, DIU FELIX.

## DANAE.

CCLIV. *Danae multum à patre custodita demum imbre aureo à Jove seducta.*
NEC CUSTODIRI, NI VOLET, ULLA POTEST.
Difficultatem fœmineæ custodiæ expressam habes.

CCLV. *Danaë aureo nimbo à Jove suppressa.*
PLUS NUMMI, QUAM NUMEN.
Hominem expressum habes, pecuniæ quam Dei a-mantiorem.

## DAPHNE.

CCLVI. *Daphne ab Apolline persecutionem patiens.*
NIL JUVAT ESSE DEAM.
Discas, hinc Reginas ipsas hominum linguis & perse-cutionibus subjacere.

## EUROPA.

CCLVII. *Europa sola littus maris inambulans, à Jove in bovem mutato rapitur.*
NEC DEA TUTA SOLA EST.
Societatis commoda expressa habes, maximè i-puellis.

## TROJA ARDENS.

CCLVIII. *Troja ardens ob Helenam raptam.*
ADAMATÆ PRÆMIA FORMÆ.
Ea damna Symbolum ruditer delineat, quæ mulie-rum immoderati amores, suis temporaliter & æterna-liter pepererunt.

## GIGANTES.

CCLIX. *Giganti cœlum impugnanti in nummo Belgico inſcribitur.*

COELUM STOLIDUS QUI TERRITAT ARMIS.

Blaſphemum quendam gladio bis acuto linguæ ſuæ, Deum & Sanctos ferientem imago ſiſtit. Aut ſtultas & heteroclitas quorundam mortificationes.

## MEDEA.

CCLX. *Medeæ lemma.*

NOTUMQUE FURENS, QUID FOEMINA POSSIT.

Iracundæ mulieris imago.

## MINERVA.

CCLXI. *Minervæ clypeus Amoris ſagittas retorquens à Meneſtrerio lemma recepit.*

INCUMBAS STUDIIS, FINEM QUI QUÆRIS AMORI.

Monet Emblema, honeſtis litterarum ſtudiis præſidium caſtitati eſſe.

CCLXII. *Minerva oleæ inventrix à D. Patin Regis Chriſtianiſſimi Archiatro lemma recepit.*

OLEÆQUE MINERVA INVENTRIX.

Innuebat Hiſpanam Sponſam Ludovico XIV. Regi Galliarum junctam, Paci Pyreneæ anſam præbuiſſe.

## PEGASUS.

CCLXII. *Pegaſo prioribus pedibus in altum tendenti lemma.*

ALTA PETIT, DEMISSA PREMIT.

Excelſi animi imago.

## PLUTO.

CCLXIII. *Pluto apud inferos Proserpinam rapiens.*

ET QUIS ERIT FINIS AMORI?

Amoris vim exprimes.

## PARIS.

CCLXIV. *Paris Venerem Junoni & Palladi in judicio formæ præferens.*

AFFECTU, NON JUDICIO.

Siniſtrum alicujus affectum vel judicium ad rem quampiam ſic exprimes.

## INVIDIA.

CCLXV. *Invidia angues comedens.*

VITIORUM ALIMENTA SUORUM.

Hominem, qui propriis peccatis paſcitur, & delectatur, expreſſum habes.

## IO.

CCLXVI. *Io ſe in flumine conſpiciens in vaccam mutatam exterrita ſe ipſam fugit.*

SESEQUE EXTERRITA FUGIT.

Examen conſcientiæ peccatorum fœditatem exhibens iis, qui illud rite obeunt, peccatores ſic exprimes.

## CORNUCOPIE.

CCLXVII. *Cornucopiæ lemma fuit.*

DIGNUM HERCULE MUNUS.

Munificentiam Principis cujuſdam, ſic celebrabis.

## ADONIS.

CCLXVIII. *Adonidi lemma.*

LAUDARET FACIEM LIVOR.

Eximiam alicujus formam celebrabis ita.

MORS

## MORS.

CCLXIX. *Morti ad metam quandam jacenti lemma.*

ULTIMA META MORI.

CCLXX. *Mors in exiguâ chartâ amplum Palatium delineans.*

SPATIO BREVI SPES LONGA.

Hominum irrita propoſita, cum ante oſtium mors eſt, ſic exprimes.

CCLXXI. *Mors prælo heroum imagines exprimens.*

NON ULLA OBLITERAT ÆTAS.

Innuit ſymbolum, Herorum famam, morte augeri, non obliterari.

## AMOR.

CCLXXII. *Amor calcographum adamantis agens, alium amorem ſculpendo.*

PERITURUM HAUD SCRIPSIT AMOREM.

Autorem quendam ſic exprimes, de Amore ſacro ſcribentem.

CCLXXIII. *Amor chartas luſorias miſcens.*

OMNIA VERSAT AMOR.

Amoris eſt immutare amantis animum.

CCLXXIV. *Amor, cujus umbra invidiæ formâ, in terra deſcribitur.*

AMORIS UMBRA INVIDIA.

Invidiam inter rivales amantes, ſic pinges.

CCLXXV. *Amori lemma.*

ET PUER EST, ET NUDUS AMOR.

Chriſtum puerum in præſepio jacentem, ſic exprimes.

CCLXXVI. *Cupido volans, ſeu cum alis.*

TAM CITO FUGIT AMOR.

Amoris inconſtantiam, & brevitatem expreſſam habes.

CCLXVII. *Nymphæ inter Martem & Amorem intermediæ, seque ad Amorem convertenti, Chovaynus inscribit.*

TOUT PAR AMOUR, RIEN PAR FORCE.
AMORE, NON VI.

Docet imago, animos hominum magis amore, quam vi inflecti.

CCLXXVIII. *Amori pharetrâ, arcu, & sagittâ armato, nonnemo inscripsit.*

ARMATO, POR ESSER AMATO.
ARMATUS UT AMER.

Christum Puerum, cum instrumentis Passionis suæ, sic exprimes.

CCLXXIX. *Amor divisum cor sibi oblatum, respuens.*

AUT NIHIL, AUT TOTUM.

Cor ubi disciderís, vitâ fugiente peribit,
SIC quoque divisus vivere nescit amor.

CCLXXX. *Amor in fluvio, pharetra pro nave, tæniâ pro velo, sagittâ pro malo, arcu pro remo utens apud Chovaynum inscribitur.*

PERICLIS INGENIOSUS AMOR.

CCLXXXI. *Amor amori naufrago succurrens.*

MERSUS AMOR RELEVATUR AMORE.

Innuit symbolum, frigescentem cujusdam amorem, beneficiis & reciproco amore alterius denuo accendi.

CCLXXXII. *Amor sagittâ sua, horas in horologio indicans.*

SOLUS AMOR, MEAS METITUR HORAS.

Hominis in horas amoribus acti idea.

## N E P T U N U S.

CCLXXXIII. *Soror Maria Agnes de S. Cruce, Mexicana virgo, in introitu Proregis cujusdam in Mexicanam urbem, Tridenti Neptuni inscripsit.*

MUNERE TRIPLEX.

Tri-

Triplicem ejuſdem poteſtatem Civilem, Criminalem, & Bellicam expreſſura erat.

CCLXXXIV. *Neptunus Delphinum, ob reconciliatam ſibi uxorem Amphitriten, inter conſtellationes referens, ab eadem inſcribitur.*

DIGNOS AD SIDERA TOLLO.

Principem expreſſum habes, in remunerando juſtum.

CCLXXXV. *Eadem Soror Neptuno Inſulam Deliam Tridente firmanti, ne in eâ Latona pariat, inſcripſit.*

TE CLAVUM TENENTE, NON NUTABIT.

Principem quendam ſic commendabis, quod Regni ſui clavum firmiter ſuſtineat.

CCLXXXVI. *Neptunus beneficio Centaurorum edoctus, ultra fretum Herculeum, maris terminos extendens, ab eadem Virgine inſcribitur.*

ADDIT SAPIENTIA VIRES.

## PES.

CCLXXXVII. *Franciſcus Rex Portugalliæ, Pedi aureo inſcripſit.*

AD MAGNOS PASSUS.

Animum gloriæ ſtudioſum, ſic exprimes.

CCLXXXVIII. *Carolus Rex Navarræ, pedi inſcripſit.*

AD CURSUM GLORIÆ.

In idem.

## OCULUS.

CCLXXXIX. *Oculo è tenebris per punctum quoddam in ſolem intuenti, P. Heſius inſcripſit.*

PER COECUM, VIDET OMNIA PUNCTUM.

Innuebat, oculum animi per cæcum fidei punctum, divina conſpicere.

# LIBER IV.

## AVES.

* CCXC. *Inter aves majores vix cantant, sed quæ pusillo sunt corpore.*

PUSILLÆ SUAVIUS.

Orationem ex pusillo & humili corde provenientem sic exprimes, Deo gratiorem esse.

* CCXCI. *Avis retia prævisa cavet.*

PRÆVISA DECLINAT.

Cauti in conversatione viri imago.

## ARDEA.

* CCXCII. *Ardea cineritii coloris avis, cristam elatam habens.*

PULCHERRIMUM MEUM CRISTA EST.

Applicandum est pluribus modernis puellis, corpore & plus animâ deformibus, solumque ex recentioris modî tiaris fronti impositis speciosis. *Fontaigne* Galli vocant.

* CCXCIII. *Ardea cineritii coloris (qui pœnitentiæ proprius est) sed prædatoriâ piscium avis.*

QUAM VITA DISSIMILIS VESTI?

Eos symbolum spectat, qui vitam, Religiosæ suæ vesti minimè convenientem ducunt.

CCXCIV. *Ardea à falcone in alto devicta.*

ALTO PERIT PRÆDATOR AQUARUM.

Pyratæ cuidam marino suspenso, applicatum fuit.

## ALCYON.

CCXCV. *Alcyoni in mari nidulanti, in pluribus nummis Belgicis inscriptum vidi.*

SÆVIS TRANQUILLUS IN UNDIS.

Animum inter adversa pacatum, sic exprimes.

ALAU-

## ALAUDA.

* CCXCVI. *Alauda post cantica capta, dein aucupi in ferclum cedit.*

POST CANTICA FERCLUM.

Christum Dominum symbolum exhibet, post orationem & benedictionem panis in ultima Cœnâ factam, sese suis præbentem in ferculum Eucharisticum.

## ANAS.

CCXCVII. *Anas alias præcedendo, eas in exitium ducit.*

DUCIT IN EXITIUM.

Seductoris idea.

## CORNIX.

CCXCVIII. *Cornix in senectute canescens.*

MORS CANDIDOS AUFERT.

SS. Pœnitentium mortem symbolum exprimit.

## GRYPHUS.

CCXCIX. *Gryphus nidum in auro formans, lemma tenet.*

INCUBAT AURO.

Avari idea.

CCC. *Gryphus non solum pullos suos, sed etiam aurum, cui incubat, contra quosvis tuetur.*

PLUS QUAM PARTA TUETUR.

Hominis suarum, & alienarum rerum tutoris imago.

## GALLUS.

* CCCI. *Gallus tempora cantu suo discernens.*

TEMPORA DISCERNO.

Chronologi imago.

## CYGNUS,

CCCII. *Cygno inter aquas cum ſilentio natanti, Princeps Germanus inſcripſit.*

SILENDUM, ET SPERANDUM.

Inſcripſit id nummo Auguſtus Adminiſtrator Magdenburgenſis, reſpiciens, uti Puffendorffio videtur, ad quaſdam Prætenſiones erga Electorem Brandenburgicum, & Palatinum.

## PAVO.

CCCIII. *Pavonem nonnemo iſthoc lemmate caudam ſuam commendantem, induxit.*

NON PLUS BEAU, EST MA QUEÜE.
PULCHERRIMUM MEUM CAUDA EST.

Deformi cuidam fœminæ in ſyrmate veſtis ſuæ ſuperbienti, id inſcripſit nonnemo.

Indoctum quendam divitem, multo alienum ſyrmate comitatum, ſic etiam exprimes.

CCCIV. *Pavoni Chovaynus inſcribit.*

DE GRESSU SUPERBIT.

Faſtuoſi in inceſſu idea. Seu hominis de promotionum ſuarum greſſu ſuperbientis.

CCCV. *Pavoni, dum impaſtus eſſet, & ab avibus pro Deo coleretur, inſcripſit quidam.*

AUCTORITAS REVERENTIALIS.

*Dum autem cum aliis avibus pabulum ſumens ab iis diſpiceretur, inſcriptum ei fuit.*

FAMILIARITAS CONTEMPTA.

Diſcant inde Religioſi, ſæculares parcè & ſobriè frequentare, eorumque convivia.

## CICONIA. GRUS.

CCCVI. *Merianus Francofurtenſis Bibliopola, Ciconia anguem roſtro tenenti inſcripſit.*

PIETAS CONTENTA LUCRATUR.

Pietatem in parentes, à Deo remunerari, exprimitur.

CCCVII.

CCCVII. *Chovaynus eidem ſerpentem devoranti inſcribit.*

SALUTEM EX INIMICIS NOSTRIS.

Monet ſymbolum, quæ nos premunt adverſa, in animæ ſalutem convertenda eſſe.

CCCVIII. *Grus cum ſaxo in unguibus in Electione Friderici Auguſti, Saxoniæ Electoris in Regem Poloniæ, lemma habuit.*

DUM SAXO REGIMUR TUTÆ.

Exprimere volebat ſymboli auctor, Poloniam, Saxonico hoc Principe, tutam deinceps futuram.

* CCCIX. *Grus & ciconia nunquam jacere, ſed ſemper etiam in ſomno ſtare videtur.*

SEMPER ERECTA.

Erecti ſemper animi idea.

* CCCX. *Grues & Ciconiæ, cum mare tranſvolant, ſemper cornicem ducem habent.*

QUALES QUANTIQUE MINOREM?

Eos Sanctos ſymbolum ſiſtit, qui minoribus regendos ſeſe dedere.

## TURTUR.

* CCCXI. *Turtures poſt ſumptum cibum iterum moerentes.*

POST FERCULA PLANCTUS.

Eos ſymbolum ſpectat, qui ſumpto ferculo Euchariſtico, eidem dolorem eximium de peccatis ſuis ſubnectunt.

CCCXII. *Turtures ſemper geminæ conſpiciuntur, unde ſemellæ maritum ſuum ſequenti, Chovaynus inſcripſit.*

AMOR EST MIHI CAUSA SEQUENDI.

Animam piam Chriſti vitam & Paſſionem quantum poteſt imitantem expreſſam habes.

Item fidæ conjugis iſthæc idea eſt.

## MONOCODIATA.

CCCXIII. *Monocodiatæ Chovaynus inſcripſit.*

SUPER ÆTHERA NOTUS.

Bel-

Belliducem, aut alium quempiam famâ ſuper æthera notum ſic celebrabis.

CCCXIV. *Monocodiata in æthere, retibus in terrâ explicatis.*

NON MIHI TENDUNTUR.

Immaculatam Conceptionem B. V. Mariæ ſic explicabis.

Virum etiam prudentem omnibus fraudibus majorem.

CCCXV. *Chovaynus eidem inſcribit.*

HIC PURO LICET ÆTHERE VESCI.

Contemplativi imago.

## PHILOMELA.

* CCCXVI. *Philomela æmulando alterius cantum, mortua ex arbore decidens.*

STIMULOS DEDIT ÆMULA VOCI.

Æmulationes humanas varias ſic exprimes.

* CCCVII. *Philomela in caveâ velata, ſuavius cantat.*

VELATA SUAVIUS.

Religioſarum cantum ſic exprimes, longè ſuaviorem eo, quem ad cunas fudiſſent, ſi Matresfamilias effectæ eſſent.

* CCCXVIII. *Philomela ſola, aliis avibus de nocte tacentibus, ſuaviter cantat.*

TACENTIBUS ALIIS.

Carmelitanas Virgines à S. Thereſiâ inſtitutas ſic repræſentabis, ipſæ enim ſolæ ſunt, quæ de nocte hora IX (quâ horâ plurimum offenditur Deus) Laudes Deo dicunt.

CCCXIX *Philomela capta.*

VOCEM MIHI FATA RELINQUUNT.

Varios Sanctos, in carceribus Deo ſuaviter concinentes ſic exprimes.

* CCCXX. *Philomelæ die nocteque cantanti lemma.*

SEMPER AURORA.

Monet ſymbolum, ſemper tempus eſſe laudes Deo dicendi.

* CCCXXI.

* CCCXXI. *Philomela veris tempore cantat, reliquo moeret.*

POST CANTICA MOEROR.

Voluptatum humanarum idea.

Religiosi quoque imago, post Horas in Ecclesiâ Deo cantatas meditantis Passionem Dominicam.

CCCXXII. *P. Hesius Philomelæ velatæ, suavius cantanti inscribit.*

SI VIDEAT, MINUS ILLA CANET.

Exprimere volebat, fidem nostram cœcam esse oportere.

* CCCXXIII. *Philomela noctu diuque cantans.*

HILARES NOCTESQUE, DIESQUE.

Conscientiæ serenæ imago.

Sanctorum quoque, Deo sine intermissione concinentium in cœlo imago.

* CCCXXIV. *Philomela pro requie nocturnâ cantat.*

PRO REQUIE CANTUS.

Æterna Sanctorum in cœlo requies erit, Deum laudare.

* CCCXXV. *Philomelæ in caveâ lemma.*

NOCTU VELATA DIUQUE.

Christum speciebus Sacramentalibus velatum sic exprimes.

Quendam etiam sive in prosperis, sive in adversis, semper solitarium.

* CCCXXVI. *Philomela in caveâ velatur, ut suavius concinat.*

IN CANTICA VELOR.

Virginem Religioni se mancipantem, expressam habes.

* CCCXXVII. *Philomelæ lemma.*

IN CANTICA; NON IN FERCULA. vel IN FERCLA NEQUAQUAM.

Meminerint Religiosi vocationis suæ non ad recreationes, sed ad cantum choralem se vocatos.

* CCCXXVIII. *Philomela tremulam vocem habens.*

VOCE PLACET TREMULA.

Timorem Dei orationi adjunctum esse debere, innuit imago.

* CCCXXIX. *Philomelæ diversis vocibus insonanti lemma.*

VOCES DIVERSAS SONANT.

De Apostolis ita Ecclesia.

* CCCXXX. *Philomela quamdiu ovis incubat, cantat.*

ET CANTAT, ET INCUBAT.

Religiosum simul in choro psallentem, & conceptus suos in libris publico bono edentem, expressum habes.

* CCCXXXI. *Philomela, dum aucupem rete tendentem conspicit, eo abscedente advolat, ut videat; unde eidem sic captæ inscribes.*

ALIENA SCRUTANDO.

Exprimit symbolum damna Curiositatis.

## C O L U M B A.

* CCCXXXII. *Columba, etsi ei pulli sublati sint, novos tamen, Domino suo mox substituet.*

DAMNORUM OBLITA PRIORUM.

Animum in hostes beneficum, sic exprimes.

CCCXXIII. *Columba Noe cum Ramo olivæ in rostro.*

NIL RAPUIT MORTALIBUS.

Mentem auctoris symboli hujus non assequor.

CCCXXXIV. *Eidem Noeticæ Columbæ lemma fuit.*

EXSPECTATA VENIT.

Serenitatem Conscientiæ, tanquam donum cœlitus scrupuloso cuidam missum sic explicabis.

CCCXXXV. *Eadem Noetica Columba lemma tenet.*

PER ME SPES REDDITUR ORBI.

B. V. Mariam Christum orbis pacem ferentem sic exprimes.

## A Q U I L A.

CCCXXXV. *Aquila Ganimedem in cœlum Jovi rapiens.*

JOVI RAPUIT, NON SIBI. vel DELICIAS FACTURA JOVI.

Eos

Eos Confeſſarios ſymbolum pingere poteſt, qui innocentiſſimas puellas ad Religiones dirigunt.

* CCCXXXVI. *Aquila, cùm pullos habet, nec tam pernix, nec tam perſpicax eſt, Aldrovando Teſte.*

ISTHÆC INCOMMODA PROLE.

Innuit ſymbolum, curas matrimoniales non tam expeditos facere ad Dei ſervitium ſuos, ac facit ſtatus virginalis.

* CCCXXXVII. *Aquila ſolùm vivit ex partis, propriâ induſtriâ alimentis.*

VIVITUR EX PARTIS.

Hominis labore & curâ propriâ ſe ſuſtentantis; imago.

CCCXXXVIII. *Aquila poſtmeridianas horas dat prædis.*

MATUTINAS OTIOSA PER HORAS.

S. Paulum Apoſtolum ſymbolum pingit.

CCCXXXIX. *Aquilæ Draconem elevanti, ut interficiat, Paradinus inſcribit.*

UT LAPSU GRAVIORE RUANT.

Eos ſymbolum exhibet, de quibus ait S. Scriptura: *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros libani, & tranſivi, & ecce non erat, & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Pſalm. 36.

CCCXL. *Aquila, ut pacifice vitam agere poſſit, nidum ſuum procul ab aliarum rapacium avium nidis conſtruit.*

SUASIT AMOR PACIS.

Hominem mundo valedicentem, ut quietius D. Deo ſervire poſſit, ſic exprimes.

CCCXLI. *Aquilæ oculi, à ſolis lumine conſpecti vegetantur.*

VEGETAT INSPECTUS.

Deum Sanctis in cœlo lumen gloriæ immittentem; ſic exprimes.

* CCCXLII. *Aquila non prope nidum, ſed in locis ab eo remotis prædatur.*

IN ALIENO PRÆDAM.

Imago Missionarii spirituales prædas Deo inter infideles dissitos quærentis.

CCCXLIII. *Aquila semper in nido priori pullos excludens.*

QUEM COEPI, NON DESERAM.

Diligentiam cellæ propriæ custodem expressum habes.

CCCXLIV. *Aquila Polonica, Scuto Sobieskiorum ad pectus munita, in solem evolans in Coronatione Joannis* III. *Poloniæ Regis, inscripta fuit.*

SIC MUNITA TUTIOR.

Exprimebatur, Poloniæ Regnum Rege hoc contra hostiles assultus fore tutum.

Hominem fide (quæ scutum est,) insigni in Deum in contemplatione munitum sic exprimes.

* CCCXLV. *Aquila, dum in solem evolat, simul ab eodem illustratur.*

SPLENDOR AB INTUITU.

Sanctos in cœlo à visione beatificâ gloriosos, sic exprimes.

CCCXLVI. *Aquila pullum ad solem probans, à Calcographo Gallo lemma tenuit.*

GENERE ET VIRTUTE PROBATUR.

Docet symbolum, parentelæ annexam esse debere virtutem.

* CCCXLVII. *Aquila inter fulgura.*

CLARIOR INDE. vel CLARIOR ISTIS.

Hominem sic exprimes, ab adversis mundo illustriorem redditum.

CCCXLVIII. *Aquila juxta nidum suum alis extensis, à P. l'Abbe inscribitur.*

PAR ÆDIBUS HOSPES.

Morale subministrabit Distichon sequens:

Æquales nido pennæ, par ædibus hospes,
Fortunâ major, nec minor esto tuâ.

CCCXLIX. *Post Pragensem Pugnam aquila domitis serpentibus insistens, in Imperiali Nummo lemma tenebat.*

DO-

DOMITO SIC EMICAT HOSTE.

Principem fidei hostibus domitis gloriosum sic exprimes. Austriacæ Domui id proprium.

CCCL. *Chovaynus aquilæ in solem evolanti inscripsit.*

RELIQUA SORDENT.

Contemplativi idea.

Amorem quoque rerum cœlestium sic exprimes.

CCCLI. *Aquila Imperialis uno ungue sceptrum, altero gladium portans lemma tenuit.*

REX UTROQUE.

Innuit symbolum, in Monarchâ regnandi & bellandi artes conjunctas esse debere.

CCCLII. *In desponsatione Uladislai* IV. *Regis Poloniæ, cum Cæciliâ Renatâ Austriaca, Aquilæ Albæ Polonicæ, & Nigræ Austricæ inscriptum fuit.*

VIGOR, ET AMOR IDEM UTRIQUE.

Innuit symbolum, mutuum inter Austriacos & Polonos amorem.

CCCLIII. *Aquila in summâ aëris Regione, supra fulmina soli præsentior, lemma tenet.*

SERVAT PRÆSENTIA SOLIS.

Gratiam Dei ejusdemque protectionem inter varia peccandi pericula, aliasque calamitates sic exprimes.

CCCLIV. *In Electione Augusti* II. *Saxoniæ Electoris, in Regem Poloniæ, Aquila ætiten ad nidum suum elevans, inscripta fuit.*

TUTISSIMA SAXO.

Innuebat symbolum, Poloniam Saxoni, Electoris electione tutissimam fore.

CCCLV. *Sequentia Decem symbola, debet Posteritas, Clarissimo viro Joanni Casimiro Philippi, Seren: Electori Brandenburgico à Bibliothecâ, qui rogatus mihi ea symbola transmittere, quæ in funere defuncti ultimi Electoris apparuere, promptissimè id præstitit, una cum aliis omnibus, sive ex funere supradicto, sive ex Nummis Brandenburgicis desumptis. Aquila ergo in Ecclesiâ nidificans, lemma tenebat.*

NULLIBI TUTIOR.

Sereniſſimi defuncti fiducia in Deum ſic exprimebatur.

CCCLVI. *Aquila Jovis fulmen evibrans ex unguibus.*

MIHI MILITAT ÆTHER.

Innuebat ſymbolum, auxilia cœleſtia, quibus defuncti Electoris arma promovebantur.

CCCLVII. *Aquila pullos ſuos in nido contra Draconem & ſerpentem protegens.*

PARTA TUETUR.

Explicat ſymbolum, Protectionem ſubditorum alienis armis oppreſſorum, præ omnibus aliis, defuncto Electori cordi fuiſſe.

CCCLVIII. *Aurea Aquila, à Romanis exercitui infauſti ominis ſignum præferri ſolita.*

FAUSTO OMINE.

Innuitur ſymbolo Exercitus Sereniſſimi ipſo Ductore ſemper fuere feliciſſimos.

CCCLIX. *Aquila inter fulmina in ſolem evolans.*

TENDIT IN ARDUA VIRTUS.

Imago magnanimitatis, defuncti Sereniſſimi, inter quævis pericula.

CCCLX. *Aquila undique telis impetita, prædam dimittere coacta.*

TENUISSE SATIS.

Innuitur laudem victoriarum contra Suecos noviſſimo bello partarum Sereniſſimo manere, etſi coactus Gallicis armis fuerit, victoriis iſtis parta reſtituere.

CCCLXI. *Aquila in palmâ in Africano Littore nidificans.*

UNUS NON SUFFICIT ORBIS.

Defuncti Sereniſſimi famam, in alterum orbem ſeſe extendentem ſymbolum repræſentat.

CCCLXII. *Aquila in monte undique circumſpiciens.*

VIDET, PROVIDET.

Se-

Sereniſſimi prudentiam civilem & militarem expreſſam habes.

CCCLXIII. *Aquila, quam quinque aliæ juniores in ſolem evolantem ſequuntur.*

PATRIS AD EXEMPLUM.

Innuit ſymbolum, Modernum Electorem cum quatuor aliis tunc viventibus fratribus Sereniſſimi Patris veſtigiis ſtrenue inſiſtere.

CCCLXIV. *Conſonat ultimo huic, ſymbolum, quod in numiſmate à moderno Seren: Electore cuſo aquilæ in ſolem evolanti inſcriptum habet.*

PATRIOS SEQUITUR AUSUS.

In idem.

* CCCLXV. *Quando præfato D. Joanni Caſ: Philippi gratias egi, pro transmiſſis ſymbolis, ut & ego aliquam ſymbolam ad laudes Sereniſſimi adferam, miſi eidem quadraginta ſymbola, omnia pro corpore Aquilam habentia, quæ hic annectere placet. Aquilæ ergo pullo in monte edito lemma fuit.*

ORIENS EX ALTO.

Innuebat ſymbolum, excelſos Sereniſſimi Electoris natales.

* CCCLXVI. *Aquilæ pullo, ad latus Patris ſui conſiſtenti lemma.*

PAR GENUS, ET VIRTUS.

Innuebat ſymbolum, Fridericum III. uti fuit Friderici Magni in ditionibus Electoralibus, ita etiam hæredem ejuſdem eſſe in dotibus.

* CCCLXVII. *Aquilæ pullus, ſerpentem diſcerpens.*

OLIM DOMITURA DRACONES.

Innuitur ſymbolo, Sereniſſimum in ætate tenera magni Ducis & Principis ſpecimina, jamtum edidiſſe.

* CCCLXVIII. *Aquilæ pullus, in nido ſuo, hinc inter fulmina, illinc inter ſerpentes conſtitutus.*

ISTOS INTER ADOLEVIT, ET ISTHÆC.

Significat ſymbolum, Sereniſſimum Regiminis ſui exordia cœpiſſe inter bellorum Gallicorum incendia.

* CCCLXIX. *Aquila Brandenburgica, Imperiale ſceptrum unguibus tenens.*

CUSTOS NON APTIOR ULLUS.

Sereniſſimum S. R. Imperii Archi-Camerarium, ſymbolum exhibet.

* CCCLXX. *Aquila juxta adagium muſcas non captans, ſed majorum ferarum venatui intenta.*

NON OBVIA CAPTAT.

Sereniſſimi Magnanimitas ſymbolo exhibetur.

* CCCLXXI. *Aquilæ conſtellatio, ſemper cum cœlis circumacta.*

AGILES NOCTESQUE, DIESQUE.

Sereniſſimum in agendo vigilem & indefeſſum expreſſum habes.

* CCCLXXII. *Aquila captam prædam inter alias aves dividens.*

ALIIS NON SIBI PRÆDAM.

Sereniſſimi munificentiam expreſſam habes.

* CCCLXXIII. *Aquila oleæ ramuſculos unguibus tenens.*

BELLA GERANT ALII.

Sereniſſimum Pacificum, vides exhibitum.

* CCCLXXIV. *Aquila pyrotechnica, inter feſtivos ignes ardens.*

DELICIÆ POPULI.

Sereniſſimum Populis ſuis amabilem, depictum habes.

* CCCLXXV. *Aquila pullos ſuos in prælium, contra draconem educens.*

IN PRÆLIA DUX EST.

Sereniſſimum bellicoſum ſymbolum ſiſtit.

* CCCXXVI. *Aquila inter ſolis ardores conſtituta.*

NIHIL HÆC INCENDIA TERRENT.

Imperterritum Sereniſſimi animum, inter bellica pericula ſiſtit ſymbolum.

* CCCLXXVII

* CCCLXXVII. *Aquila Brandenburgica ſine fulmine.*

FULMINIS EXPERS.

Sereniſſimum, Pium, Benignum, Clementem exhibet imago.

* CCCLXXVIII. *Aquila Jovis Jovemferens.*

SUM SACRA TONANTI.

Sereniſſimum inter varia pericula à Deo protectum fuiſſe, innuitur.

* CCCLXXIX. *Aquila Promethei Jecur rodens, ob ignes ſolis ſurreptos.*

ASPERA PRÆDONI.

Sereniſſimum Criminum vindicem repræſentat imago.

* CCCLXXX. *Aquila ætiten ſeu lapidem aquilinum, contra ſerpentes ſalutarem ad nidum ſuum levans.*

LEVAT, QUOS SCIT MERUISSE LEVARI.

Sereniſſimi ſolos dignos promoventis imago.

* CCCLXXXI. *Aquila ætite lapide, nidi ſui aditus, contra ſerpentes muniens.*

ADITUS CUSTODE CORONAT. *Virg.*

Sereniſſimi munitiones limitaneas exſtruentis idea.

CCCLXXXII. *Aquila ſupra & ultra Herculis columnas volans.*

ULTRAQUE, SUPRAQUE.

Sereniſſimum Provinciarum ſuarum mercimonia, & rerum geſtarum famam in alterum orbem extendentem ſymbolum exhibet.

* CCCLXXXIII. *Aquila in cuneo monetario, circumjacentibus aliquot monetis, aquilâ ſignatis.*

DEDIT ILLA VALOREM.

Sereniſſimi curas in re monetaria reſtituendâ & conſervandâ, ſymbolum exprimit.

* CCCLXXXIV. *Aquila in vetuſtis ruinis arcis cujuſdam.*

VETUSTA DELECTANT.

Peritiam Sereniſſimi in re Antiquariâ, expreſſam habes.

* CCCLXXXV. *Aquila in Labaro primæ cohortis, legionis cujuscunque apud Romanos, præferri solita, quæ cohors Fonteio teste, litteratis plerumque constabat.*

DOCTOS DUCITQUE, FOVETQUE.

Serenissimum Litteratorum fautorem expressum habes.

CCCLXXXVI. *Aquila eductos è nido pullos, ad volatum erudiens.*

FORMANDIS TENERIS.

Serenissimum variarum Universitatum Fundatorem exhibet imago.

* CCCLXXXVII. *Aquila cœlestis, aliquot stellis fulgens.*

STELLAS MERUIT, TAM NOBILIS ALES.

Serenissimum doctissimis Ministris (*a*) effulgentem, inter quos Nobilissimi hujus sæculi Scriptores sunt, symbolum exhibet.

CCCLXXXVIII. *Aquila Ossifraga, ejectos ab aliis pullos intra nidum suum recipiens.*

EXCIPIT EJECTOS.

Innuit symbolum, Serenissimum profugos ob Gallica bella ex Palatinatu exules benigne recepisse.

* CCCLXXXIX. *Aquila Aldrovando teste, cum viperâ & dracone pugnat pro animalibus, quibus prædam eripere conatur.*

PROTEGIT AFFICTOS.

Serenissimum diversos S. R. I. Principes, contra Gallorum oppressiones fortiter protegentem expressum habes.

* CCCXC. *Aquila ereptam Draconi & serpenti ab aliis avibus prædam vi extorquens.*

EREPTA REDUCIT.

Serenissimum Cæsaris Insulam & Bonnam urbes, armis suis è Gallorum possessione Electori Colon. afferentem repræsentat symbolum.

* CCCXCI.

(*a*) *Spanheimius. Begerus. Puffendorffius.*

* CCCXCI. *Aquila aurea inter Trophæa, in Triumphis Victoribus præferri solita.*

ASSUETA TROPHAEIS.

Sereniſſimum Victorioſum exhibet Symbolum.

CCCXCII. *Aquila ſuper nidum alas ſuas expandens.*

PRO DOMO MEA.

Sereniſſimum Populorum ſuorum Protectorem exhibet imago.

CCCXCIII. *Aquila pullos adultiores in ſolem educens.*

IN HUNC DUCO MEOS.

Sereniſſimum Copias ſuas in Imperio, Belgio, & Sabaudiâ, contra Regem Chriſtianiſſimum (cui pro Symbolo Sol eſt) educentem Symbolum exhibet.

* CCCXCIV. *Aquila lapidem in faſtigio Palatii cujuſdam ſingulare ei ornamentum adjiciens.*

ADJICIT ILLA DECUS.

Sereniſſimum à Re ædificatoriâ Symbolum commendat.

CCCXCV. *Aquila rubra Electoralis, cum nigrâ Imperiali concorditer ſerpentem conficiens.*

CONCORDIA FRATRUM.

Sereniſſimum Copias ſuas, cum Imperialibus in Turcas educentem expreſſum habes.

CCCXCVI *Aquila uno ungue ſceptrum, altero gladium tenens.*

CLARET UTROQUE.

Exhibetur ſymbolo, Sereniſſimus bellandi & regnandi artibus excultus.

CCCXCVII. *Aquila fulmen & Ganimedem amabilem puerum ferens.*

MAJESTAS ET AMOR.

Sereniſſimum amorem & majeſtatem, uno in vultu ferentem repræſentare vult ſymbolum.

CCCXCVIII. *Aquila metallica artefacta, in publicâ lætitiâ vinum ore populo fundens.*

FUNDIT IN OMNES.

Se-

Sereniſſimum ſubjectis ſibi populis, primi ſæculi felicitatem reducentem ſiſtit imago.

CCCXCIX. *Aquila Brandenburgica rubra ſeu purpurata ac cum ſceptro in ungue.*

HABET OMNIA REGIS.

Sereniſſimum divitiis ac ditionum amplitudine, magnos Reges æquare, ſymbolum innuit.

CD. *Aquila certum quercinum ungue ferens, qualis in Trophæis præferebatur cum litteris* OB C. S.

OB CIVES SERVATOS.

Sereniſſimum ob ſervatos hiſce bellis ſuos, & S. R. Imperii populos, Coronam Civicam meritum, ſymbolum judicat.

CDI. *Aquila intra Lauream coronam, quæ olim Aldrovando teſte Secundæ apud Romanos Legionis ſignum erat, Corona aurea è cœlo ei ſupereminente.*

AUREA POST LAUREAM.

Serenisſimum glorioſorum laborum præmia à Deo recepturum inducit imago.

CDII. *Aquila ſenex poſitis plumis renovata.*

LONGE AQUILARUM SUPERET ANNOS.

Serenisſimo felices & perennes annos, apprecatur & vovet Symbolorum auctor.

# AD LIBRUM V.

# QUADRUPEDIA.

## LEO.

CDIII. *Leoni Taurum à ſe interfectum diſcerpenti Chovaynus inſcribit.*

NEC MORS MIHI FINIET IRAS.

Eum ſymbolum exhibet, qui in defunctorum famam adhuc injurius eſt.

L U-

## LUPUS.

CDIV. *Lupus ovem in collo apprehensam, humeris imponit.*

UT SÆVIAT, SERVAT.

Ingenium mundi est, suos in æternam perniciem servare.

## CAMELUS.

CDV. *Camelo juniori, qui ad onera ferenda informatur.*

MULTA FERET.

Christo puero id applicabis, olim in Passione suâ immensum Crucis pondus laturo.

## CANIS.

CDVI. *Canis, dum novis inhiat, frustum, quod ore tenebat, amittit.*

INHIANDO NOVIS, AMITTO PRIORA.

Tyranni idea ea amittentis bello, quæ ante tenebat, dum injusto bello aliis sua eripere conatur, quemadmodum Turcis, Viennam obsidentibus contigit.

CDVII. *Canis à Leone discerptus, apud Chovaynum lemma habet.*

NON ANIMO, SED VIRIBUS IMPAR.

Belliducis devicti imago.

## ELEPHAS.

CDVIII. *In insignibus Ordinis Elephantini in Daniâ, Elephanti lemma est.*

MAGNANIMI PRETIUM.

Sive is sensus sit, Elephanti eum honorem ex magnanimitate suà obtigisse, quod in insigne ejus Ordinis assumptus sit, sive quod magnanimis in eum Ordinem solis ingressus sit, serviet symbolum, in commendationem magnanimitatis.

## O V I S.

CDIX. *Ovium grex, quietè gramina sub sereno cælo carpens in nummo Belgico, post pacem Monasteriensem Epigraphen habuit.*

DEUS NOBIS HÆC OTIA FECIT.

Innues symbolo isthoc, pacem civilem, ac conscientiæ ingens Dei donum esse.

## U R S U S.

CDX. *Urso catulos suos lambendo formanti, apud Chovaynum lemma est.*

FORMAT AMOR.

Docet Symbolum, amore & mansuetudine optimè tractari & doceri animos.

## R U P I C A P R A.

CDXI. *Rupicapra non semper in montis apice versatur.*

NON DIUTURNUS APEX.

Hominis idea, qui à minimarum rerum curâ, quam cœperat, mox deficit.

## B O S. V A C C A.

CDXII. *Vacca, quam colonus mulget, in nummo Belgico lemma tenet.*

AVIDI SPES FIDA COLONI.

Hominis rusticanæ gentis utilitati studentis imago.

## S C I U R U S.

* CDXIII. *Sciurus in caveâ sua semper exsiliens.*

ARCTOR, ET EXSILIO.

Religiosi in claustro suo contenti & hilaris imago.

Hominis item idea inter calamitates læto animo permanentis.

* CDXIV. *Sciurus, cum in imo ferratæ suæ caveæ manet, requies ei est, cum vero ascendere vult, semper labor.*

IN IMO REQUIES.

Mo-

Monet ſymbolum, in imo humilitatis ſtatu quietem eſſe.

* CDXV. *Sciurus, cum perſecutionem à canibus patitur, in altam arborem conſcendens ſecurus eſt.*

IN ALTO SECURITAS.

In Contemplationis commendationem ſerviet imago.

* CDXVI. *Eadem de cauſa ei lemma facies.*

IN LIGNO SECURITAS.

Lignum Dominicæ Crucis ſecuros nos contra inferni perſecutiones maximè faciet.

* CDXVII. *Sciurus in ligno fluvium tranans.*

IN IPSO, ET PER IPSUM.

Ligno Crucis ſalvatos nos eſſe, ſymbolum docere poteſt.

CDXVIII. *Eidem Sciuro, ſic fluvium trananti inſcribes.*

NEGATA TENTAT ITER VIA.

Expeditionem & tranſitum quendam fluminis ingenioſum & ſingularem, à Belliduce quodam tentatum ſic exprimes.

* CDXIX. *Sciurus, cum in caveâ concluſus circumagitur, omnibus in deliciis eſt.*

AMISSA LIBERTATE GRATIOR.

Religioſam Virginem Deo magis, quam in ſæculo gratam ſic exhibebis.

## AD LIBRUM VI.

## PISCES.

### CONCHA MARGARITIFERA.

CDXX. *Conchæ Margaritiferæ è rore cœleſti unionem concipienti Reginâ Galliæ Anno 1638. Amſtelodamum ingrediente inſcripta fuit.*

LÆTA DEUM PARTU.

Exprimebatur Reginam hanc Trium Regum reſpectivè Matrem eſſe, & ſocrum. B. Virginem Chriſtum concipientem & parientem ſic exprimes.

DEL-

## DELPHINUS.

CDXXI. *Delphinus inter medias tempestates, caput in cœlum ex aquis levans à Chovayno inscribitur.*

CONTEMPLATIONE SECURUS.

Contemplativum imago spectat.

## AD LIBRUM VII.

# VENENATA.

## DRACO.

* CDXXII. *Draco Horti Hesperidum custos, ab Hercule interfectus.*

QUOD VIGIL EXCUBUI.

Missionario ab hæreticis interfecto, symbolum conveniet.

## SERPENS.

CDXXIII. *Serpentibus in Mercurii caduceo sese amplectentibus, apud Chovaynum lemma est.*

VINCLIS CREVIT AMOR.

Duos SS. in vinclis Martyrii sui sic exprimes.

## AD LIBRUM VIII.

# BOMBYX.

CDXXIV. *Bombyci occulte suum calathiscum contexenti, P. L'Abbe inscripsit.*

ARS PRETIOSA LATET.

Morale sequentia disticha subministrabunt:

Ars pretiosa latet, quâ bombyx viscera volvat,
Deque suo textor serica fila neat.
Ars pretiosa latet, quâ tu hosti retia texis,
Ast pacem & nobis serica fila facis.

## ARANEA.

CDXXV. *Araneæ rete ſuum texenti lemma.*
NOCTU TEXENDO DIUQUE.
Dæmonem expreſſum habes nocte, dieque nobis inſidiantem.

# AD LIBRUM IX.

# ARBORES.

## RUBUS.

* CDXXVI. *Rubus Moyſis ardens, non conſumptus.*
FLAMMEUS ASPECTU, NON INDOLE.
Prælati in vultu aſperitatem præ ſe ferentis idea, cum tamen manſuetudinem gerat in corde.

## MALUS PUNICA, SEU GRANATUM.

CDXXVII. *Malus Punica plura poma coronata ferens.*
TOT IN UNO STIPITE REGNANT.
Familiam quandam Regiam, ſic exhibebis.
* CDXXVIII. *Mala granata ex arbore decidentia.*
MEA REGNA RECEDUNT.
Figura iſthæc eſt Regnorum mundi, brevi tranſeuntium.

## MYRTHUS.

CDXXIX. *Myrthus aridam arborem circumplectens.*
VIRENT ARIDA PER ME.
Gratiam Dei ſic exprimes, aridis in oratione cordibus, pietatis donum reddentem.

## POMA AUREA.

CDXXX. *Pomis aureis, à Dracone cuſtoditis, ab Hercule quæſitis, lemma.*
SERVATA PETUNTUR.

Docet ſymbolum, naturam noſtram ferri in ea, quæ prohibita ſunt.

CDXXXI. *Pomis aureis ab Hercule concuſſis lemma.*

NE QUATIAS, NAM SPONTE CADENT.

Monet ſymbolum, eos, qui ad obedientiam faciles ſunt, mollius habendos.

## ARBOR IN GENERE.

CDXXXII. *Arbor arida tota, uno viridi ramuſculo adhuc ſuperſtite à Chovayno inſcribitur.*

ADHUC SPES SUPEREST.

Docet ſymbolum, ſpem nunquam abjiciendam, ſed ad extremum uſque ſervandam eſſe.

# AD LIBRUM X.

# HERBÆ.

## FRUMENTUM.

* CDXXXIII. *Frumentum flagello ruſtico trituratum, ut dein conteratur, lemma tenebit.*

FLAGELLOR, UT CONTERAR.

Eum ſymbolum exhibet, qui confeſſioni diſciplinam præmittit.

* CDXXXIV. *Eidem frumento triturato, ut dein à paleis ſuis repurgetur, lemma eſt.*

UT PURGER, FLAGELLOR.

Ejus imago, quem adverſitatum flagello ferit Deus, ut expurget.

## GRAMEN.

CDXXXV. *Gramini exſiccato Chovaynus inſcribit.*

NOS QUOQUE FLORUIMUS.

Memoriam mortis tibi id ingeret. *Omnis enim caro fœnum Iſaiæ.* 40. *Cap.*

AD

# AD LIBRUM XI.

# FLORES.

## IRIS.

* CDXXXVI. *Iris flos herbam instar ensis acuminatam habens.*

NUNQUAM MIHI CONDITUR ENSIS.

Hominis ad bella & iracundiam proclivis imago.

CDXXXVII. *Iris raro flores, qui colores cœlestis iridis habent, semper vero herbam suam gladiis similem habens.*

ARMA SEMPER, PAX RARO.

Vitæ humanæ idea, quæ est militia raram animo pacem ferens.

CDXXXVIII. *Eadem de causa eidem herbæ inscribes.*

SEMPER MIHI VIROR IN ARMIS.

Religiones virides & florentes vel maximè manent, uamdiu mortificationum arma non seponunt.

Belliducem celebrem sic quoque exprimes.

Eas item puellas, quibus per continuas in claustris speritates nil de veteri viriditate & robore decedit.

CDXXXIX. *Iris flos iridi cœlesti (qui pacis symbolum est) in herbis vero suis gladio simillimus.*

PAX FLORET AB ARMIS.

Innuit symbolum, eam optimam & stabilem pacem sse, quæ bellum prævium habuit.

## NARCISSUS.

CDXL. *Narcisso lemma.*

NOSTRO FLOS FREQUENTISSIMUS ORBI.

Innuit symbolum, delicatum hoc sæculum immorficatis Narcissis plenissimum esse.

# PAPAVER.

* CDXLI. *Grana papaveris, cum in capite papaveris conclusa manent, caronâ papaveris ejusdem coronantur.*

CLAUSA CORONANTUR. vel CLAUSTRO MERUERE CORONAS.

Religiosos Claustrales in cœlo coronandos, innuit symbolum.

* CDXLII. *Papaveris foliis decidentibus Corona ejusdem manet.*

SED NON FUIT ILLA CADUCA.

Innuit symbolum, corpore pereunte manere coronas cœlestes.

* CDXLIII. *Papaveris flores foliis decidentibus, coronas servant.*

LAPSU VENERE CORONÆ.

SS. Pœnitentes Emblema spectare potest.

* CDXLIV. *Papaver seminibus suis coronam imponens.*

SUA GRANA CORONAT.

B. Virginem sic exprimes, Rosarii grana recitata, in cultoribus suis coronantem.

* CDXLV. *Papaveris grana, infrigidandi virtute pollentia, in capite papaveris recondita.*

SUA FRIGORA CONDIT.

Hominem expressum habes, se simulantem fervidum, cum frigidus sit.

* CDXLVI. *Papaveris flore decidente, corona exoritur.*

ISTHÆC PER DAMNA CORONÆ.

Damna temporalium rerum, æternis coronis remunerata expressa habes.

* CDXLVII. *Papaver, dum emoritur, coronam suam manifestat.*

MORIENS, SUA REGNA REVELAT.

Christum Dominum morientem sic exprimes, per tot quæ in morte patrabat, mira orbi manifestantem se filium Dei esse.

* CDXLVIII. *Semina papaveris infrigidativa, cum ſuâ Coronâ.*

FRIGORE MERUERE CORONAS.

SS. Martyres frigido ſtagno immerſos, atque è cœlis coronatos Emblema exhibet.

* CDXLIX. *Papaveris folia decidua corona ſuperſtite.*

PARTE SUI MELIORE SUPERSTES.

Hominem morientem expreſſum habes.

* CDL. *Grana, cum in capite ſuo floris foliis denudantur, coronantur.*

NUDA CORONANTUR.

Paupertatis in cœlo coronandæ idea.

* CDLI. *Grana papaveris ſoporifera.*

PER GRANA QUIETEM.

Eos cultores B. Virginis Emblema reſpicit, qui in cœlis nunc ſempiternâ quiete fruuntur, & mercedem recepere lecti diligenter in terris Roſarii.

## AD LIBRUM XII.

# LAPIDES.

## HIACYNTUS.

CDLII. *Hiacyntus lapis, à ſolo adamante incidi ſe patiens.*

SOLI ADAMANTI.

Deum iratum & peccatoribus durum amore ſolo flectendum & emolliendum ſic ſuadebis.

## SAPPHIRUS.

CDLIII. *Sapphirus coloris cœrulei gemma.*

MENTIRI DICICIT COELUM.

Hypocritæ ſanctitatem fingentis idea.

## CARBUNCULUS.

CDLIV. *Carbunculo frigido lemma.*

LAUDATUR, ET ALGET.

Hypocritæ imago.

* CDLV. *Carbunculus cum annulo inserendus arctatur, lemma tenet.*

CRUCIATUR, ET ALGET.

Hominis imago, quem adversa ad D. Deum minimè adducunt.

## LAPIS. SAXUM. MARMOR.

* CDLVI. *Colossus ingens in Saxo ruditer delineatus, in Electione Augusti II. Saxoniæ Electoris, in Regem Poloniæ lemma tenuit.*

SPECIMEN NON VILE FUTURI.

Protinus ex ortu specimen prægrande Colossi
Præbuit Artificis machina cæsa manu.
Sic etiam Augustus specimen nam grande futuri
Principis ex ortu protinus ille dedit.

Principem sic exprimes, in juventute magni Ducis specimina præbentem.

* CDLVII. *Saxum ingens multis machinis in altum ad structuram quandam elatum.*

SCANDIT ADACTUM.

Quando levas lapidem, cum scandit, scandit adactus.
Scilicet haud uno tollitur orbe lapis.
Sic quoque Rex Lechicos conscendit adactus honores,
Ambitus in nostro Principe nullus inest.

* CDLVIII. *In honorem ejusdem Augusti Regis Lapis Terminalis, qui in Capitolio loco dimoveri non poterat, lemma habuit.*

MOVERI NESCIUS.

Quem lapidem Romæ Capitolia sacra tenebant,
Hunc poterat quondam nemo movere loco.
Lechia, quem lapidem sumpsit sibi, non fuit ullis
Hactenus adversis mobilis ille lapis.

* CDLIX. *Sequens symbolum Oedipum Lectorem postulat, factum in electione ejusdem Augusti. Habet autem pro corpore lapidem qui statuam à Nabuchodonosore Dan. 2. visam conterit.*

RUIT

RUIT OMNIS MACHINA SAXO.

Machina feralis fulvis erecta metallis,
Machina non uno fallere docta modo.
Fraudibus ipsa suis per plurima Lustra Polono
Visa sibi fuerat, firma sat esse solo.
Aurea massa fuit cervix, argentea pectus,
Qui sequitur reliquus venter, in ære stetit.
Quod mirere sibi fuit utraque tibia discors;
Ferrea pars erat hæc, fictilis illa fuit.
Sic stetit & Lechicum capiti diadema petebat,
Pluribus ut posset fraudibus esse nocens.
Sic potero, dixit, formatum fœdere nodum
Alter Alexander solvere, quando libet.
Sic aquilas aquilis potero collidere dixit,
Utraque quo mutuâ se nece perdat avis.
Sic potero dixit, sacris miscere profana,
Atque tenere pari fasque nefasque loco.
Dixerat: Ecce venit magnâ de rupe propago,
Protinus & molem solida sternit humi.
Aspice deciduo RUIT OMNIS MACHINA SAXO.
Machina non alio comminuenda modo.
Aurea conteritur pariter cum pectore cervix,
Quodque Corinthiaco femur in ære stetit.
Ante tamen stratam, quam vox omnino reliquit,
Fertur ad adstantes ista locuta Lechos.
Si qua mei quenquam tangit miseratio fati,
Hic rogo det tumulo talia metra meo.
Machina quæ steteram fulvis elata metallis,
En SAXO jaceo machina strata solo.
Longius infelix potuissem machina stare,
Quod perii, perii fraudibus ipsa meis.

* CDLX. *Ingens colossus Saxo uni pro basi innixus in Electione ejusdem Augusti Electoris Saxoniæ in Regem Poloniæ lemma tenuit.*

FIRME STAT MACHINA SAXO.

Cernis, ut in solo grandis stet Machina SAXO,
Fulciat ut molem sufficit iste lapis.
Firmius Augusti, stat Lechia Machina SAXO,
Firmius hancpoterit nemo tenere struem.

 CDLXI.

* CDLXI. *Lapis Terminalis in eadem Electione lemma tenuit.*

HOSTILI META FURORI.

Qui lapis ad Patriæ fines consistit, hic exstat,
Hosticus ut Patriæ cesset ab inde furor.
Certior hoc SAXO est, hostili meta furori.
Turcicus hic sistet, Tartaricusque furor.

* CDLXII. *Saxum in aquam immissum in eadem Coronas formans, ejusdem Augusti Regis honori, lemma habuit.*

SAXO CREVERE CORONÆ.

Quas in aquâ spectas, SAXO crevêre coronæ.
Hoc in eam misso, multa corona fuit.
Nobilis elegit nuper quod Lechia SAXUM,
Hoc crescent SAXO LECHICA SCEPTRA brevi.
Scilicet Augustus, nomen non portat inane;
Semper enim Rex est, nominis ipse sui.

* CDLXIII. *Lapis candidus, apud Romanos fausta signans.*

ET SIGNO, ET SPONDEO FAUSTA.

Romanæ signabat olim felicia Genti,
Faustaque si quando calculus albus erat.
Regius huic similis: candore notabilis ipso,
Sæcula Sarmaticis, non nisi fausta notat.

* CDLXIV. *Lapides in funda Davidica, quibus Goliath interemptus.*

VINCERE NOVERUNT.

Quæ puer extulerat Jessæus flumine saxa,
Vincere Gigantem docta fuere virum.
Quod sibi non dudum sumpsit Gens Sarmata Saxum,
Noverat id quemvis, vincere posse virum.

* CDLXV. *Lapides in funda in gyrum circumacti.*

LIBRANTUR IN ICTUM.

Quo convertetur gyro libratur in ictum.
Qui cupis, ut feriat fortius usque lapis.
Quod Neo libratur Saxum, libratur in hostes
Hoc feriet gyro, fortius ille lapis.

Innuit symbolum adversa quibus Serenissimus Augu-

gustus præfatus in principio Regni sui librabatur, à Gallo Rivali.

CDLXVI. *Lapis in bilance, ponderis vicem supplens.*

OMNIBUS IDEM.

Libra quod accipiet Saxum, manet omnibus idem.
Debet enim justi ponderis esse loco.
Dum Populis dat jura legis Rex omnibus idem est,
Ex æquo lites, ponderat ille lapis.

* CDLXVII. *Saxum in aquam immissum, dum coronas aquè facit, simul & ipsum iisdem in fundo coronatur.*

REDDIT, RECIPITQUE CORONAM.

Factum fuit in Domum Saxonicam, quæ in Ottone III. Imperatore Poloniam in Regnum evexit, eandemque coronam in Augusto II. recepit.

LAPIS LYDIUS.

* CDLXVIII. *Lapis Lydius variis auri illituris conspicuus, in honorem ejusdem Augusti. lemma habuit.*

DISTINGUO PRETIUM.

Dum micat attactu, pretium taxare metalli
Conspicitur, quem dat Lydia terra lapis.
Lydius Augusto melior lapis unde valorem,
Noscere cujusvis, certius ille queat.

* CDLXIX. *Eidem lapidi falsitatem metallorum detegenti lemma.*

DETEGO FRAUDES.

Veræ logicæ proprium est, sophismata detegere.

MAGNES.

* CDLXX. *Magnes inter varia metalla solum ferrum trahens.*

NON OMNIBUS IDEM.

Partialis Prælati idea.

CDLXXI. *Magnes inter varia metalla ferrum attrahens.*

NOVIT QUI SUNT EJUS.

Prædestinationem, ruditer delineatam habes.

* CDLXXII. *Magnes, dum ferri ramentis limâ decussis imponitur, ne vires suas amittat, eisdem undique attractis totus hispidus instar Echini apparet.*

QUIETE ASPERIOR.

Hominem habes expreſſum, quem proſpera exaſperant.

CDLXXIII. *Magnetes varii pro magnitudine ſuâ diverſa pondera attrahere valentes.*

NON OMNIA POSSUMUS OMNES.

CDLXXIV. *Magnes, dum etiam in capsâ quietus jacet, ramenta ferri attrahit.*

NUSQUAM DESES AMOR.

Activitatem amoris ſymbolum exhibet.

CDLXXV. *Eidem lemma.*

QUIESCIT, ET ALLICIT.

Chriſtum ſepultum corda fidelium ad ſe trahentem Emblema ſiſtit.

CDCXXVI. M*agnes duos enſes à ſe ſuſpenſos habens, in honorem Auguſti Regis Poloniæ lemma tenebat.*

FERT PORTITOR ENSES.

Quod lapidi videas hærere tenacius enſes,
An tibi non merito eſt, Enſifer ille lapis?
Enſifer Auguſtus, longè eſt præſtantior, enſes
Nam gerit Imperii, Portitor ille ſacros.
Innuebat ſymbolum, eundem Regem S.R.I. Archi-Mareſcalcum eſſe.

## AD LIBRUM XIII.

# METALLA.

## FERRUM.

CDLXXVII. *Ferra duo, ut ſibi uniantur, candentia eſſe debent.*

RUBENT, ANTEQUAM COEANT.

Diſcant ex hoc ii, qui Sacramentum Matrimonii inire volunt, per verecundam Confeſſionem ſe prius ad hoc diſponere.

CDLXXVIII. *Eiſdem ferris uniendis lemma.*

SI NON ARDEO, NON UNIOR.

Ut

Ut Deo uniaris, necesse est, ut verâ in eum charitate prius ardeas.

CDLXXIX. *Eisdem ferris lemma.*

ICTIBUS UNIMUR.

Eos Emblema spectat, quos ante discordes, rerum adversarum ictibus, sibi concordes fecit Deus.

## AD LIBRUM XV.

# INSTRUMENTA DOMESTICA.

CDLXXX. *Cacabus prunarum, hyemali tempore, conclave calefaciens, in Peristromatibus Regiis inscribitur.*

TEMPUS MITESCIT AB IPSO.

Exprimebat Regem suum, hyemalium temporum tædia, suis Comoediis & spectaculis alleviare.

## AD LIBRUM XVI.

# ÆDIFICIA.

CDLXXXI. *Columna, cujus superiori parte coronamentum, seu capitellum inciditur, in Coronatione Augusti* II. *Poloniæ Regis, lemma habuit.*

CORONATUR, UT FULCIAT.

Quæ superinducta est SAXO, per scalpra corona,
Non nisi, quo molem fulciat, illa datur.
Quam capit Augustus, Populo præbente coronam,
Hanc pius, ut Regnum fulciat, ille capit.

# THEATRUM.

CDLXXXII. *Machinæ Theatrali, quæ è cœlo in Theatrum dimittitur, Auctor Peristromatum Regiorum inscripsit.*

NATURAM SUPERAT.

In-

Innuere volebat Regis sui facta naturam, & omnem fere fidem superare.

## CIVITAS.

CDLXXXIII. *Civitas obsessa album vexillum, deditionis symbolum, è muris suspendens.*

ROGANS EA, QUÆ PACIS SUNT.

Obstinatum peccatorem expressum habes, demum malis, quibus premebatur victas Deo manus dantem, & per pœnitentiam revertentem.

CDLXXXIV. *Cum Calmaria urbs Anno 1611. à Danis expugnaretur, in nummo Danico eadem urbs lemma tenebat.*

CEDE MAJORI.

CDLXXXV. *Wismariâ urbe Anno 1675. expugnatâ, in nummo Danico lemma erat.*

VIRTUS REPULSÆ NESCIA.

## OFFICINA.

CDLXXXVI. *Officinæ Pharmaceuticæ, Chovaynus inscribit.*

TITULI REMEDIA, PIXIDES VENENA.

Hypocritam expressum habes, uti & multos in mundo falsos prætextus &c.

CDLXXXVII. *Pellionis officinæ, in quâ multæ pelles & caudæ vulpinæ pendebant, inscripsit aliquis.*

SÆCULO HUIC, GRATISSIMA MERCES.

Ingenium hodierni mundi in fallaciis & fraudibus positi, symbolum tangit.

* CDLXXXVIII. *Officinæ Horologiariæ, in quâ omnia horologia procedunt, lemma dabis.*

NULLI HIC LICET ESSE QUIETO.

Societatem Jesu, aut quamvis aliam Religionem, fucos non patientem sic exprimes.

CDLXXXIX. *Eidem officinæ lemma.*

MO-

MODO NEGLECTISSIMA MERCES.

Innuit ſymbolum, paucos eſſe, qui temporis pretium habeant.

CDXC. *Eidem Officinæ, in quâ horologia omnia ad unum diriguntur lemma erit.*

NEMO MIHI DISCORS.

Religionis, in qua charitas floret, idea.

## AD LIBRUM XVII.

# MECHANICA.

### CATENA.

CDXCI. *Catena dum manu in altum effertur, ſemper recta eſt.*

RECTA, DUM ELATA.

Viri inter honores integri, imago.

### LIMA.

CDXCII. *Lima ab attritis metallis ſplendens.*

SPLENDET AB ATTRITIS.

Confeſſarii ſeu Prædicatoris à multorum converſione celebris, imago.

CDXCIII. *Lima attenuata ab attritis metallis.*

TENUATUR ADEMPTIS.

Hominem, jejunio emaciatum ſic depinges.

CDXCIV. *Lima ab eis quos ferit, extenuata.*

QUOS FERIT, EXTENUANT.

Prælati idea ſubditorum cavillationes patientis, ob eam, quam inter ipſos ſervat, diſciplinam.

### CIRCULUS DOLIARIS.

CDXCV. *Circulus ferreus vas conſtringens, quod ligneum ruperat circulum.*

DOMANDO REBELLEM.

Eam

Eam mortificationem exponere poteſt ſymbolum, quâ Religioſi quidam utuntur, lumbos ferreis catenulis aculeatis aſtringendo, ut rebellem carnem ſubdant ſpiritui.

## M A L L E U S.

CDXCVI. *Malleus ferrum candens cudens.*
MUTAT QUADRATA ROTUNDIS.

Spiritum S. expreſſum habes, qui ex homine mundano ſpiritualem ad quævis indifferentem formare poteſt.

# A D L I B R U M XVIII.
# INSTRUMENTA LUSORIA.

## PYROBOLUS CHARTACEUS.

CDXCVII. *Pyrobolo ſimili lemma.*
CUM FERVORE PLACET.

Diſcas, hinc abominabiles eſſe Deo tepidos amantes.

CDXCVIII. *Eidem lemma.*
FERVET, IN INTERITUM. vel FURIT, IN INTERITUM.

Iracundiæ damna, ſic exprimes.

CDXCIX. *Chovaynus eidem Pyrobolo inſcripſit.*
TANTO PIU ASCENDE, QUANTO SE ACCENDE.
PLUS FERVIDUS, PLUS SCANDENS.

Amorem Dei plus in cœlis remunerandum, quo is ferventior fuit, expreſſum habes.

# A D L I B R U M XIX.
# A L P H A B E T I C A. &c.

* D. *Pluribus nollis, manus hinc aliquas demens, inde ab altero latere novas ſubſtituens.*
NEC ADDO NEC ADIMO QUIDQUAM.

Ita

Ita omnia mundana addita nobis, sive adempta, neque in lucro, neque in damno computanda veniunt.

DI. *Numerus duodecimus litteralis* XII, *quod secundum numerum Cruci postpositum habeat, lemma tenebit.*

CRUCI POSTPONE SECUNDA.

Docet symbolum, Cruces & adversa in lucro, prospera in damno computanda.

* DII. *Eadem ex causâ Numerus undecimus Litteralis* XI. *lemma habebit.*

CRUCI POSTPONERE, PRIMA MEMENTO.

Adversa honoribus præponenda monet symbolum.

* DIII. *Numero Litterali, decimo* X. *lemma facies.*

NIL ANTE CRUCEM.

Adversitatum utilitatem, expressam habes.

# AD LIBRUM XX.

# NAUTICA.

## NAVIS.

DIV. *Navis Tormentis suis, in tempestate in alteram navis partem eâ inclinatâ ruentibus, demersa.*

QUIBUS SERVARI DEBUERAM.

Eos symbolum spectat, qui vel indiscretis pœnitentiarum tormentis susceptis, vel adversis malè toleratis pereunt, quibus servari debebant.

DV. *In nummo Danico Anno* 1692. *cuso, aliquot bellicis navibus lemma est.*

NON IRRITANTES, NEC IRRITANDÆ.

Sic stant conspicuæ Regali in sede carinæ
Et bene muniti, castella nutantia Regni.

Hominis idea, in neminem injurii, sed nec ab aliis ferentis injurias.

AD

# AD LIBRUM XXI.
# INSTRUMENTA MATHEMATICA.

## HOROLOGIUM ROTATUM.

* DVI. *Horologium in quo plures horæ crucibus ſignatæ, una vero ſolum ſecunda eſt.*

CRUCES MULTÆ, TANTUM UNA SECUNDA.

Vitam humanam adverſis plenam expreſſam habes.

* DVII. *Index Horologii, in extremitate eâ, quâ horas monſtrat, formam cordis habens, poſtquam ad eas horas, quæ Crucem habent, pervenit, in altum erigitur.*

CORDI CRUCIBUS, VIA DATUR IN ALTUM.

Innuit ſymbolum, adverſis animum in Deum attolli.

* DVIII. *Eidem indici cum corde ſuo ſemper circumeunti, lemma.*

CORDI NULLA QUIES.

Inquieti humani cordis ſimulachrum.

* DIX. *Horologio aliter ſonanti, ac monſtranti indice eodem, formam cordis habenti, lemma erit.*

CORDI QUAM DISSONA VOX EST.

Mendacem ſeu Politicum, expreſſum vides.

* DX. *In horologio index per inferiores horas, ad primam & ſecundam aſcendit.*

PRIMA PER IMA.

Humilitate cœleſtes honores comparari, docet ſymbolum.

* DXI. *Index, poſtquam eas horas, quæ crucem habent, tranſiit, venit ad ſecundam.*

CRUCIBUS VENERE SECUNDA.

San-

Sanctorum ea vox esse potest, qui adversis patienter toleratis, cœlum pro mercede habuêre.

* DXII. *Index formam cordis habens, cum in horâ secundâ est, minimè quiescit.*

CORDI NON DANT SECUNDA QUIETEM.

Docetur symbolo, nil in mundo esse, quod cor nostrum perfectè replere, & exsatiare possit.

* DXIII. *Index, cum in duodecimâ horâ rectus est, in obliquum invertitur, cum ad horam secundam procedit.*

RECTUM INFLEXERE SECUNDA.

Hominem prosperis à Deo declinantem, expressum habes.

* DXIV. *Horologium etiam minuta signans.*

ETIAM MINUTA.

Hominis idea, minimorum curam habentis, seu etiam scrupulosi.

## AD LIBRUM XXII.

# INSTRUMENTA MILITARIA.

## ARMA.

* DXV. *Armis variis in cumulo lemma.*

IN UNUM OMNIA.

Varias mortificationes, & carnis macerationes sic exprimes, omnes in satisfactionem enim peccatorum ordinantur.

## GLADIUS.

* DXVI. *Gladius acumine suo sursum erectus, formam pyramidalem habens.*

IPSE SIBI EST PYRAMIS.

Belliducem ab armis inclytum, extra cujuscunque laudes, sic exprimes.

## CLAVA.

* DXVII. *Clavæ Herculeæ lemma.*

ET DUM TENET OTIA, TERRET.

Principem expressum habes, etiam in pace hostibus suis formidabilem.

* DXVIII. *Eidem Clavæ lemma.*

HERCULE LIBRABOR.

Innuit symbolum, bella non nisi tractanda ab iis quibus sufficiens ad ea nervus est.

* DXIX. *Clava, quò ponderosior, eò fortiorem ictum imprimit.*

VIM PONDUS ADAUGET.

Docet symbolum, arma pondere prudentiæ libranda.

## VEXILLUM.

* DXX. *Vexillum album è mœnibus obsessæ civitatis extensum, deditionis signum.*

GRATIAM CANDORE MEREBOR.

Innuit symbolum, Innocentibus Dei auxilium in omnibus & gratiam præsto esse.

* DXXI. *Vexillum rubrum è mœnibus obsessæ Civitatis extensum, extremæ defensionis signum.*

POTIUS MORI, QUAM SUBDI.

Obstinati peccatoris idea, præeligentis potius æternaliter mori, quam Deo per præceptorum obedientiam subdi.

## FUNDA.

DXXII. *Funda lapidem emittens, cum una fides fundæ à gyrante remittitur.*

REMISSA FIDE FERIT.

Apostatæ post desertam fidem in Ecclesiam vel Religionem suam injurii imago.

* DXXIII. *Funda lapidem gyrans, lemma tenebit.*

GYRAT, UT AD METAM.

Deum expressum habes, suos hoc in orbe calamitatibus ad æternæ salutis metam gyrantem.

* DXXIV.

* DXXIV. *Funda lemma.*

NON NISI GYRO GRAVES.

D. Dei imago, ſolum calamitatum gyro circumducentis eos, quos bonos, & mentis ſcit eſſe graves.

* DXXV. *Funda non nocet, ſed per ipſam nocetur.*

NON IPSA, SED PER IPSAM.

Expreſſam calamitatem ductu Dei nos gyrantem ad ejus beneplacitum habes.

* DXXVI. *Funda lapidem gyrans, ut eum in altum emittat.*

GYRAT; UT EXALTET.

Dei idea, gyro adverſarum rerum circumagentis juſtos, ut eoſdem in alterâ vitâ ad æterna præmia exaltet.

* DXXVII. *Funda, quò ſæpius circumduitur, eò certius ad metam lapidem emittit.*

SÆPIUS, UT CERTIUS.

Repetitas juſtorum Calamitates expreſſas habes, ut iiſdem certius ad æternæ ſalutis metam dirigantur.

* DXXVIII. *Funda lemma.*

MIHI META PER ORBES.

Innuit ſymbolum, tot hujus orbis revolutiones non fruſtra eſſe; ſed iis Deum uti ad fines occultos; ſibi ſoli cognitos.

* DXXIX. *Funda, dum gyratur, latet, quis gyranti ſcopus ſit, videtur autem poſt emiſſum lapidem.*

QUÆ SIT META, LATET.

Innuit ſymbolum occultos Dei fines, quibus nunc varia hoc in orbe librat, cognoſcendos nobis demum; juxta illud Petro dictum:

*Scies autem poſtea.*

* DXXX. *Funda poſt acceptum lapidem in gyrum & orbem circumagitur.*

POST PONDUS IN ORBEM.

Remorſus Conſcientiæ expreſſos habes, quibus poſt commiſſum peccatum vexantur & exagitantur peccatores.

* DXXXI. *Eadem Funda post acceptum lapidem gyrum seu coronam quandam formans.*

CUM PONDERE FORMO CORONAM.

Eum symbolum exprimit, qui meritum & laudem sibi format, rebus prudenter gestis.

# AD LIBRUM XXIII.

# INSTRUMENTA MUSICA.

## CHORDA METALLICA.

* DXXXII. *Chorda eadem auribus melos, & oculis splendorem infundit.*

CUM FULGORE MELOS.

Sanctos in cœlo sic repræsentabis, Deo in splendido & glorioso corpore, *Sanctus* decantantes.

* DXXXIII. *Chorda, dum Cythara non pulsatur, relaxatur.*

OTIA LAXARUNT.

Idem otium & prospera animæ præstant.

* DXXXIV. *Chorda, cum melos suave dat, simul tremula est.*

TREMULA, SED LÆTA.

Timorem Dei expressum habes, veram cordi serenitatem & lætitiam parientem.

* DXXXV. *Eadem de causâ chordæ inscribes.*

TREMULA, CUM LÆTA.

Justos in prosperis timidos expressos habes.

* DXXXVI. *Chorda in otio frequentissimè rumpitur.*

OTIA RUPERUNT.

Otium animorum dissolutivum symbolum inducit.

* DXXXVII. *Chorda, postquam diu otiosa fuit, demum intenditur & torquetur.*

POST

POST OTIA TORQUEOR.

Acediofis pœnas in inferno folvendas fic exprimes. Item, otium confcientiæ fcrupulos parit.

* DXXXVIII. *Ex chordis, quæ primæ & ultimæ funt, abfque ullo difcrimine torquentur.*

PRIMI TORQUENTUR, ET IMI.

Neminem Calamitatibus liberum effe, fymbolum docet.

* DXXXIX. *Eadem ex causâ iis infcribes.*

PRIMI RUMPUNTUR, ET IMI.

Mortem omnibus imminentem fic exprimes.

* DXL. *Chorda, cum expanfa eft, refonat.*

MELOS AB EXPANSA.

Chriftum in Cruce expanfum, feptem verba proloquentem fic repræfentabis.

* DXLI. *Chorda, etiam dum rumpitur, fonum aliquem edit.*

RUMPITUR, ET RESONAT.

Hominem in agone, vel adverfis lætum fic exprimes.

* DXLII. *Chorda, quamdiu in ligneo fuo orbiculo eft, melos nullum dat, unde ei lemma.*

ORBI NIHIL UNDIQUE LÆTUM.

Veram lætitiam, ab hoc orbe exclufam, fic exprimes.

* DXLIII. *Chordæ ab orbiculo fuo devolutæ, & refonanti lemma.*

MODULAMEN AB ORBE RELICTO.

Religiofum in vocatione fua hilarem, fymbolum fpectat.

# AD LIBRUM XXIV.

# INSTRUMENTA RUSTICA.

## CURRUS.

DXLIV. *Currui Chovaynus inscribit.*
MOVEOR, NON MUTOR.
Hominem expressum habes, peregrinationibus multis nil immutatum.

# AD LIBRUM XXV.

# MIXTA.

## CANALIS.

* DXLV. *Canali lemma.*
SI FUNDAS FLUMINA, TOTA FLUENT.
Oblivionem beneficiorum sic exprimes.

## HAMUS QUADRANGULARIS.

DXLVI. *Hamus quadrangularis, cujus unus apex, quomodocunque cadat, semper erectus est.*
SEMPER ERECTUS.
Animi erecti semper, quomodocunque etiam res cadant, idea.

DXLVII. *R. P. Hesius expressurus S S. Trinitatis Mysterium, hamo simili, qui tribus apicibus insistens unum semper erectum habet, id fecit eidem inscribendo.*
SUMMUS IN TRIBUS SUBSISTIT UNUS
vel IN TRIBUS UNUS APEX.
Emblemati explicando, sequentes versus apposuit.

Verte tuum quocunque voles mens anxia motu,
Sub, super, extra, intra, volve revolve Deum.

E Tribus assurget semper spectabilis unus.
Subque uno trinus, qui videatur erit.

Porro sequenti Dedicatoriâ librum suum S S. Trinitati offert.

# D. O. M.

*Quaquaversum.*

## UNI, ET TRINO.

In quo
Quemadmodum naturæ subsistens UNITAS
semper eminet.
Sic eminenti conjuncta, semper subjicitur
PERSONARUM TRINITAS,
UNITAS, quæ à TRINITATE non diffidet,
TRINITAS, quæ ab UNITATE non dissentit.
adeo,
Ut si quemvis ex Tribus extulero,
UNUM videam.
Si subjecero, communem iterum ex TRIBUS
aliquem deprehendam.

*Hactenus ille.*

In quo
UNO & TRINO Rerum omnium PRINCIPIO,
Uti ille Emblematum suorum concepit
Initium,
Ita in eodem
TRIUNO,
Tanquam ultimo Creaturarum omnium FINE
APELLES hic SYMBOLICUS.
Hactenus QUOTIDIANAM LINEAM DUCENS

MANUM DE TABULA amovens,
finem facit :
Animitus professus,
Nullam hic à se lineam, apicemve
ductum,
Quem non ejusdem
UNIUS ET TRINI
Gloriæ in cœlo augendæ
consecratum,
Et S. Matris Ecclesiæ in terris judicio,
per omnia subjectum,
esse velit.

FINIS.

# INDEX
## Librorum & Capitum.
## LIBER I.
## CORPORA COELESTIA.

# LIBER II.

## CORPORA ELEMENTARIA.

## LIBER III.

## DII ET HOMINES, p. 327.

### Ex Historiâ Profanâ.

## EX HISTORIA SACRA.



Ma-

Abi-

CLI.

CXCII.

## LIBER IV.

## DE AVIBUS. p. 475

# LIBER V.

## QUADRUPEDIA. p. 597

## LIBER VI.

## PISCES. p. 709



LI-

## LIBER VII.

## SERPENTES ET ANIMALIA VENENATA. p. 748



## LIBER VIII.

## INSECTA. p. 768

# LIBER. IX.

## ARBORES ET FRUCTUS. p. 812.



XXXVI.

# LIBER X.

## HERBÆ. p. 1.

# LIBER XI.

## FLORES. 23

# LIBER XII.

## LAPIDES. p. 64

## LIBER XIII.

## METALLA. p. 108



## LIBER XIV.

## INSTRUMENTA ECCLESIASTICA. p. 122



LI.

## LIBER XV.

## INSTRUMENTA DOMESTICA. p. 143



## LIBER XVI.

## ÆDIFICIA, p. 182



III.

## LIBER. XVII.

## INSTRUMENTA MECHANICA. 226.



XIV. Mal-

## LIBER XVIII.

## INSTRUMENTA LUSORIA. p. 248.



## LIBER XIX.

## LITTERÆ ALPHABETI. &c. p. 263.



XI. Char-

## LIBER XX.

## INSTRUMENTA NAUTICA. p. 281.



## LIBER XXI.

## INSTRUMENTA MATHEMATICA. p. 314



X. Ho-

## LIBER XXII.

## INSTRUMENTA MILITARIA. p. 371



## LIBER XXIII.

## INSTRUMENTA MUSICALIA. 422.



iii. Chor-

## LIBER XXIV.

## INSTRUMENTA RUSTICA. p. 433.



## LIBER XXV.

## CORPORA MIXTA. p. 445.

# ADDITAMENTA
## ALIQUOT SYMBOLORUM.

### AD TIT. COELUM. p. 477.



### AD TIT. LUNA IN GENERE. p. 484.



AD

## AD. TIT. STELLÆ FIXÆ. 484.



## AD. TIT. CONSTELLATIONES SIGNI ZODIACI. 488.



# AD LIBRUM II.

## CORPORA ELEMENTARIA. 493.



Ful-

## ET CAPITUM.



## AD LIBRUM III.

### DII, ET HOMINES. EX SCRIPTURA. p. 512



### EX FABULIS.

# LIBER IV.

## AVES. p. 524



# AD LIBRUM V.

## QUADRUPEDIA. p. 540



# AD LIBRUM VI.

## PISCES. p. 543



# AD LIBRUM VII.

## VENENATA.



AD

## AD LIBRUM VIII.



## AD LIBRUM IX.



## AD LIBRUM X.



## AD LIBRUM XI.



## AD LIBRUM XII.



## AD LIBRUM XIII.



AD

## AD LIBRUM XV.



## AD LIBRUM XVI.



## AD LIBRUM XVII.



## AD LIBRUM XVIII.



## AD LIBRUM XIX.



## AD LIBRUM XX.



## AD LIBRUM XXI.



FINIS.